
CONSILIORUM SIUE IURIS RESPONSORUM CRIMINALIUM CUM SUIS...

Orazio ; da Matera> Persio (; da Matera>), Francesco Corduba




VITT. EMANUELE
13
26 D
10



CONSILIORVM SIVE IVRIS RESPONSORVM CRIMINALIVM

CVM SVIS DECISIONIBVS IVDICVM, TAM ECCLESIASTICORVM, quàm Sæcularium, & Delegatorum, in calce cuiuslibet annotatis.

SEMICENTVRIA.

Authore

HORATIO PERSIO

I.C. Materano præstantissimo, ac Ciue Romano.

Opus cunctis in foro, & scholis versantibus non solùm vtile, sed apprimè necessarium, summarijs etiam, & argumentis vnicuiq; præpositis, ac Indice rerum copiosissimo.









NEAPOLI, Typis, & [redacted] Egidij Longi Regij Impressoris. M.DC.XXXX.


SVPERIORVM PERMISSV.

Expensis Petri Agnelli Porrini.

Eminentissimo, ac Reuerendissimo

IOANNI DOMINICO TIT. SANCTAE CECILIAE CARDINALI SPINOLAE

DOMINO MEO COLENDISSIMO.




ON ignoras, Eminentissime Princeps S.R.E. Cardinalis, columen, vnicum prudētiæ, eruditionis, atque humanitatis exemplar, Materæ in Apulia, seù magna Grecia, dum Archiepiscopus; ehèu quam breuis nobis lucis vsura contigit anni cyclo dumtaxat labenti, post.n. Sarzana in Hetruria, & nùnc Mazara in Siculis tanto fauore, atque splendore potitur, existebas, atque felici regimine prosequebaris; me natosq; meos, tuos inter dilectos, atq; hilari fronte respectos, & assiduis gratijs refertos fuisse; sicut & mox Illustrissimæ Dominæ Paulæ Mariæ Grimaldæ Spinolæ tuæ lætissimæ neptis Marchionissæ Ciuitatis Montis Pelusij in Lucanis Regni, illius iàm Illustrissimi Nicolai Grimaldi coniugis amantissimæ, quæ cum eius filio natu maiori Illustriss. Domino Augustino, tot, tantisque fauoribus V.I.D. Donatum Antonium meum filium in d es prosequuntur, vt in eorum negotijs molis magnæ gerendìs Neapoli, quàm maxime confidant. Hæc mihi quidem, & meis in ambitu honoris sunt; cùm tu non solùm maiorum splendore, summaq; familiæ nobilitate, verùm etiam doctrinæ, probitatis, ac sapientiæ laude nemini concedas: Vnde fit Te nonnisi doctos, probos, ac sapientiæ viros, tui scilicet simillimos amare, fouere,

atque ornare solere, ago sequelam, & si falli valeam. Et ò si D.O.M. vtramque clauem (vt merita exposcunt) tuis in manibus consignasset, & tuos tùnc sacros pedes deosculari libuisset, ò quàm felicitèr Vrbs, & Orbis omnis in Christiana glisceret pietate. Vt ergo de his Tibi immortalem gratiam debeam, & si parem relaturam sperare nunquàm valeam, vt Tu tanquàm optimi Patroni ab inuidorum quorumcunque maledictis in integrũ vindices, hos meos labores in quinquaginta pro nùnc Responsulis de Iure congestos, atq. lucubratos, ex hac plaga, & Italiæ calcaneo, Tibi nuncupandos censui, quibus, & si pro beneficijs, qua lance non sim soluendo, confido tamen pro vindicanda illorum parte meam erga Te memorem, & gratam voluntatem litterarum harum aliquibus consignatam per Orbem iri monumentis, si antequam (vt euenire solet) in lucem edantur, scilicet è prælo egrediantur, in mortalium mentium aciebus, vt aborti non mori, & aboleri contingat. Æternum Numen ad longissimum æuum Te, tuis, nobis, omnibusq. sospitet, paritérq. suis luminibus adaugeat. Materæ Idibus Februarij 1640.

Eminentia Tua Reuerendissima

Deuinctissimus Seruus

Horatius Persius.



CANDIDO LECTORI



ORDI mihi semper illa Pescenij Nigri Imperatoris sententia fuit (scribente Flauio Vopisco) quam aduersus ipsius tunc viuentis Principis gesta calamo exarantem protulit. Scribe (dixit) laudes Marij, vel Anibalis, vel alicuius Ducis optimi vita functi, & dic quid ille fecerit, vt eum nos imitemur. Hinc enim maiorum, & praecessorum praeclarissima facta, & mores optimos imitandos, atque emulandos esse dignoscitur, & si tantò maiorum istiusmodi exempla sectanda quantò potiùs sanguine, & eadem patria iunctorum, à quibus mores, vt plurimùm veluti ex radice in posteros deriuantur? Non coequanda (mea sententia) comperta ratio intuetur, quanta molis extitere Antonius, & Ascanius Persij mei praedefuncti patrui, & quibus, quantisque scientijs, atque doctrinis erant referti, opera illorum iàm praelo missa, ac etiam maioris ponderis mittenda, & Venetiae, Patauium; Bononia, Perusium, Neapolis, Vrbs, & ferè Orbis omnis commemorent. Dicant, & canant alij, laus enim eorum pertesa meo ex ore percipitur. Apud eos tenellus, & vix pubes operam, V. I. studio potissimè nauaui, Bononiae priùs Ascanio annuente, & mox Antonio Romae. Hi duo, ità mè die, ac nocte pro tempore vrgebant, vt non hominem vnius litterae me esse debere putabant. Verum allucinati fuere, non enim tanto pollebam ingenio, vt aliqua tempestate in studio, & doctrina corrigias calceamentorum eorum soluere meruissem; sat fuit ad Doctoratus lauream euectum esse, & pro otio legum ad Poesim, & ad carmina hetrusco modulata sermone animum appellere. Parum, aut nihil (fateor) in vtrisque perfeci, vtrumque sectatus sum, & neutrum consumare valui. Attamèn dictante adolescenti aetate, meorumque exemplo maiorum innixus, ac etiam equitis Hierosolimitani F. Thomae Stiliani conciuis lectissimi, philosophi eminentissimi, & in veteri, modernoque Mundo Hetrusci Poetae celeberrimi, & laurea, & aurea simul corona dignissimi, haud paucos lyricos, & epicos condidi (& si non affabrè) versus, necnon, & dramaticos vsque ad triginta mille, typis iàm editos, praeter alios, non dùm ad vmbilicum redactos, & sindicantis, atque corripientis calami liturarum expertes, cumque prelapsis annis animum mecum verterem, & magis legum otium, quam ipsa leges mihi (quamquam insulsos) peperisse fructus respiciens, minimè fas esse putaui. Scientiam ergo propriam penè pro derelicta habitam hilari fronte, ac alacri studio excipio, vt mox à mè pro ctribus ipsa assequeretur honorem, & munus aduocationis amplectens quam plurimorum conciuium, & exterorum delata crimina, & iurgia

partium

partium perpetuò silere, non quidem (heus Lector) meâ; sed æterea virtute peregi. Criminum, & iurgiorum omnium Responsa conscripsi, vt aliàs facile foret reminisci, & ne me idem labor sæpè grauasset; sed cum eorum nonnulla ad manus memorati Antonij contingissent, aliorumque necessitudine coniunctorum, siue studio, siue scientia præditorum hortatum me pluries habuerunt, vt in prælum ederem; suspensum herclè met ipsum tenui valde, voluens mecum illiusmodi forte illa non esse, vt ante ortum non subirent mortem, & postmodum tantorum testimonio fretus, factum est, ita vt ex tercentis, & vltra centum dumtaxat selecta forent in præsenti Lector rogo animaduersum te esse volo, Consiliola hac, Responsula siue, nō cum pomis natare arbitraberis, cum vulgares facti species, & non profectò Iuris apices præseferant. Hac lege in luce exeunt, vt vbiuis in tenebras procumbes, nec ergo me vnquam iniuria affectum esse putes, vnum, vt non ignores cupio. Elucubrata sunt à me pro viribus examinata, atque decisa à doctissimis Viris. Sume igitur Lector hoc qualecunque congestum opus in his annis, quorum sexagesimum supra labentem, nam forsàn, & maiora (si prius viam vniuersæ carnis non ingredi contingat) intueri non desines, nõ alias, quam & sicut ipse maiorum exemplo excitatus sum, ita, & mei, qui sunt, & fient posteri (si Deo placuerit) altiora petant, & meliora fatigent, & mortui gloriosè viuant in æternum. Vale.




Impri-

Imprimatur;

Felix Tamburellus Vicarius Generalis Neapolitanus.

Ioannes Dominicus Aulisius S. T. D. Canonicus Deputatus vidit.



Illustrisime, & Excellentisime Princeps,

QVinquaginta *Consilia criminalia Eruditissimi, & in criminalibus versatissimi V. I. D. Horatij Persij nihil continent, ex quo typis tradi non possint, quin potius materias ibi contentas plene, & luculenter discutiunt. Vale Idibus Februarij* 1638.

Excellentiç Tuæ

Seruus deditissimus

Scipio Theodorus.

IMPRIMATVR,

Tapia Regens. Brancia Regens. Casanate Regens.

FR. THOMAE STILIANI
EQVITIS HIEROSOLYMITANI
Ad Dominum
HORATIVM PERSIVM I.C.



QVod tua progenies signetur imagine Persei,
Velatos sensus nunc ego percipio.
Nam tu, dum insigni volitas ad sydera fama,
Ostendis clarè Perseus esse nouus.
Non pedibus depictatus talaria desunt,
Non pennatus equus, non fera Gorgon abest.
Cassis Mercurij, castaq; lorica Minerua
Extant. Mulieberi nobilis ensis adest.
Magna vis ingenij, quam pro talaribus audi,
Efficit athereas te peragrare vias.
Atque in equum pro Sapientia vertitur ipsa,
Vt tibi, te vettans, Pegasus esse queat.
Gorgoneum vultum tua docta volumina signant,
Per qua gens torpet, fitque stupore lapis.
Mercurij cassis, fulgentia Pallados arma,
Vulcanique ensis, lingua disarta tua est.
Hinc ego tam celebres vellem pertingere laudes;
Sed lapis euasus dicere nulla queo.

Al Signor Caualier

TOMASO STIGLIANI.



L'AVTORE.



PEnsai Stiglian, che scaturir douesse
In me del poetar più larga vena,
Sendo tu quì frà noi, m'ahimè ch'appena
Mi restan del compor le guise impresse.

Quale il Verbo fatt'huom, nato, successe,
Ch'Apollo à gli antri in dir perdè la lena;
Tale à me auuien, ch'ou'è tua lingua piena
D'alto sauer, la mia conuien che cesse.

Men dolgo, mà del duol poi mi ritira
Il pensar, ch'oue quì fusser presenti,
Pur muti restarian Mantua, e Stagira.

E se parlando tu, tacciono intenti
I più dotti Mortai ch'il Mondo ammira,
Non s'hanno à vergognar miei bassi accenti?



RISPOSTA
DEL SIGNOR
CAVALIER STIGLIANI
ALL'AVTORE.



IVanti, che'l tu'amore à mè concesse,
Non il merito mio, del Persio frena,
Ch'io non hò forze d'adempir, nè lena
Quanto tua cortesia di mè promesse.


Più ver fauelleria chi ritorcesse
Nel dotto Lodator lode si piena,
Che due persone veste in doppia Scena,
Mentre che Leggi spiana, e Rime intesse.

Io, cui ben poco del suo fiato inspira
Parnaso, vsar non vaglio altri stormenti
Ch'vna debole tromba, e vn'vmil lira.

Ma tù tratti d'Astrea le due pendenti
Lanci, e'l plettro di Febo; e in te s'ammira
Gemino pregio d'opere, e d'accenti.



CON-



ARGVMENTA CONSILIORVM CRIMINALIVM.

CONSILIVM I.

VNIVERSITAS volens prosequi iniuriam ciuium, quibus requisitis indigeat, ad finem vt legitimè procedatur. Testes quales esse debeant in criminalibus, & fusiùs de eorum fide, varietate, & concordia quãtum factum exposcit.

De infamia iuris, quæ irrogatur ex sententia condemnationis, & quando deleatur. Exculpatio quos effectus pariat.

CONSILIVM II.

Lex multum assistit pro defensione reorum, ita quod testes aliàs inhabiles habiles fiunt, sed cum distinctione vt intus.

Fama bona, & spontanea præsentatio faciunt præsumere innocentem, qui à diuino iudicio iuuatur.

CONSILIVM III.

Percussio in clericum quando dicatur grauis, & quando leuis, vulnus quando propriè dicatur.

Et de materia iniuriarum quando atroces, & enormes dicantur, & quando non, sed leues.

CONSILIVM IV.

Falsitates adesse quæ requirantur, & multa de declaratione circa vsum scripturarum, & testium, quomodo, & quando habeat locum.

CONSILIVM V.

Laicus effectus clericus post delictum, vel reassumens habitum dimissum, nõ incedens in effectu in dicto habitu, neque seruiens diuinis, & ita captus à Iudice sæculari an remittendus ecclesiastico? & vtrum durante controuersia, sit remittendus, & quæ sint necessaria adimplenda per clericum ad finẽ gaudendi, seruata forma S. C. T.

CONSILIVM VI.

Quærelandi actio ad quos spectet. An sit licitum viro verberare vxorem, quomodo, & quando, & an inter virum, & vxorem detur actio criminalis, & quomodo vir debeat se gerere cum illa.

CONSILIVM VII.

Pęna criminis falsi quæ sit, & vtrum in eo habeat locum tortura. Pęna an sit moderanda de necessitate in Regno minoribus delinquentibus in attocissimis.

ecele-

ecclesiastico quomodo, & quando sit ab eodem Iudice puniendus.

CONSILIVM XVII.

Vsurarius manifestus ex officio inquiri potest, & quando manifestus dicatur, & quæ probationes requirantur. & quando principales vsuram passi probent. Vsuræ requirunt exactionem ad finem incurrendi pœnas, ex quo conatus non sufficit, & cariùs vendere dilata solutione, quando sit vsura?

CONSILIVM XVIII.

Corpus delicti quomodo constare debeat, recensitis aliquibus speciebus delictorum. Confessio rei quando faciat indicium ad torturam. Tortura quomodo, & quando purgat indicia. Ministri iustitiæ quam probationem faciant contra reum. scientia computi lunæ necessaria Iudicibus, & Aduocatis ob delicta nocturna.

CONSILIVM XIX.

Corpus delicti hominis occisi quomodo debeat constare, & an confessio rei iudicialis sufficiat, & multa de confessione extraiudiciali, & de informatione capta per Iudicem laicum, quam probationem faciat contra clericum coràm suo competenti, & de purgatione per torturã.

CONSILIVM XX.

Iudex laicus potest citare clericum vti laicum, & ille tenetur comparere, & petere remissionem. Verùm si reperiatur in fortijs suis competentis, non tenetur, & in hoc casu Iudex laicus vti ignarus citatum esse clericum, non incidit in Bullam Cœnæ Domini, neque instigatores etiam scientes.

CONSILIVM XXI.

Possessio potest defendi propria authoritate contra volentem occupare de facto. imò ad illam defendendam possunt vocari socij, extranei, vicini, & coniuncti, & omnes sunt impunibiles sicut ipse principalis, dummodò non excedatur in defensione.

CONSILIVM XXII.

Corpus delicti in stupro puellæ, quomodò probandum, & per quot obstetrices. Multa in materia repetitionis testium, ac variationis, contrarietatis, & additionis in repetitione: correctio testis quando detur, & quando concordia inter testẽ, & partem, & quando testes possint repeti, tàm ad finem declarandi, quàm addendi. Testes infames non admittuntur sine tortura, & inhabiles quando admittantur.

CONSILIVM XXIII.

Excommunicatio vt legitimè feratur, quæ requirantur, & quomodo contumacia contrahatur, & multa notabilia circa excommunicationem iniustam, & nullam, & de illius appellatione, & pœnis iniustè, & nulliter excommunicãtis.

CONSILIVM XXIV.

Monitio de excommunicãdo quid operetur, & quando sit necessaria quid sit officinm Assessoris, & Cõsiliarij, & quam potestatem habeant, & an vnum, & idem sit Assessor, & Iudex? & multa de notorio.

CONSILIVM XXV.

De corpore delicti in genere quando eſt facti permanentis, & quomodo debeat conſtare. Multa de defectu teſtium, & præſumptiones delicti quem effectum contra inquiſitum faciant.

CONSILIVM XXVI.

Scripturã eſſe alicuius manus quomodo probetur, & dictum ſocij criminis quando ſit validum, & quã probationem faciat informatio capta per Iudicem laicum in foro eccleſiaſtico, & quam fidem Nuntij, & Birroarij.

CONSILIVM XXVII.

Socij criminis dictum quando faciat indicium ad torturam. De teſtibus mortuis, & abſentibus non habitis pro repetitis. De exculpatione rei in patibulo conſtituti. Fuga, & contumacia quomodo, & quando faciant indicium, & de clerico ſonante, vel faci nte ſonare campanam ad arma, an incidat irregularitatem in caſu mortis captorum.

CONSILIVM XXVIII.

Confeſsio erronea in criminalibus an poſsit reuocari, & an edocto de errore confitens ſit liberãdus, & quomodo probetur confeſſio erronea, multa in diſcurſu elucidantur, & an cauſa erroris ſit neceſſariò probandã, & quãdo potius principali, quàm teſtibus credatur.

CONSILIVM XXIX.

Mortuus quando aliquis ſit ex vulnere poſt aliquos dies Iudicis arbitrio remittitur. Alapa quàm ſit ignominioſa iniuria, & multa de defenſione licita, & propulſatione iniuriæ, & quando author rixæ etiam poſtea ſe defendendo teneatur pœna ordinaria homicidij, & multa de contrarietate, & concordia teſtium, & concordati an probent.

CONSILIVM XXX.

Accuſatores, & quærelantes, & ſocij criminis quam probationem faciãt; & multa de defectu probationum teſtium, tàm ex perſonis, quàm ex dictis, & præciſè de paupertate teſtium, & de qualitate famæ publicæ, vt probet, & de libelli accuſatoris requiſitis.

CONSILIVM XXXI.

Simonia quàm ſit crimen deteſtabile, & quibus modis probètur, & hæreſi æquiparatur. Teſtes in criminalibus contra reum debent reddere rationem, & cauſam ſcientiæ, & ad defenſionem non eſt neceſſe, & an verba in fine examinis poſita .ſ. de cauſa ſcientiæ, quia vidit, ſcit, audiuit, &c. aliquid operentur, & teſtis de auditu alieno an probet.

CONSILILIVM XXXII.

Actus remotus, & proximus in delictis quando dicatur, & quibus pœnis delinquentes huiuſmodi puniantur, & quando dicatur actus remotus, & quando proximus. In conflictu diuerſarum opinionum Doctorũ circà pœnas, ſemper ea, quæ mitiorem continet pœnam, eſt amplectenda.

CONSILIVM XXXIII.

Teſtes familiares, & ſocij in itinere, in loco vbi aliàs veritas haberi non poteſt, quam fidem faciant. Corpus delicti cuius poſt factum remanẽt veſtigia, quomodo probetur, & etiã de pecunia furata in Campanea. Informatio Iudicis laici, quam fidem fa-

CON-

CON-

CONSILIORVM SEV IVRIS RESPONSORVM

Criminalium, atque Ciuilium

HORATII PERSII I. C.

CONSILIVM I.

Pro Clerico Dom. D. Francisco de Rugerio Carafa ex olim vtilibus Dominis Terræ Laurentianæ, post conductore, accusato, & inquisito de adulterio, tribus homicidijs, receptatione bannitorum, & alijs, & tandem ex processu informatiuo absoluto.

ARGVMENTVM.

Vniuersitas volens prosequi iniuriam ciuium, quibus requisitis indigeat, ad finẽ vt legitimè procedatur.

Testes quales esse debeant in criminalibus, & fusiùs de eorum fide, varietate, & concordia, quantum factum exposcit.

De infamia iuris, quæ irrogatur ex sentẽtia condẽnationis, & quando deleatur.

Exculpatio quos effectus pariat.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas æquiparatur Domino, & Patri.*

2 *Vniuersitas volens creare Sindicum ad querelandum plura requiruntur.*

3 *Mandatum cessat expletis finibus mandati.*

4 *Offensus principalis nõ est idoneus testis.*

5 *Socius criminis est infamis, et nunquam admittitur ad deponendum contra consocium sine tortura speciali.*

6 *Locum præstans ad adulterium committendum, committit lenocinium.*

7 *Lena de gestis per alios in prostribulo probat, sed non de gestis per eam.*

8 *Capita criminalia porrigens non potest esse testis.*

9 *Consanguineus, vel affinis offensi non admittitur in testem contra inquisitum vsque ad tertium gradum inclusiuè de iure ciuili.*

10 *Testes in criminalibus contra reum debent reddere causam scientiæ etiam non interrogati, aliàs non probant.*

11 *Testis non debet deponere de iudicio, nisi esset admissus tanquàm expertus.*

12 *Testes diuersi in tempore inducunt singularitatem, quando tempus est de substantia actus.*

13 *Testis productus à parte, vel à Fisco etiã vnicus plenè probat contra producentem.*

14 *Testium concordia non datur ad finem probandi contra reum in criminalibus.*

15 *Delictum cuius venia petitur, confitetur.*

16 *Testium concordia non datur cum parte expressè contra se confitente.*

17 *Testes omni exceptione maiores requiruntur in criminalibus, quando delictum non est difficilis probationis.*

18 *Condemnatus actione iniuriarum fit infamis infamia iuris.*

19 *Infamia non purgatur finito exilio, quia est perpetua, nisi transacta, vel deleta, ex remedio l. si Possidonium, C. ex quib. caus. irrog. infam.*

20 *Reus in dubio absoluendus.*

21 *Libellus accusationis, vel inquisitionis, debet saltim continere mensem, & annum commissi delicti, quando non procederetur, per inquisitionem generalem.*

22 *Testis pubes factus potest deponere de eo, quod vidit impubes.*

23 *Testis inuerisimilia deponẽs est suspectus de falso.*

24 *Fama publica non facit indicium ad torturam, quando non est vehemens, & non habet ortũ à verisimili, & probata causa.*

25 *Arma prohibita portans non incidit in pœnam, nisi captus cum illis.*

26 *Lena vt dicatur non sufficit, vt vnum lenocinium committat.*

27 *Decis. de Franch. 68. & text. l. palam, §. lenocinium, ff. de rit. nupt. declaratur.*

28 *Testes de Vniuersitate ad fauorem conciuis contra exterum non admittuntur.*

29 *Testis non solum verus inimicus repellitur, sed præsumptus.*

30 *Animus qualis primo fuit ex postea gestis præsumitur.*

31 *Sententia condemnationis, ex qua irrogatur infamia non opus est declarare talem infamem, cum sufficiat continere crimen, ob quod, &c.*

32 *Occisor verus quando cõstat, confessio alterius non releuat homicidam.*

33 *Exculpatio tollit indicia vrgẽtia, & sufficientia ad torturam, non autem plusquam vrgẽtia, & plusquam sufficientia, nisi alia signa innocentiæ concurrant.*

Dirigat Dominus verba mea in viam veritatis, & Iustitiæ.


Lericus Don Franciscus de Rugerio Carafa ad instantiã Vniuersitatis terræ Laurentianæ inquiritur ex ordine S. E. de multis, diuersisque criminibus, & habitus in fortijs M.C.V. fuit vt Clericus remissus ad Archiepiscopalem Curiam Materanam, vna cum voluminoso processu cartarum 515. Quo viso, intrepidè dicitur ipsum inquisitum fore, & esse absoluendum ex eodem processu informatiuo ab omnibus sibi calumniosè impositis, & partem succũbentem in expensis, damnis, & interesse condemnandam, exinfrascriptis iuribus, & rationibus.

Et in primis quanquam Vniuersitas
1 equiparetur † Domino, & Patri, & ideo possit agere pro iniuria particularium, sicut pater pro iniuria filij, & Dominus pro iniuria subditi, ad tradita per *Oldrad. consil. 66. & Bal. 283. col. 1. ad fin. lib. 1.* & hoc etiam si iniuria non fiat in contumeliam Vniuersitatis ipsius, cum indistinctè *Oldrad.* ibidem loquatur, quẽ sequitur *Guid. Pap. decis. 464.* & refert, & sequitur *Crauet. cons. 45. n. 1.* Tamen hoc est practicandum cũ aliquo iuris ordine nouissimè posito per *Alex. Trentacinque consil. 62. lib. 1.* vbi habetur, quod Primo
2 Vniuersitas † volens creare Sindicum ad querelandum debet congregari more solito, & consueto ex doctr. *Bar. in l. Actuarios C. de Numerar. et Actuar. lib. 12.*

Secundo, quod ad minus adsint duæ partes de tribus, *l. nominationem C. de Decuurion. lib. 10.* & de his duabus partibus debet consentire ad minus maior pars, & ita debet intelligi, *text. in l. quod maior pars ff. ad municip. & c. 1. de his quæ fiunt à maior. par. cap.*

Tertio, quod nomina constituentium Sindicum exprimantur, *l. fin. C. de vendend. reb. Ciuit. lib. 11.*

Quarto, vt Sindicus deputatus ad accusandum habeat speciale mandatum, cum generale non sufficiat, *l. non solum §. fin. ff. de Procurat.*

Quinto, Vniuersitas debet exprimere personam an accusari debet, & ipsum crimen esprimi, ex doctrina *Lucę de Penna in l. tam collatores §. vt autem C. de re milit. lib. 12.* idem tenet *Afflict. in Constit. Reg. incipien. Generalia Iura.*

Et quoniam in casu *d. cons. Alex. Trentacinq.* defuit speciale mandatum, & expressio criminum, super quibus erat inquirendum, fuit decisum in fauorem sindicandi.

Sicque in casu nostro, & si omnia legitimè processissent, tamen quia in publica

blica adunantia, & generali Consilio nō fuerunt expressa crimina, sed in genere fuit dictum super capitibus porrectis, & porrigendis, ergo ex hoc capite mandatum procurationis, & electio Sindici ad quærelandum non fuit legitimè facta.

Secundo, dato, & non concesso, quod omnia legitimè processissent, adhuc est dicendum, quod mandatum Vniuersitatis ad porrigendum capita sit expiratū, nam si rectè intuetur, vt fol. 13. fuerunt nominati, & electi Ioseph Fanellus, & Thomas Sauinus procuratores insolidū ad comparendum coram Superioribus Neapoli, & porrigendum capita, & procurandum, seu obtinendum Commissarium in partibus pro capiendis informationibus. Quæ omnia fuerunt executa per dictum Fanellum, cui non fuit mandata prosecutio causæ, vsque ad finem, sed vsque ad missionem Commissarij in partibus, & functus fuit officio suo.
3 Vnde expletis † finibus mandati, cessat mandatum, *l. si actor 10. C. de appellat.* Nec ideo Sindicus, & Electi Vniuersitatis prædictæ possunt in præsentiarum in Archiepiscopali Curia comparere contra dictum D. Franciscum fine nouo mandato speciali habito à ciuibus congregatis more solito in publico consilio, & ex maiori parte ipsorum, iuxta allegata iura Alex. Trentacinq. Vnde restat concludendum dictos Sindicum, & Electos non esse legitimas personas in iudicio.

His iactis fundamentis, venio ad capita prætensorum criminum magis vrgentium, &

Primo, ad figuratum adulterium commissum in personam Angelæ Valentinæ vxoris Hieronymi Caualli.

Examinantur dictus Hieronymus fol. 116. qui exponit quærelam, & cum sit
4 principalis offensus † nihil probat, ad *tex. in c. cum P. Manconella de accusat* & dicta Angela prætensa adulterata fol. 117. quæ vltra quod exponit similiter querelam, esset socia criminis, & ob delicti commissi confessionem redditur
5 infamis, † quod nunquam admittitur fine tortura speciali, vt *Farinac. de indit. & tort. q. 43. nu. 99 & 134.* latiùs probat Angela de Bari testis fol. 112. quæ deponit fuisse requisitam à dicto D. Francisco, vt lenocinium ageret, & recusauit, sed vidit quadam die dictos Don Franciscum, & Angelam ingredi domū suam, & ibi clausos moram traxisse per binas horas; quis dubitat istam mulierculam non esse lenam? etiam quod dicat non consensisse deprecationibus dicti D. Francisci, tum quia tacuit ingressum, tum quia dicta Angela Valentina dicit, quod quotiescunque contingebat carnaliter cognosci à dicto Don Francisco erat in domo dictæ Angelæ de Bari, quæ cum ita libentèr, & totiès
6 quotiès erat opus præstabat locū † ad prætensum adulterium perpetrandum, committebat lenocinium dolosè, & appensatè, vt sumitur ex *Foller. in praxi crim. 1. par. 2. par. ver. Item quod fuit leno nu. 5.* & sumitur ex *Angel. de malefic in verbo dicto maleficio semper n. 13.* vbi loquitur cōtra illum, qui præstat opem, & domum ad maleficium perpetrandū, est infamis, & non admittitur penitùs fine tortura speciali, ad tradita per *Farin. de testib. q. 56. nu. 364. & 56.* & etiam si essemus in postribulo, prout non sumus, & veritas aliàs haberi non posset, non probaret, cum deponat de gestis per eam, cum secus esset in gestis per alios,
7 † *Gram. cons. crim. 45. nu. 24.*

Nec aliquid probat Simmana Pezzuta testis fol. 114. deponens fuisse requisitam à dicto Don Francisco, vt excitaret dictā Angelam de Bari, & illi prohiberet ingressum domus suæ, donec & quousque lenocinium ageret, & id promisit, & præsumitur, quod cum haberet effectum adulterium, fuisset ex causa prohibitionis iam dictæ, & sic cum sit cooperata cum dicta Angela de Bari, sit socia lenocinij, & non probat fine tortura.

Nec denique est facienda vis in depositionibus Iacobi Speciani fol. 116. Nicolai de Benedicto fol. 122. à terg. & Iosephi Marini fol. 124. à ter. qui dicunt

de fama publica contra D. Franciscum, nàm omnes isti sunt inimici capitales illius, contra quem consilium fecerunt, capita tàm criminalia dederunt, & fecerunt porrigere S. E. vt constat fol. 87. à
8 ter. & fol. 16. & fol. 15. à ter. † & ideo nō possunt esse testes contra illum, aduersum quem capita porrexerunt, vt in proprijs terminis dicit *Amod. de Sindic. n. 168. ver. vnde qui dedit, ex c. meminimus. & c. cum P. Maronella de accusatio. & Marant. consil. 6. n. 14. vers. praeterea. Farin. de Testib. q. 60. n. 1. & seqq.*

Restat ergo dicendum nihil esse legitimè probatum ex legali repulsa testium.

Ad secundum autem caput .s. de homicidio in personam Nicolai de Asselta viri Carmosinæ della Petina, similiter dicitur non esse aliquid legitimè probatum. Producuntur enim contra d. D. Franciscum septem testes. Primus est Nicolaus de Asselta iunior fol. 125. à ter. & deponit de fama publica contra inquisitum, tam de homicidio, quàm de caussa, & quod quanquam de eodem fuisset inquisitus Io. Persius della Petina frater d. Carmosinæ, hoc tamen fuit ex industria, ad finem vt inquisitus innocens videretur, iste testis à se ipso repellitur, cum sit nepos ex fratre d. Nicolai interfecti, vt ex suamet depositione, & est in tertio gradu de Iure ciuili consanguinitatis illi coniunctus, & non est dubium
9 quod non admittatur. † *Farin. de testib. q. 54. n. 19. 23. & 50. 57.* & quanquam quo ad fictam inquisitionem Io. Persij coniungatur cum depositione Io. Dominici de Motta fol. 68. à ter. tamen duplici ratione reprobantur. Prima, quia d. Nicolaus est consanguineus vt supra, & d. Io. Dominicus de Motta. fol. 102. est principalis offensus, & supplicans vt suis expensis accedat commissarius contra D. Franciscum, & si iste testis aliquid probat soluat Apollo. Insuper dicti testes in ficta inquisitione contra Io. Persium non assignant caussam scientiæ per sensum corporis per quem percipitur id de quo deponunt, & testes in crimina-
10 libus † tenentur reddere rationem etiā non interrogati, alias non probant *Marant. in suo spec. par. 6. rub. & producantur testes n. 12. Crauett. cons. 115. nu. 10.* & hoc verū si deponant contra reū, secus si pro illo *Hyppol. Sing. 658.* & quoniam hic est contra reum ergo &c. & quanquam d. Nicolaus dicat (hauere inteso da tutti questi di Laurenzana) tamen non probat, cū debeat recensere à quibus, *ad tex. in c. licet ex quadam ext. de testib. Crot. consil. 34. n. 24. ver. Praeterea testes deponentes, lib. 1. Surd. cons. 135. nu. 95. in fin. lib. 1. refert Farin. cons. crimin. 193. num. 45.* & quanquam d. Io. Dominicus dicat (giudica) tamen hic non
11 est vocatus tanquam expertus † vt suo iudicio sit standum, nam iudici regulariter competit iudicare, non autem testi, qui quidquid facti deponere debet per illum sensum per quem percipitur id, de quo tractatur ad tradita per *Nell. de S. Gemin. in tract. test. nu. 176. Alex. consil. 180. n. 3. lib. 6.*

Tertius testis Leonardus Grassus fol. 138. Quartus Robertus Lambroia fol. 141. & Quintus Nicolaus Fanellus fol. 139. deponentes vidisse D. Franciscum perpetrare homicidium, & cum archibusetto percutere in capite d. Nicolaum nihil probant, cum primi duo testes sint de illis, qui capita porrexerunt contra dictum D. Franciscum, vt fol. 15. & 16. & reprobantur à testimonio, vt supra est probatum, & Nicolaus Fanellus est filius Ioseph Fanelli principalis offensi, & procuratoris vniuersitatis contra inquisitum, vt fol. 15. & fol. 102. & supra est probatum ex doctrina *Farin. de test. d. q. 54. n. 19. 23. & 50. 57.* vsque ad tertium gradum de Iure ciuili ex magis recepta sententia consanguineos, & affines offensorum, & quærelantium testes non admitti, & cum hic sit in primo ergo &c.

Sed video, quod Cæsar Lilius fol. 128. & Ioannella Fanella eius vxor fol. 134. deponunt idem, quod supradicti testes .s. de visu homicidij, & amplius, quod paulo ante homicidium viderunt d. D. Frāciscum in domo d. quondam Nicolai, & cum-

illo rixantem, ſed tàm in his teſtibus, quàm in omnibus alijs iam dictis de viſu, eſt animaduertendum eſſe diuerſitatem in tempore, nam Donatus Leo fol.72.deponit de ſero eadem die, qua homicidium ſucceſſit vidiſſe d. D. Franciſcum intus domum dicti q. Nicolai, & audiuit inter ipſos verba iniurioſa eſſe prolata, & reddit cauſſam viſus, qui ad lumen candelæ cognouit d. D. Franciſcum Bone Deus, hic teſtis deponit de actu antecedenti homicidiũ, & dicit, quod ad lumen candelæ cognouit ita erat de ſero, & de nocte præſupponit homicidium, & tamen omnes alij præfati teſtes deponunt homicidium contigiſſe inter vigeſimam tertiam, & 24. horam diei, & in horis prædictis cum lumen, & ſplendor Solis aſſiſtat candelæ lumine non eſt opus, & ſic de die præſupponunt, ex quibus depoſitionibus ita diuerſis in tempore

12 † inducitur ſingularitas, & minimè probare dixit *Bal. in l.teſtium n.* 14. *C. de teſtib. Farin. eod.tit.q.64.n.73.* & eò maximè hæc habent locum quo tempus, hic eſt de ſubſtantia actus, & de actu momentaneo tractatur *vt Farin. ibid.num. 77. & 89.* Contendunt hic duæ contrariæ plenę probationes, nam d.Donatus Leo eſt teſtis productus ab ab vniuerſitate, & etiam ſi eſſet à fiſco,

13 quanquam ſit vnicus † plenè probat contra producentem, ex vera recepta, & communi opinione. *Aymon. conſil.* 100.*Soccin.iun. conſil.69.num.*11.*lib.*1. *Gabriel.comm.opinio.tit.de teſtib. conclu.* 1.*lib.*1.*poſt num.* 14.*Burl.* qui in criminalibus loquitur, & contra fiſcum *conſil.*316.*n.*21.*lib.*3. *Farin. refert de teſtib.q. 62. n. 237. & ſeqq.* Vnde cum producantur duæ probationes contrariæ, & ita quod non poteſt dari inter illas concordia reſtat, vt vtraque repellatur, & nemini fidem habendam, ex quo in criminalibus nunquam datur concordia ad finem probandi contra

14 reum.† *Farin.de teſtib.q.65.n.106.* Imò falſæ exiſtimandæ, ſiquidem d. homicidium fuit confeſſum per Io. Perſium della Petina ex petita venia, & indultu delicti fol.61.iudicialiter, & quando iudicialiter impetratur clementia, & pe

15 titur venia delictum † confitetur ex traditis per *Clar. q.49.in fin.* & non da

16 tur concordia † inter teſtes, & partis confeſſionem contra confitentem, & quando apparet expreſsè de contrarietate, vt *Farin.de teſtib. d.q.65.num. 101.102.& ſeqq. & conſil.crim. 132.n.* 4. Accedat vltra prædicta, quod d. Cæſar Lilius eſt odioſus d.D.Franciſci tàm reſpectu totius vniuerſitatis, quã reſpectu quia fuit exulatus ab officialibus d.D. Franciſci, vnà cum Ioannella eius vxore pro atrocibus iniurijs in perſonam Io. Antonij Ziti, vt ex copia ſententiæ, & per conſequens non ſunt teſtes integri, & omni exceptione maiores prout regulariter requiritur in

17 criminalibus † vt communiter omnes ſcribentes in *l. ſciant cuncti C. de probation.& refert latius Farin.de teſtib. d.q.62.n.22.* eò maximè quo non tractatur de delicto difficilis probationis ratione loci, nam præſupponitur propè terram, & in via qua itur aſſiduè ad fontem aquæ, & ab alijs habilibus videri poterat, vt ſumitur ex dictis per *Farinac.ibid.limit.*1.*n.*29. Imò ſunt infames infamia Iuris, ſtante condemna

18 tione prædicta ex cauſſa iniuriarum † & non ſolùm quia ſunt atroces, ſed etiam ſi eſſent modicæ iniuriæ, ex cõmuni ſententia DD. vt dicit *Felin.in c. cum tè n.9.de re iud.* & refert *Clar.§ iniuria num.9.* qui infames etiam in caſu quo aliàs veritas haberi non poteſt, nõ admictuntur, niſi cum tortura ad teſtificandum, vt dicit *Farin.de teſtib.q.56. num. 56. & ſeqq.* vbi quod in hoc caſu non ad plenam probationem, ſed ad indicium ſufficerent, nec valeret dicere dictis coniugibus, quod poſt finitũ exilium depoſuerunt, & quod proinde infamia ſit purgata, nam hoc non

19 eſt verum, cum infamia † ſit perpetua *l. in ſeruorum, §. fin. ff. de pæn. niſi fuerit tranſlata, vel delata ex remedio, l. ſi Poſſidonium*, & ibi DD. *C. ex quib. cauſ. infam.*

infam. irrog. Præterea vxor Ioannella est consanguinea in tertio gradu de Iure ciuili, cum d. Iosepho principali inimico, vt apparet ex fide, & quanta fides sit illi adhibenda Dom. Iudex magis scire potest ex præallegatis Iuribus in similibus, & dicit *Bald. in l. parentes, n. 1. propè fine, C. de testib.* vbi tenet, quod vsque ad quartum gradum inclusiuè de Iure ciuili detur repulsa consanguineorũ *ex tex. in l. lex Cornelia, ff. de iniur.* & ex alijs Iuribus, ex quibus omnibus videtur exceptiones in beneficium d. D. Francisci plenè concludere, tamen si non plenè concluderent ad rei defensionem, prout cõcludunt, non potest negari quin reddant intentionem fisci dubiam, & suf-
20 ficit ad obtinendam absolutionem † *Gram. decis. 56. n. 18. & 19.*

Ad tertium caput scilicet de homicidio in personam Diaconi Angeli Ricci, decem producuntur testes. Donatus de Ambrosio f. 165. & Io. Spacciante fol. 175. qui deponunt sine certo tempore in silua castriuilletti vidisse de mane, & oriente Sole d. D. Franciscum, & socios cum armis ligatum trahere d. diaconum Angelum, & d. Donatus post nouem dies deambulans per siluam vidit locum combustum, & manum vnam candidam, & erat dicti diaconi Angeli, frustum vestis clericalis, & cammisiæ illius, & assignat caussam homicidij ex parte d. D. Francisci, ex quo cognoscebat carnaliter Branzanam neptem d. diaconi, qui minatus erat velle vindicari &c. & d. Io. Spacciante subdit vltra visum, vt supra illinc ad certos annos audiuisse publicè homicidium, & combustionem corporis ex d. D. Francisco, & assignat caussam. Cæteri autem testes n. 8. deponunt de fama publica. Sed quoniam primi duo testes videntur facere vim, proinde aduersus illos dicitur, quod non probant, & debent repelli omninò. &

Primo dictus Io. Spacciante, quod est vnus de inimicis dicti D. Francisci, aduersus quem insurrexit cum alijs, vt coram Superioribus accusaretur de criminibus, vt fol. 89. ex allegatis superius iuribus.

Secundo, ambo non deponunt de anno, & saltim mense prætensi delicti, in quibus vidissent dictum D. Franciscum, quo casu non procedit, nec libel-
21 lus † occusationis, nec inquisitionis, nec per consequens inquisitio ipsa, vt dicit *Clar. q. 31. nu. 11. ver. Quod de anno præsenti,* & hęc conclusio non habet in praxi difficultatem, ratio est, nam nõ est tollẽda defensio reo, & munus probandi negatiuam coarctatam loco, & tempore, & hæc est communis omniũ DD. opinio, eo maximè quo hic non fuit processum per inquisitionem generalem, *Farinac. de inquisit. q. 1. à num. 12. vsque ad 16.*

Tertio, Donatus de Ambrosio, qui pubes deponit de eo, quod vidit impubes, postquam tempore depositionis erat ætatis annorum decem, & octo, & homicidium prætenditur ante nouem annos huius ætatis, quæ depositio
22 quamquam possit procedere † ex dictis vberius per *Farin. de testib. q. 58. nu. 58.* vsque ad finem, tamen non potest negari, quin dictus testis deponat inuerisimilia, cum viderit manum quãdam in loco combusto candidam, & erat dicti Diaconi Angeli, quoniam si corpus pręsumitur combustum, manus si non vreretur, saltim exiccaretur, & obumbraretur, imò penitùs denigraretur ex vi ardẽtis ignis: vltra quod non adest caussa scientię, quomòdo cognouit manum, frustum vestis, & cammisię dicti Diaconi, cũ peculiaria signa non habuissent? Amplius, quomodo verisimile sit, totum corpus esse con[illegible]stũ, & frustum cammisiæ, quæ circu[illegible]irca strictè corpus inuoluitur, & ex p[illegible]ue-dine ardentis carnis ardentior [illegible]ret, non vreretur integra vna cum [illegible]ta vueste clericali? Non creditur in [illegible]nté rectè Iudicantis intrare posse, verisimilia hunc testem deponere, sed prorsus inuerisimilia, quo casu est suspectus de

23 de falso, † vt dicit *Farinac. de teſtib. q.65.nu.144.& 148.& in conſ.crimin. 110.nu.5.* Quibus teſtibus ſic repulſatis, reſtat dicendum, quod fama publica contra dictum D. Franciſcum nihil 24 officiat, tum quia fama † publica tantùm non faciat indicium ad torturam, cum non ſit vehemens, non habens ortũ à veriſimili, & probabili cauſa, quia non fuit probata, ſed præſumpta, vt ſumitur ex *Farin. de indic. & tort. q.47. nu.4.6.27.28.34.et 46. et ex conſ.crim. 158.nu.16.* tum quia habetur certa notitia occiſoris, qui fuit Donatus Antonius Grippus, & petijt de tali homicidio veniam, & indultum obtinuit iudicialiter, ita quod fruſtra coniecturis quæritur innocentia dicti D. Franciſci, vbi conſtat de certo occiſore. Vnde Dominus Iudex non ſolum non eſt dubius ad finem abſoluendi ex doctrina ſuperius allegata, *Gram. deciſ.56.nu.18. & 19.* ſed certus.

Ad quartum de homicidio in perſonam Angeli Lubraici dicitur ex quo fuit commiſſum tempore quo dictus D. Frãciſcus erat laicus, & eo quoque tempore habuit indultum, & gratiam à Principe, & conſtat ex copia indultus præſentati, nõ eſt amplius moleſtãdus, vt probat *text. in l. 1. C. de ſenten. paſſ. cum alijs iuribus allegatis per Farin. de inquiſit. q.1.nu.52.*

Ad quintum de prætenſo recaptu in perſonam Petri Antonij Bianculli, & receptatione Benedicti Caſari, Io. Angeli Marroni, & Horatij Caraccioli prætenſorum bannitorum, præterquod nihil legitimè conſtat, cum omnes teſtes examinati ſ. Io. Dominicus de Meta f.68. Donatus Leo f.72. Io Angelus de Blaſio fol.77. Io. Maria de Romano f.80. & Ioſeph Fanellus f.83. ſint principales offenſi, quærelantes, & capita porrigentes, vt fol. 102. non conſtat aliquo modo ſupradictos fuiſſe bannitos. Imò contrarium, nam cum de eadem receptatione Benedicti Caſari fuiſſet inquiſitus Cl. D. Hector de Rugerio Carafa frater dicti D. Franciſci in Tribunali Illuſtriſsimi Nuntij Neapol. per ſententiam diffinitiuam ſub datum die 20. menſis Martij 1614. fuit liberatus, ex quo conſtauit dictum Benedictum eſſe deſcriptum in militia, ſeu ſodalitate Capitanei D. Caroli Cotugni, & ſic non bãnitum, vt apparet ex proceſſu d. Cl. D. Hectoris in hac eadem Archiepiſcopali f. 2. Nec obſtat dictũ D. Franciſcum fuiſſe viſum armatum cum armis prohibitis, nam præter exceptiones teſtium iam enarratas, non 25 punitur † quis pœna delationis armorum, niſi capiatur cum illis, *ad tex. in l. ſi Barſatoram, & ibi gloſ. & DD. C. de fideiuſſor.*

Ad ſextũ deniq. ſ. de verberib. & vulnerib. in perſonã Iulij Perecti, cũ laceratione cuiuſdam prouiſionis; duos teſtes videntur facere vim ſ. Io. Lauriam f. 207. & Io. Antonium de Ramundo f.211. ſed iſti repelluntur, cùm ſint de illis, qui capita porrexerunt, vt conſtat f.16. & f. 87. reliqui verò teſtes deponunt, aut parum, aut nihil, ita quod nõ ſunt de illis verba facienda, ex quibus omnibus clarè conſtat, prædictum D. Franciſcum indebitè. & euidenter calumnioſè fuiſſe moleſtatum ab Vniuerſitate. Reſtat ergo vt ab omnibus liberetur, & abſoluatur, & Vniuerſitas imò particulares illius condemnentur in damnis, expenſis, & intereſſe, prout ita Iuris eſſe cenſeo.

Ego Horatius Perſius I. C. ſaluo ſemper, &c.

Reſponſa ad dubia facta in ſupradicta cauſa per Reuerendiſs. Dom. Generalem Vicarium.

AD dubia eruta ex proceſſu perdo ctè, pro parte Fiſci, facilis reſponſio paratur.

Nam primò quoad mulieres teſtes probantes adulterium prætenſum habitas, & deſcriptas ab inquiſito pro lenis, & proinde vti infamibus non probare, dicitur per Reuerendiſs. Dominationem veſtram, quod requiſita, *l. palã,*

§. leno.

§. lenocinium, ff. de rit. nuptiar. & *decis. de Franch.* 68. deficiunt, & quod dictæ
26 mulieres non sunt lenæ † nam semel
& non ex consuetudine committerēt,
& pœnas lenocinij luere non deberēt.
27 Respondetur, quod *text.* † *§. lenocinium, & decis. de Franch.* 68. loquuntur de punienda lena pœna ordinaria
lenocinij, & hoc requiruntur requisita
d. l. palam, & §. & ad finem remittendi
ad Iudices competentes Gabellæ meretricum, vt in *d. decis.* 68. nam requiritur consuetudo delinquendi, sed nō
propterea dictæ mulieres nō sint quasi
lenæ, & pœna extraordinaria puniendæ venirent, nam tantum sonat lenocinium, quantum homicidiarius, vsurarius, aleator, &c. & si aliquis commisit semel homicidium, vsuram, &
ludum alearum non veniret puniendus
pœna homicidiarij, vsurarij, &c. nam
in his consuetudo delinquendi attenderetur, & puniretur non propterea
non veniret puniendus sua pœna ordinaria vbi adesset, vel nisi pœna extraordinaria, nam hoc dicere esset inconueniens. ita distinguit *Capoll. allegatus per Vinc. de Franch. d. decis.* 68. *in l. 1. §. Idem Iulianus n.* 20. *vsque ad* 28. *ff. de ædilit. edict.* & dictam distinctionem
sequutum fuit S. R. C. sed quoniam in
casu nostro non est petitum dictas mulieres condemnari ad pœnam lenocinij, verum vt repellentur à testimonio,
& tanquam lenæ, & tanquam sociæ
criminis, quia saltim opem, & domum
præstiterunt ad delictum adulterij prętensi committendum, vt sumitur in
similibus *ex Angel. de malef. vers. Dicto maleficio semper n.* 13.

Quo vero ad testes Vniuersitatis examinatos contra D. Franciscum, quod tātum vniuersitas, & procurator ad quærelandum reijciatur *ex c. insuper de testib.* & quod testes vniuersitatis admittantur contra accusatum non extraneum. Respondetur, quod d. D. Franciscus non est de eadem vniuersitate,
sed penitùs extraneus, vt est notorium,
28 & proinde testes † prædicti de vniuersitate ad fauorem alterius eiusdem
vniuersitatis non admictuntur ad tradita per *Farin. de testib. q.* 60. *illati* 17.
n. 511. & *c. maximè quo sumus in criminalibus*, vt *idem ibidem n.* 508. Accedat, quod congregatio hominum facit
vniuersitatem, & non solum vniuersitas, & procurator cōstitutus ab ea agēdum, vt in *d. c. insuper relato per Farin. ibid. n.* 526. verum omnes illi, qui procuratorem constituerunt, & in mandato procuratoris comprehensi sunt pro vniuersitate sua testimonium ferre non
possunt ex relatis per *Farin. ibid. n.* 527.
Nam quis dubitat huiusmodi testes esse detectos inimicos capitales, cum
conuenerunt spontè ad consilium, vt
d. D. Franciscus accusaretur, & puniretur de suis criminibus? & in tantum
hoc verum est, vt non solum prædicta
29 habent locum in vero, † sed in præsumpto inimico *Farin. de testib. q.* 53.
n. 24. Restat ergo quo ad primam oppositionem, vt omnia remaneant elisa.

Ad secundum, & ad capita in ea contenta, quod Io. Dominicus de
Motta fuit examinatus de mense Iulij,
& quod de mense Nouembris sequentis detigitur inimicus, & quod propterea non obstaret, sed depositio esset valida. Respondetur, quod adhuc
inimicus est, & testimonium eius non
admictendum, nam quanquam appareat post detecta inimicitia, tamen
30 qualis animus † fuit in præcedentibus
cognoscitur ex postea gestis *argu. §. Pauonum Institutio. de reri diuisio.* cum
alijs allegatis per *Mascard. de probatio. conclus.* 95. *n.* 7. *vol.* 1.

Nec est necesse in sententia condēnationis, ex qua irrogatur infamia,
declarare condemnatum infamem, nā
DD. dicunt, quod condemnatus actione iniuriarum efficitur infamis, vt dicit
31 *Clar. in alleg. §. iniuria n.* 9. cum † sententia sufficiat, vt contineat crimen
tale, per quod interrogetur infamia
Farin. de testib. q. 56. *n.* 18. Vnde sufficit
vt dicti coniuges Cæsar. s. & Ioannella appareant condemnati ad exulandum

dum pro iniuria, &c. vltra quod consanguinei non solum accusati, sed etiã accusatoris, & illius familiares, seù aliàs de domo prodeuntes ad testimonium non admictuntur *Farin. de testib. q.60.n.68.*

Et illud, quod dicitur, quod quando cõstat de vero occisore confessio alterius non releuat homicidam *ex l. quod seruum, ff. de interrog. actio.* Respondetur, quod hæc conclusio est vera, tamen non inducitur ad casum nostrum, nam non potest dici, quod constet de vero occisore, stante, quod ex parte Don Francisci sunt probatæ probationes inualidæ, & penitus illegitimæ, haberet enim locum si probatio veri occisoris legitima existeret; cum ergo talis hic non sit, non est aliud dicendum. Quo verò ad contrarietatem testium, quod scilicet non deponant alij de nocte, & alij de die expressis verbis; dicitur, q ita sonant verba testium, nam cum vnus dicat (al tardo, e conobbi al lume della candela) non nè hic nox describitur? & cum alij testes dicant (23. in 24. hore) hic non nè dies est? ergo alij de nocte, alij de die deponunt, & per hæc sit responsum alijs dubijs similibus.

Et quo ad remissiones, quod non obstent nam ex officio proceditur maximè in Tribunali Ecclesiastico dicitur, quod non solum sunt remissiones, sed ex-
33 culpationes † per quas tolluntur indicia vrgentia, & sufficientia ad torturam non autem plusquam vrgentia, & plusquam sufficientia, nisi hoc casu concurrant alia signa, & indicia innocentiæ, vt dicit *Farin. de Indic. & tortur. q.43.n.116. & seqq.* & quoniam in casu nostro est probatum non solum non esse indicia sufficientia, verum omnia remanent elisa, & penitus diluta, proindè d. Cler. D Franciscus debet absolui, & liberari ab omnibus, vt superius est dictum.

H. Persius I.C.

Die 10. mensis Aprilis 1615. fuit condemnatus ad exulandum per biennium pro omnibus confusè per D. Iosephum Griptolium Vicarium Generalem V.I.D. integerrimum, & doctũ, tamen ipse D. Franciscus statim de d. exilio habuit gratiam ab Illustr. & Reu. Archiepiscopo Fratre D. Ioanne de Spilla viro sapiẽtissimo, & S.T.D. eminentissimo Ordinis Prædicatorum.

CONSILIVM II.

Pro Clerico Camillo Passaro Terræ Tulbij inquisito de homicidio noctis tempore in personam D. Anibalis Grilli Cantoris dictæ Terræ.

ARGVMENTVM.

Lex multũ assistit pro defensione reorũ, ita quod testes aliàs inhabiles, habiles fiunt, sed cum distinctione, vt intus.

Fama bona, & spontanea præsentatio faciunt præsumere innocentem, qui à Diuino Iudicio iuuatur.

SVMMARIVM.

1 *Testes coniuncti, consanguinei, & domestici, etiam fratres admictuntur ad probandum innocentiam, dummodo non producantur ad reprobandum directè testes fisci, vel partis.*
2 *Testis de nocte si est ex vicino loco, & propinquo nihil refert, si non reddat causam luminis, & etiam si reddat causam lunæ non est integræ fidei.*
3 *Testis deponens per verbum (videtur) quando est coniunctum sensui, probat vt in exemplo.*
4 *Verba sunt inuenta, vt dicentis animum exprimant.*
5 *Animus qualis fuit in præcedentibus, probatur ex postea gestis.*
6 *Probatio nulla maior, quã proprij oris confessio.*
7 *Delicta difficilis probationis, cõiecturis, & præsumptionibus probantur.*
8 *Aggressorem, quem esse præsumptionibus probatur.*
9 *Mina probantur per testes singulares,* qui

qui tamen concordent in qualitate minarum.

10 *Moriens non præsumitur immemor salutis eternæ, eo magis quando non tractatur de praiudicio tertij.*

11 *Exculpatio morientis admittitur ad absoluendum.*

12 *Fama bona tollit delicti præsumptionē, & iudicium ad torturam.*

13 *Amicitia præsumitur in dubio.*

14 *Innocens præsumitur, qui sponte se præsentat in iudicio.*

15 *Famà delicti eodem tempore, & fama innocentia concurrens præualet vltima.*

16 *Testibus duobus in negatiua ad defendendum magis creditur, quam mille ad vindictam.*

17 *Citatus non tenetur comparere in loco, vbi non est tutus accessus.*

18 *Rixa interueniens est præsumendum, quod casu, & non appensatè interueniat.*

19 *Innocentia à Diuino Iudicio iuuatur.*

Dirigat Dominus verba mea.

IN causa homicidij patrati in personā D. Anibalis Grilli Cantoris Terræ Tulbij noctis tempore, de quo reperitur inquisitus Cl. Camillus Passarus, viso processu videtur dictum Cl. debere absolui, & liberari, quia fuit aggressus à Cantore cum baculo, & securi, & vulneribus affectus in læui manu proditoriè, dolosè, & appensatè, & constat ex processu prædicto, & quanquā remansit occisus, accidit sua culpa, & ab alio, quam à dicto Cl. quod tanquā aggressus, & vulneratus peteret dictū Cantorem puniri, & castigari, si prius interfectus ex hac vita non decessisset, & quod dictus Cl. sit innocens à sanguine illius, & quod fuisset aggressus animo diabolico, & occidendi, constat prius ex depositione dicti Cantoris fol. 8. dum dicit habuisse ex relatione Martij Grilli fratris, eundem Clericum protulisse quædam prætensa verba contra ipsum Cantorem, scilicet *(se esso và cercando leuarmi la robba, gli uoglio leuar la vita)* & ex his verbis accēsus calore iracundiæ fecit vocare circa mediam horam noctis dictum Clericū à propria domo, priùs per Gratianum dell'Arso suum famulum, vt fol. 6. àter. vt veniret ad plateolam dictæ terræ, & dictus Cl. renuisset, stante noctis tempore, iterum fecit vocare per Io. Antonium Albanensem etiam famulum f. 7. Et quod animo percutiendi vocare fecisset, constat ex depositione Ioannæ Passaræ sororis d. Cl. & cognatæ dicti Cantoris, cum quo in eadem domo habitabat f. 115. Postquam multa verba iniuriosa proferebat aduersus Clericum, dicendo *(forsante, infame, & alia, &c.)* imò & cum audiuit dictum Cl. nolle venire, illicò succinxit se, & è domo exiuit, & fuit visus exire cum baculo, & cum securula, vt deponit eadem testis fol. eod. & Cl. Fabritius Mancinus fol. 75. à ter.

Nec obstat, quod dicta Ioanna sit soror dicti Cl. nam coniuncti, consan-
1 guinei, † & domestici admittuntur ad defendendum aliquem, & ad demonstrandum eius innocentiam, vt respondit *Alex consil.* 119. *nu.* 6. *vol.* 7. & tradiderunt *Bal. & Salic. in l. parentes, C. de testib. & Salic. in l. testimonium ff. eod.* dilucidè scripsit fratrem esse idoneum testem ad defensionem pro fratre nullo facto discrimine, an simul habitent nec ne?ita etiam *Alex. consil.* 5. *nu.* 8. *vol.* 1. & refert *Mascard. de probat. conclus.* 490. *nu.* 6. *&* 7. *vol.* 1. & eo maximè quando prædicta Ioanna non est producta ad reprobandum alios testes fisci, vel partis, sed ad meram defensionem probandam, vt *Mascardus ibid. & sub num.* 8.

Nec obstat iterum si fuerit dictum,
2 quod cum isti testes † deponant de nocte lumine non accenso, & luna nō lucente, non probent, per ea, quæ dicit *Ias. in l. si non speciali nu.* 10. *C. de testam. Farinac. de testibus q.* 62. *nu.* 39. Nam hoc habet locum, quando testis deponit se vidisse noctis tempore de longinguo, secus autem si diceret se vidisse ex loco vicino, & propinquo, tunc

enim

enim benè probat *Farinac. ibid. n.* 41. & 42. & quia d. Cler. Fabritius testis dicit se tanquam vicinissimum cantori, vidisse, ergo cessat oppositio, & multò magis in Ioanna Passara, quia fuit insimul cum Cantore in eadem domo, quem vidit egredi cum baculo, & securi *Farin. ibid. sub n.* 43.

Nec obstat denique, quod d. Cler. Fabritius non deponat simpliciter vidisse Cantorem afferre securim, sed dicit (mi parse vedere vna cosa bianca in sua centa, che mi pareua stile di accetta) Quia etsi verbum (mihi videtur †) referatur ad iudicium intelle-
3 ctus, quod Iudici, & non testi congruit per eaque dicit *Bar. in tract. Testimoniorum n.* 20. tamen, quando hoc verbum (videtur) est coniunctum sensui, vt in casu nostro, & exempli gratia. Video vnum hominem, & videtur mihi esse Titium, bonum est testimonium, vt *Bart ibid.*

Constat etiam malus animus, quem Cantor habebat aduersus Cler. ex depositione Dyac. Scipionis de Cicco. fol. 108. & Io. Dominici Verronis fol. 112. à ter. vbi habetur, etiā de multis verbis iniuriosis prolatis contra Clericum licet absentem, & hæc etiam per plures dies antequam adactum aggressionis venisset, & quod verba
4 sint inuenta † vt dicentis animum exprimant, & declarent, inquit *Alciat. lib. prim. in princip. tract. de verb. signific.* qui animus etiam per testes singulares probatur secūdum *Crauett. cōsil.* 2. *nu.* 33. & multo magis, quando concurrit publica vox, *Mascar. de probation. concl.* 94. *n.* 3. *vol.* 1. & quod constet de malo animo Cantoris contra Clericum ob donationem factam Dianæ alteri sorori, in odium neptum d. Cantoris, sparsim per totum processum habetur.

Et quod etiam animo delinquendi Cantor discessit è domo aduersus illū præsumitur ex probata asportatione armorum, *vt tradit Gloss. fin. in tit. de pac. Const. & ibi Bal. Mascard. concl.* 97. *n.* 7. *volum.* 1.

Secundo animus d. Cantoris qualis
5 fuit † in præcedentibus probatur ex postea gestis *argum. §. Pauonum Instit. de rer. diuision.* & cumulat multa *Mascard. concl.* 95. *n.* 7. *vol.* 1. scilicet quia Cantor fecit vocare amicabiliter cler. vt ipsemet deponit in iudicio, & nulla
6 maior † probatio, quam proprij oris confessio, vt dicit *Felin. in c. quanto in* 1. *limitatio. ext. de præsumption.* & quantæ sit magnæ potentiæ dicit *Vinc. de Franch. decis.* 336. *n.* 8. sub prætextu cōponendi litem, & discordiam inter ipsos ortam ob complementum dotium Martij Grilli, & deinde d. clericus simpliciter, & tanquam amicus venisset ad locum plateolæ, fuit proditoriè aggressus à Cantore prius cum baculo, & proinde cum securi, probatur ex depositione Io. Antonij Moliterni f. 100. qui audiuit, & vidit tanquam vicinus ad locum delicti d. Cantorem iniuriare, & percutere cum baculo clericum in terra proiectum, qui Cantor etiam tenebat in manu securim; vidit etiam subiungere Io. Camillum Marram cognatum d. clerici, quem eripuit à manibus Cātoris nè occideretur ab illo, qui iam in manu vulnerauerat clericū, qui aufugit, & d. Io. Camillus, & Cantor inter se rixare cæperunt, ita vidit d. testis, necnon & Marianus della Torre fol. 118. & Pascarellus Cirellus f. 119. qui transeuntes propè rixantes, viderunt omnia, & sunt idonei testes sine lumine accenso, & luna lucente, per ea quæ dicta sunt superius per *Farinac. de testib. q.* 62.

Tertio nō solum ex dictis clarè cōstat d. cler. fuisse aggressum, & vulneratum à Cantore, sed etiam ex præ-
7 sumptionibus † & coniecturis quibus vti oportet pro probationibus, quando delictum est difficilis probationis, vt de quo tractat *Farin. in tract. de pæn. temper. q.* 96. *n.* 70. Et primo præsumitur d. clericū fuisse aggressum, percussum, & vulneratum à Cantore ex eo quod d. clericus fuit auditus exclamare, &
8 † petere auxilium, vt deponit Scipio

Mãcinus fol. 66. à ter. & cler. Fabritius Mancinus fol. 76. vt per *Bald. in l. 1. C. vndeui. Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 39. num. 12.* & quod dicti testes sint idonei noctis tempore, clarum est quia cognouerunt tàm Cantorem, quàm clericum ad voces quas habebant benè notas, *Corrad. in pract. §. de offic. Prætor. in caus. crim. Rub. de neg. crim. & tormen. n. 25. Farin. de testib. q. 62. n. 45.*

Secundo est probatum d. Cantorẽ fuisse valde rixosum, quam ob rem præsumitur ipsum fuisse aggredientem, vt dicit *Card in Clementi. 1. in 33. q. de homicid.* vbi si duo reperiuntur mutilati, nec apparet quis fuerit insultator, præsumitur contra magis rixosum, refert *Alciat. ibid. n. 9.*

Tertio, est probatum d. Cantorem similia aliàs perpetrasse, & semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, *vulg. c. semel malus de reg. Iur. in 6. Farin. ibid.*

Quarto præsumitur contra Cantorem, qui protulit minas contra clericũ dicendo (voglio aggiustare io questo capozzuto, minacciãdo con la mano, e con la testa) vt deponit Dyac Scipio de Cicco f. 108. & Io. Dominicus Verronus fol. 112. quæ minæ, quanquam non sint expresè de verberando, & vulnerando tamen sunt tacitæ factæ, & quodamodo per enigma prolatæ, vt per *Gandin. de præsumpt. & indic. dubit. sub n. 23. Farin. de indic. & tortur. q. 50. n. 8.* & eo magis quo satis abundè probatum est d. Cantorem fuisse potentẽ, malæ vitæ, & solitum minas exequi *Farin. ibid. n. 9.* Imo, & tanta abundabat temeritate, & superbia, quod ausus fuit resistere actuario Neapolitanæ Audientiæ, ita quod manus violentas super eum imposuit, vt deponit V.I.D. Hieronymus Maicas fol. 91. & Io: Laurentius Gorrera fol. 80. & constat ipsi Audientiæ, &c.

Non obstat, quod dicti testes de minis non sint contestes de loco, & tempore, nam sufficit vt sint duo † & sin-
9 gulares, concordes tamen in qualitate minarum, *Farin. ibid n. 41. & 42.*

Quinto est probatum ex depositione Io. Antonij Moliterni, dictum Cantorem admenasse baculum, & securim contra Cl. ob quod præsumitur contra ipsum Cantorem, vt dicit *Flori. in l. sciente §. qui cum alter, ff. ad l. Aquil. Capol. cons. 28. num. 9.*

Sextò, vulnus illatum manui dicti Cl. est probatum, fuisse securis, quę per Cantorem ferebatur, & admenabatur, cum ergo Cantor habebat arma proportionata vulneri prædicto, præsumitur contra eundem *Farinac. ibid.*

Septimò, dictus Clericus non tulit quodquam genus armorum, cum amicabiliter, & bona fide iuit ad Cantorem, & hoc constat ex depositione in iudicio facta dicti Cantoris, dicendo, quod Io. Camillus Marra vulnera inferebat, & Cl. detinebat eum dumtaxat. Ita quod dato, & non concesso, quod sit verum adhuc Cl. arma non ferebat ex confessione Cantoris, & nulla maior probatio, quam oris confessio, vt supra est probatum.

Octauò, dictus Cantor, cum in vltimo vitæ spiritu constitutus esset, declarauit pluriès, non fuisse offensum à dicto Clerico, sed à Io. Camillo Marra tantum. Imò, & fratribus dixit, nè dictũ Clericum ex hac causa odio haberẽt, tanquam non culpabilem, vt deponũt Io. Laurentius Gorrera, & V.I.D. Hieronymus Maicas. Et præsumitur, quod
10 quis moriendo † non sit immemor salutis æternæ, *l. fin. C. ad l. Iul. repetund. & 1. q. 3. c. sancimus, & quilibet præsumitur innocens à peccato, l. absentem, ff. de pœnis, Alciat. reg. 3. præsumpt. 4. nu. 1.* & eo magis quando non tractatur de præiudicio tertij, vt hic, *Alciat. ibidem nu. 7. & in præsumpt. 44. nu. 5.* exculpa-
11 tio † morientis admittitur ad absoluendum, secundũ *Bald. in l. 1. C. comm. de leg. per l. Paulus, §. 1. ff. de bon. liber. nõ tamen ad condemnandum, vt ibi.*

Nono, non præsumitur dictum Clericum commisisse delictum præfatum, ex quo est probatum vberius ipsum esse

esse bonæ famæ conditionis, conuer-
sationis,& vitæ,perfectum Christianũ,
12 vnde proculdubio † tollitur præsũptio
delicti,vt per *Bald.in l.fin.ff.de hæredib.*
instituen. & multa concordantia con-
gerit *Innoc. Vitalis in suo cons.crim. nu.*
15.& talis efficax est, vt si contra reũ
adesset indicium ad torturam, probata
bona fama non poterit torqueri, ita
*Bald.in l.fin.nu.*8.*C.de probat. idem Vi-*
tal. ibid.

Decimò,quatenus adessent,debent
cessare omnes suspitiones, atque indi-
cia,quia satis probatum est, Clericum
amicitia cum dicto Cantore semper
functum fuisse, quæ amicitia licet non
13 probata prout est,semper † in dubio
præsumitur, *Bal.in l.si quis testibus in*
*fin.C.de testib.Gramat.cons.*42.*num.*11.
*Vital.ibid.nu.*14.

Vndecimò,non præsumitur Cl. de-
liquisse,cum statim quo fuit è manibus
aggressoris ereptus, ita vulneratus iuit
ad domum Archipresbyteri dictæ ter-
ræ tunc temporis Vicarij ad se sponte
præsentandum, & exponendum quæ-
relam criminalem contra Cantorem
de verberibus, & vulneribus illatis;&
hoc quidem non fecisset si nocens fuis
set;quis enim est tàm fatuus,qui in cau
14 sa capitali si est nocens, † & verus
reus delicti velit se priuare libertate,
exponendo propriã vitam,sicuti agnũ,
& vitulum ad amarum supplicium, &
constituere se in carcerem? *arg.tex.l.si*
ita,ibi quod nemo sanus probauit, ff. de
euiction. nisi sciat se esse innocentem?
ita dixit notabiliter *Cepoll.in cons.crim.*
31.*col.*8.*Gram.consil.crim.*29.*nu.*32.

Quarto principaliter.Nec obstat pu
blica fama probata contra Cl.quod in-
teruenisset, vna cum Io.Camillo Mar-
ra ad vulnerandum Cantorem, nam
satis clarè fuit probata fama negatiua,
quæ tollit contrariam,vt per *Ias.in l.si*
*pone nu.*78.*ff.de acquir. hæredit.* & quã-
do vno tempore est probata fama de-
15 licti, † & alio innocentiæ, vltima
præualet,*Hypolit.in l.de minore* §.*pluri-*
*mum,ff.de quæstion.nu.*47.*Ias.in l.pacta*
nouissima,C.de pactis in noua ampliat.&
*per Arnon. dial.*86. ratio est quia forma
ex opinione est, sed opinio potest mu-
tari,& potior est vltima, *l.qui bona* §. *si*
quis stipulatus,ff.de dam.infec. Mascard.
*conclus.*750. *num.*2. *vol.*2. & quatenus
fuerit oppositum, quod fama contra
Clericum probatur per plures testes,
& fama contraria per minorem nume-
rum.l.per tres testes,non obstat, quo-
16 niam magis creditur duobus † in ne-
gatiua ad defendendum, quam mille
ad vindictam,*Boer.decis.*100. *latissimè*
*Alciat.reg.*3.*præsumpt.*44.*num.*8.& mi-
nus obstat si fuerit dictum, quod præ-
sumitur aliquid contra Cl. ex quo fu-
giendo interrogatus propè Ecclesiam
Sãctissimæ Annuntiatæ dictæ terræ à
magistro Baptista de Flore fol. 9. & à
Francisco Antonio Sanitate fol.22.ca
merarijs,dixit quærere suum famulum,
qui asinam perdiderat, nam hæc dixit
nè lederetur à Dominico Grillo fratre
dicti Cantoris, qui aderat cum dictis
Camerarijs,vt ipsi deponunt, & Cler.
cognouit ad vocem, & locus ille non
erat tutus sibi ad veritatem proferen-
17 dam,sicut citatus † non tenetur cõ-
parere in loco vbi habet inimicitias,ex
quo non est tutus, vt notatur in *clem.*
Pastoralis §. *Pisana de re iudic.* & dicit
*Affl.decis.*289.*nu.*20.

Quinto principaliter, Non obstat,
quod Io. Camillus Marra interuenit
cum Cl.& ideo præsumatur, quod ap-
pensatè, & præcedente tractatu inter-
uenisset, nam vltra quod cõstat ex de-
positione Io.Antonij Moliterni f.100.
dictum Io.Camillum post aggressionẽ
interuenisse in auxilium cognati, tra-
ctatus præcedens, & deliberatio non
18 præsumitur.Imò quod casu, † & non
appensatè est præsumendum, quod
quisque in rixa interuenerit, *Farinac.*
*de pænis temper.q.*96. *nu.*75. & ideò de
tractatu, & deliberatione debet con-
stare certè, & liquidè, vel saltim præ-
sumptiuè, *Farinac.ibid.num.*77. *&* 78.
sed quià hic non apparet aliquo modo
præcessisse tractatum, & deliberatio-
nem

nem, restat dicere, quod casu interuenit dictus Io. Camillus, qui ob defensionem sui cognati cæpit rixare cum Cantore, & se defendendo cum proprijs armis Cantoris ereptis ab illius manibus, potuit illum vulnerare, & dicere poterat cum Sulmonensi Poeta.
1 *Heu patior telis vulnera facta meis*. Et istud potuit esse propter diuinum Iudi
19 cium, quod noluit † innocentem perire, vt dicit *Alciat. de præsumpt. reg. 3. num. 10. præsumpt. 39. Cepoll. consil. 29. num. 11.*

Sunt aliæ rationes, quę ab ipso processu clarè apparent de innocentia inquisiti, sed breuitatis causa omictuntur, quoniam per supradicta abundanter constat sublatam esse omnem dubitationem, consequenter d. Cl. Camillum debere liberari, & innocentem declarari, & ita iuris esse, &c. saluo sẽper, &c.

Horatius Persius I. C.

De mẽse Iulij 1609. fuit iudicatum iuxta supradicta per D. Antonium de Mattheis Aquilanum Vicarium generalem Archiepiscopalis Audientiæ Materanen. tempore Archiepiscopi Ruffi virum doctissimum, atque subtilissimũ Iurisconsultum, & post Episcopum Castellaneten.

CONSILIVM III.

Pro subdi. Tota Polisena inquisito de percussione, & vulneribus in personam Clerici.

ARGVMENTVM.

Percussio in Clericum quando dicatur grauis, & quando leuis.

Vulnus quando propriè dicatur.

Et de materia iniuriarum quãdo atroces, & enormes dicantur, & quando non, sed leues.

SVMMARIVM.

1 *Præsumptio in dubio est capienda in illã partem, per quam pœna euitatur.*

2 *Clerico ob leuem percussionem factam spectat absolutio ad Episcopum.*

3 *Iniuria, cuius sit gradus, Iudicis arbitrio remittitur inspectis qualitatibus loci, personæ percussæ, & percutientis.*

4 *Vulnus propriè dicitur, quando fit scissura carnis, vel separatio in corpore non modica.*

5 *Percussionem esse enormem, quomodo intelligatur.*

6 *Experto standum est.*

7 *Vulnus enorme non dicitur cum medicamen chirugiæ, vel emplastri non requirat.*

8 *Vulnus in capite est lethale, sed quando.*

9 *Cerebrum est princeps, & principale organum sensus, & intellectus.*

10 *Percussio leuis vbique dicitur cum nulla macula, vel sigillatio carnis relinquit in futurum.*

11 *Percussio in faciem dicitur enormis, sed quando.*

12 *Iniuria ratione loci, quando enormis dicatur, & quando ratione personæ.*

Dirigat Dominus verba mea.

SVbd. Tota Polisena inquisitus in Archiepiscopali Curia Materana de iniectione manuum violentarũ in Cl. Nuntium de Renna cum vulneribus in capite, & in facie propè oculũ sinistrum impactis cum sanguinis effusione: & reuocatur in dubium, an absolutio excommunicationis in quam incidit, iũxta *cap. si quis suadente 17. q. 4.* spectet ad Episcopum, an ad Papam, & viso processu pro rei veritate respõdetur spectare ad Episcopum, cum sit leuis percussio, de qua tractatur, & debet habere locum, *cap. peruenit de sent. excommun.*

Et est dicendum, quod dictus Tota tenetur de eo, quod gessit, postquam id, quod accidit fuit in pura rixa, non autem ex proposito, & per tractatum, vt in *l. fin. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Et ex eodem processu. s. ex depositione principalis percussi excerpitur, postquam ami-

amicabiliter deambulando deuenerunt ad aliquas differentias, & cum secùs non constet, semper est præsumen-
1 dum † in illam partem, per quam pœna euitatur, *l. semper in obscuris, ff. de reg. iur. l. proximè, ff. de his, quæ in testamen. delen. Alciat. præsump. 45. nu. 1.*

Cum ergo teneatur de eo, quod gessit, est videndum cum distinctione, quam ponit *Abb. in d. c. peruenit num. 2.* cum quo pertranseunt *Nauar. in manual. cap. 27. num. 91. & 92. Syluest. in ver. absolutio il 4. num. 1.* an huiusmodi iniuria sit leuis, mediocris, vel enor-
2 mis, quia si est leuis, † absolutio spectat ad Episcopum, si enormis, si mediocris etiam ad Episcopum quoad priuilegiatos, vt intendit *Sylu. ibid. n. 1.*
3 sed cuius sit gradus iniuria † ad iudicis arbitrium recurrendum, vt *Abb. in cap. peruenit nu. 3. argum. instit. de iniur. §. atrox, & Menoch. de arbitr. cas. 263. nu. 2. & per totum.*

Quæ quidem iniuria consideratur atrox, seù enormis, vt in *d. §. atrox*, vel ex facto, veluti si quis ab aliquo fuerit vulneratus, vel fustibus cæsus, vel ex loco, veluti si cui in theatro, vel foro, vel in conspectu Prætoris iniuria facta sit, vel ex persona, veluti, si Senatori ab humili persona iniuria facta sit, & ita refert etiam *Syluest. ibid. circa fin.*

In primis principaliter iniuria, de qua tractatur non dicitur enormis ex facto, postquam & si asseratur per Clericum, quod fuit vulneratus claui', tamen vulnerum nomina non merentur, sed percussionem; differentia. n. est inter vulnerare, & percutere, quoniam
4 vulnus † propriè est, quando fit scissura carnis, vel separatio in corpore, vt est *tex. rotundus in l. si seruus seruum §. rupisse, ff. ad l. Aquil. Angel. de malef. in ver. & ipsum Titium nu. 1.* Et quanquã in facto nostro adfuit scissura carnis, tamen fuit modica, & nõ dicitur vulnus, vt ait *Bald. in l. si prædium, C. de ædilit. edict. & refert Augus. ad Angel. ibid.*

Nec obstat per ea, quæ dicit *Nauar. ibid. nu. 92.* percussionem esse enormẽ
5 † illam, ob quam factam defluit multũ sanguinis, præter quidem quando esset in naribus vel in alia parte, vnde de facili sanguis erumpere solet, nàm ponderari debent illa verba (multum sanguinis) & *Abb. notat in c. cum illorum de sentent. excomm. num. 12.* quod significatio huius verbi (effusio sanguinis) denotat abundantiam, & ideo vbi requiritur effusio sanguinis oportet, quod inde prodeat multum sanguinis. cùm ergo in processu non constet de abundantia sanguinis, sed de sanguine dumtaxat, restat, quod iniuria non dicatur enormis, sed leuis, postquã quando percussio est sine effusione multi sanguinis, leuis dicitur, vt *Nauar. ibid. num. 91.* referendo verba extrauagantis, quæ ab aliquibus ascribitur Papæ Ioan. 22. incip. Perlectis, Et quod etiã fuerunt percussiones parui momenti, & vulnerum nomina non mereantur, apparet ex relatione Medici Chirurgici cum iuramento deponentis, cui tã-
6 quam experto † est standum, vt in *l. 1. de vent. inspicien. cum suis concordant.* Quæ percussiones nec etiam medicamen chirurgiæ, vel emplastri requisi-
7 uerunt, vnde † etiam enormis iniuria non dicitur, vt *Syluest. ibid. nu. 1. in fin.*

Neque obstat si fuerit dictum, quod dictus Tota dedit in capite vbi vulne-
8 ra sunt læthalia, † vt in *cap. præsbyterum de homicid.* nam intelligitur quando vorè adest vulnus, & scissura carnis magna, & cerebrum cõcutitur, tunc enim vulnus dicitur mortale, cum cerebrũ
9 † sit princeps, & principale organum sensus, & intellectus, vt refert *Boer. dec. 323. nu. 3.* Accedat etiam quod ex dictis leuibus percussionibus tàm in capite, quàm in facie propè oculum sini-
10 strum nulla macula, † nec sigillatio carnis est relicta, ob quod leuis percussio dicitur, vt ibid. *Nauarr. nu. 91.* in verbis d. extrauag. quę sigillatio, & carnis macula intelligitur, vt remaneat in futurum, non autem de illo liuore, & modica carnis scissura, quæ inter paucos dies consolidatur totaliter, & hoc proba-

probatur per d. extrauag. vbi dicitur, quod leuis est illa percussio, quæ est sine effusione multi sanguinis, ex hoc verbo (multi) præsupponitur, quod si est modica effusio non fit enormis iniuria. Et quia effusio quouis modo modica fieri non potest sine saltim modica scissura carnis, ergo nisi ex scissura relinquatur cicatrix, & modica sit effusio sanguinis, leuis est iniuria, prout in casu nostro.

Nec denique obstat, si fuerit dictũ, quod enormis fuit, ex quo percussio fuit in facie, per *l. Prætor edixit* §. *vlt. ff. de iniur.* nam clarum *in d. l. &* §. quod
11 intelligitur † quando aliquis est vulneratus, & percussus in facie, veluti si oculus eruatur, prout fecit Alex. qui baculo Licurgo Lacedemoniorum Legislatori oculum eruit, vt Plutar. in illius vita, & refert *Menoch. de arbitrar. d. cas.* 263. *nu.* 27. *&* 28.

Secundò principaliter, nec iniuria, de qua tractatur dicitur enormis ra-
12 tione loci, prout in d. §. *atrox*, postquã & si rixa fuit in loco publico. s. in via publica, tamen non fuit in foro, in theatro, vel coram Prætore, aut in alio loco publico, veluti in Ecclesia, vbi præsupponitur multitudo personarum, cuius ratione lex statuit atrocem esse iniuriam, prout sumitur ex *dict. l Prętor edixit* §. *vlt. Menoch. ibi nu.* 24. & ita intelligit cum alijs *Oinotom. in d.* §. *atrox*, præsupposita frequentia hominum in dictis locis. Vnde ècontra est dicendũ, quod si etiam in foro, in theatro, & in Ecclesia (absque tamen Sacramento Eucharistiæ) esset alicui illata iniuria, tempore quo non adest hominum frequentia non diceretur enormis, Accedat ijsdem, quod etiam maxillata data sine quidem sanguinis effusione per quendam Cappellanum cuidam Canonico Aretino intus Ecclesiam, fuit cõsiderata leuis percussio, vt dicit *Lapus alleg.* 87. relata per *Nauarr. ibid. nu.* 92. & per *Addent. ad Abb. in d. c. peruenit.*

Primo principaliter, nec ratione personæ iniuriatæ hic dicitur enormis, vt in *d.* §. *atrox*, nã hoc habet locum, quando leuis iniuria est facta à plebe homini in dignitate constituto, quę dicitur atrox, vt in *l. atrocem la* 4. *C. de iniur.* Sed quia vt constat ex processu percussus est Clericus, & percutiens est subdiaconus, & dignior ratione ordinum, non habet locum *d.* §. *atrox*, nec nec differunt circa stemmata, vt constat Domino generali Vicario, cuius arbitrio omnia prædicta sunt posita, vt dicit *Abb. in d. c. peruenit n.* 3. *& ibi DD.*

Ex his ergo est concludendum, percussionem, de qua tractatur esse leuem, & non enormem, nec mediocrem, de quo gradu non est locutum, cum opus non existat, & proinde absolutionem excommunicationis, in quam dictus Tota incidit, spectare ad Episcopum, non autem ad Papam, & ita iudicandum teneo, &c. saluo semper.

Horatius Persius I. C.

Et ita fuit determinatum per V. I. D. Io. Franciscum de Blasijs Vicarium generalem Materanum Archiepiscopi Russi, virum doctissimum, & in præsentiarum Archipresbiterum Cathedralis meritissimũ de mense Ianuarij 1609.

Iste Subd. post aliquos annos iterũ atrociter vulnerauit Clericum, quamobrẽ fuit condemnatus ad triremes per triẽnium, & satis iustè.

CONSILIVM IV.

Pro Paulo Bastante olim Sindico Terræ Latertiæ inquisito de falsificatione scripturæ.

ARGVMENTVM.

Falsitatis adesse, quæ requirantur, & multa de declaratione circa vsum scripturarum, & testium, quomodo, & quando habeat locum.

SVMMARIVM.

1 *Falsitatis adesse tria requiruntur copulatiuè, dolus. s. mutatio ueritatis, & interesse partis.*

2 Fal-

2 *Falsitas vt euitetur prȩsūptio quȩlibet est capienda, & potius error quàm malitia prȩsumenda.*

3 *Falsitatem ad probandam requiruntur legitimȩ probationes, & quȩ de necessitate concludant in criminalibus; sed secus in ciuilibus, vbi suspitio falsi habetur pro veritate.*

4 *Dolus est subiectum, & non prȩsumitur nisi probetur.*

5 *Dolus probatur ex indicijs, sed in falsitate debet esse verus, & non prȩsumptus.*

6 *Dolosus prȩsumitur versutus, & diligens*

7 *Fama bona tollit prȩsumptionē delicti.*

8 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

9 *Ignorans in dolo non versatur.*

10 *Falsi pȩnam non incurrit, nisi qui declarauerit velle vti scriptura sine plica, sed hoc intellige in falsitate per alium commissa, & non secus.*

11 *Interrogatio circa vsum debet fieri formiter; quando adest pars querelans, quoniam quando proceditur ex officio non requiritur.*

12 *Falsitas committitur contra id quod de per se probat.*

13 *Senex prȩsumitur deuotus, & fidelis.*

14 *Diues prȩsumitur fidelis.*

15 *Testis inimicus, odiosus, deponens inuerisimilia, & animosè repellitur.*

16 *Querelans cum sit in vera, & manifesta calumnia, succumbens, condemnatur in expensis, damnis &, interesse.*

Dirigat Dominus verba mea.

IN aduentu Illustriss. Marchionis terræ Latertiæ cum Illustriss. Marchionissa eius vxore. Vniuersitas dictæ terræ commisit probo quidē seni Paulo Bastāti Sindico scribere, & abacum formare nescienti, & competenter fortunarum secundum suam qualitatem commodo, vt quasdam pecuniarum quātitates erogaret pro gaudio populi, & voluptate prædictorum Dominorū ingredientium, in tot, tantisque igneis fulgoribus, & alijs, &c. de quibus omnibus dictus Sindicus fecit librettum, seu memoriale cum apocis de receptis de quacunque summa, & præsertim in dicto libro ponit se dedisse cuidam Io. Vito Conti de Conuersano duc. 23, & de huiusmodi summa adest apoca d. Io. Viti; sed tantum in dicto libro prædicta summa tam intus per extensum scripta, quam in fine per abacum videtur mutata, ita quod sonat ducat. 33.

Completo denique officio Sindicatus, dictus Paulus coram Rationalibus ad reddendam rationem administrationis suæ ductus, obtulit librum, seu memoriale prædictum vna cum apocis, &c. & per Rationales facto dubio super summa prædicta, quia non fuit apoca comprobata, nisi in duc. 23. fuit significatus in reliquis duc. decem in beneficium Vniuersitatis, quibus solutis, per quendam Thomam de Conteiacobo inimicum d. Pauli, fuit criminalis exposita querela aduersus eundem de falsitate, & constito de prædictis simpliciter fuit dictus Paulus carceribus mancipatus, vbi bonus senex in præsentiarū detruditur.

Quȩritur, an dictus Paulus falsum verè commisit, ita quod pæna falsi veniat puniendus, secundum reg. pragm. 1. de fals. & iura communia?

Et pro rei veritate, viso processu mihi transmisso, est dicendum, quod non, & præmitto.

Primò, pro subiecto principali totius materiæ, & vnde pendent leges, quod 1 tria † copulatiuè requiruntur adesse falsitatis, nempè dolus, mutatio veritatis, & quod alteri sit nociua, *Affl. decis. 304. nu. 8. Ioseph Ludou. decis. Lucens. 13 nu. 5. Natta cons. 314. Bart. in l. si mulier §. si seruus ff. de action rer. amot.*

Secundo, quod falsitas non præsumitur, ideo interperratio est facienda taliter, vt falsum non sit commissum, 2 & præsumptio quælibet † est capiēnda, vt falsitas euitetur, etiam per impropriationem verborum, vt ait *Verall. dec. 3. p. 2.* & error potius est præsumendus, quam malitia *Dec. consil. 175. & Natta in alleg. cons.* & Iudex omni stu-

dio laborare debet, vt reos à pœna falsi excuset; & *Clar. in §. falsum nu. 36. vers. Item debet*.

Tertiò, quod ad puniendum aliquē de falso in criminalibus, & ad proban-
3 dam falsitatem † non sufficiunt coniecturæ, & suspitiones, sed requiruntur probationes legitimæ, & quę de necessitate concludunt, & hæc est communis opinio, vt dicit *Soccin. Iun. consil. 39. num. 44. & 79. lib. 2.* Secus esset in ciuilibus, vbi suspitio falsi habetur pro veritate, & ita communiter intelligitur *Archidiac. in c. memoriam, distinct. 19. & refert Clar. in d. §. falsum nu. 30. vers. Trita est conclusio.*

Præmissis his dico primò principaliter, quod dictus Paulus non fuit in
4 dolo, & dolus † est subiectum falsitatis, vt dicit *Magon. decis. Luc. 43.* & positum est in ore omnium falsum sine dolo non committi *l. nec exemplum, l. si quis Decurio, & ibi Cyn. C. de fals. & omnes in c. cū Ioannes de fid. instr. Menoch. de arbitrar. cas. 309. n. 1.* & in toto processu non videtur aliquo modo dictū fuisse in dolo, qui dolus non præsumitur, nec præsumitur quis dolosè facere, *l. quoties, §. qui dolo, ff. de probation. Francis. de Porcellin. cons. 65 num. 2. in consilijs criminalibus diuersorum*, qui dolus, nec etiam saltim ex indicijs perspi-
5 cuis constat, vt probari † solet, *l. dolum, C. de dol.* cum dolus in animo consistat, *§. aliq. vbi gloss. & DD. Instit. de action.* quæ tamen indicia, quæ dolum arguūt plenè probari debent, *Grat. in lib. 2. respons. respons. 30. nu. 10. vol. 2. & multa congerit concordantia Alex. Trentacinq. variar. resolut. lib. 1. tit. de dol. resolut. 2. nu. 1. & 2.* vltra quod in falsitate dolus debet esse verus, & non præsumptus, vt dicit *Farinac. de fals. & simulat. q. 150. num. 283.*

Insuper &ècontra, dolus saltim pręsumptus non potest cōtra dictum Paulum suspicari, quia non est versutus,
6 † nec diligens eo modo, quo intendit *Menoch. ibid. num. 10.* imò est probatus esse hominem quodammodo ignarū & simplicem, & vt vno verbo dicam, *dell'antica stampa*, bonæ famæ conditionis, conuersationis, & vitæ; vnde
7 proculdubio tollitur † præsūptio delicti, vt per *Bal. in l. fi. ff. de hared. instit.* Qualitas enim præcedentis vitæ ostēdit conscientiam, vt per *Bald. in c. nè innitaris ext. de constitut.*

Secundò principaliter, non potest dici, quod adsit mutatio veritatis ex parte d. Pauli in prætensa summa mutata, seù cancellata in libretto, postquā satis abundè constat d. Paulum scribere nescire, nec abacum formare, & potest dici à simili, quod nemo potest dare, quod non habet. *l. indebiti soluti. §. sed & si nummi, ff. de cond. indeb.*

Sed vlterius, & fortius, summæ in libretto positæ non faciunt veritatem, nisi apocis de receptis sint comprobatę, vt est notorium, & ipsi testes examinati contra d. Paulum ita deponunt, quia tantum valet sūma libretti, quantum indicat apoca, ad quam refertur,
8 ita quod relatum † est in referente, vt in *l. asse toto, ff. de hared. instit. l. si ita scripsero, ff. de condit. & demonstra. Maluasia cons. 115. n. 1. vol. 1.* Et in tantum est hoc verum, quod si in libretto esset summa ducat. mille, & in apoca minor, summa libretti erit bona pro totidem, vt in apoca, quia ipsa veritatem demonstrat. Cum ergo apoca non reperiatur cancellata, sed illæsa, non potest dici, quod hic adsit mutatio veritatis, nec copulatiuè dolus, vt est dictum, quia si malum habuisset animum, vtiq; summam apocæ mutasset, sine qua nihil opitulatur summæ libretti.

Tertiò principaliter in aere figurata falsitas nemini fuit nociua, dato quod esset citra præiudicium veritatis; postquam & si in posse d. Pauli ex partita non bonificata à rationalibus, reperirentur ducati decem Vniuersitatis tamen statim quo fuit significatus, soluit dictam summam, vt constat in beneficium dictæ Vniuersitatis.

Et quanquam per testes deponatur in propriam vtilitatem conuertisse, hoc

hoc tamen in aere figuratur, & non probatur aliquo modo, quia poterat eſſe, quod retineret penès ſe in identitate, & in iſtius modi materia falſi operepretium eſt, probationes eſſe legitimas, plenas, & cõcludentes, vt eſt probatum in tertio præmiſſo. Nec eſt præſumendum aliquid contra d. Paulum, tùm quia rationes ſuperallegatæ præualent in eius fauorem, tùm quia ex errore potuit accidere dicta mutatio partitæ; pòſtquam eſt iam probatum dictam ſolam mutationem eſſe non poſſe proficuam d. Paulo, quatenus fuiſſet in dolo, qui non eſt præſumendus, vt eſt dictum, ſed potius error, prout in ſecundo premiſſo. Accedat, quod ignorantia dicti Pauli legere, ſcribere, & abacum formare neſcientis, faciunt errorem præſumere, non autem falſum,
9 cum ignorans † in dolo non verſatur, *l. 1. ff. de dol.* & omnis diſpoſitio quantumuis generalis debet reſtringi ad hoc, nè ignorans puniatur, vt ait *Cravett. conſ. 260. col. 1. Menoch. de arbitrar. q. 72. num. 3.*

Reſolutis his tribus ſubſtantialibus, quæ requiruntur ad eſſe falſitatis, eſt amplius dicendum (dato, & non conceſſo, quod eſſet vera falſitas) quod regia pragmatica prima de falſ. contra illos, qui vtuntur teſtibus, & falſis ſcrip
10 turis, non habet locum, niſi † per vtentem illis, ſeu eorum altero interrogatũ in iudicio expreſsè declaratum fuerit ſine plica, velle vti ſcriptura, vel teſtibus, vt ait *Rouit. ſuper d. reg. pragm. n. 3.* & ita obſeruatur in praxi quotidie, quę eſt ſumpta ex *l. 3. C. de fid. inſtrumen. & Clar. in d. §. falſum nu. 16. verſ. vtens.*

Nec obſtat ſi fuerit dictum iura allegata habere locum, quando non præſupponitur partem ipſam interrogatã inſtruiſſe, vel fabricaſſe falſum, per ea, quæ dicit *Menoch. de arbitrar. caſ. 315. nu. 30.* quia iam eſſet commiſſum delictum, & pœnam euitare non poſſet, vt reſpondit *Ruin. conſ. 86. num. 3. lib. 4. & Viu. deciſ. 71. nu. 6.* & hic præſupponitur d. Paulum fabricaſſe, ergo &c. nàm iam eſt probatum d. Paulum non potuiſſe fabricare, quia neſcit legere, ſcribere, & abacum formare, in tantum, quod eſt neceſſe, vt aliquis alius fabricaſſet; cum alius & non ipſe, ergo habent locum dicta *per Dom. Reg. Rouit.*

Imò, & interrogatio fieri debet modo, & forma, vt ponit *Vrſill. ad Afflict. deciſ. 189. num. 3.* ſcilicet ad hoc vt aliquis pro vſu falſorum teſtium, & ſcripturarum facta declaratione teneatur de falſo, oportet quod fiat proteſtatio
11 † per partem petentem declarationem fieri, vt dicat, quod ideo vult ipſam declarationem, quia vult partem vtentem redarguere de falſo, & ita docet *Bart. in l. Diuus la 2. in princ. ff. ad l. Cornel. de falſ.*

Nec etiam obſtaret ſi fuerit dictum, quod d. interrogatio non habet locũ, quando eſt Iudex inquirens, vt dixit *Riminald. conſ. 569. nu. 5. & Clar. in d. §. falſum nu. 16. verſ. vtens*; nam hic non adeſt Iudex inquirens, ſed pars quærelans, ſcilicet Thomas de Conteiacobo, vt in proceſſu fol. 1.

Sed vlterius dato, & non conceſſo, quod d. Paulus ſcribere, & legere non ignoraret, & abacum formaret, & ipſe adulteraſſet ſummam, adhuc non eſſet puniendus pœna falſi, poſtquam iam eſt dictum, & ipſi teſtes in informatiuo dicunt, quod liber, ſeu memoriale prædictum factum per d. Paulum, de per ſe non probat, niſi apocis ſit comprobatum, *& Felyn. dicit in conſ. 48. nu. 22.*
12 quod falſitas, † quæ committitur cõtra id, quod non probat de per ſe, non inducit pœnam falſi, ita dicit etiam *Camill. Borrell. nouiſſimè conſ. 66 nu. 13.* & ratio eſt, quia de per ſe liber iſte nõ eſt veritas, & cum veritas non ſit, mutatio veritatis in illo fieri non poteſt: ſi mutatio veritatis non adeſt, falſitas nõ eſt.

Nec aliquid mali de d. Paulo eſt præſumendum circa hanc materiam;
13 cum ſit ſenex, † in quo vigor deuotionis, & fidei præſumitur, vt probatur *in cap. 1. de renunciat.* facit ad hoc optimus

mus *text. de pænitent. distin.* 1. *cap.* 2. vbi errauimus iuuenes, emendemus senes, ita dicit etiam *Capoll. de Imperat. milit. deligen. in* §. *Bartholomæus* Colco- *nus nu.* 15. ac etiam diues sufficienter,
14 & fidelis † præsumitur, Vnde *Iuuenal.*

Quantum quisque sua nummorum seruat in arca
Tantum habet fidei.

Refert *Capoll. eodem tractatu* §. *diuitijs num.* 3.

Nec officiunt dicta testium, tùm
15 quia testes sunt probati inimici, † & odiosi d. Pauli, & repelluntur regulariter à testimonio, vt *in l.* 3. *ff. de testib. & ibi gloss. Odofred. Bald. Salyc. & omnes DD. & Farinac. de testib. q.* 53. *num.* 3. tùm quia deponunt inuerisimilia, imò potius falsa asserentes d. Paulum fabricasse falsitatem, qui nescit legere, scribere, &c. & à testimonio repelluntur, *Farinac. de testib. q.* 62. *nu.* 320. Tùm quia deponunt affirmatiuè id, quod scire non poterant, ex quo non videntur asserentes d. Paulum commisisse falsitatem, qui nescit scribere, &c. vnde dicitur nimis animosè, & audacter deponere, & non est illis credendum, vt voluit *Calcan. consil.* 25. *circa medium*, *Farinac. q.* 60. *num.* 36.

Nec obstat denique, quod aliqui testes dicant, aut fabricauit, aut fecit fabricare dictam falsitatem, quoniam in processu non constat, nec quod fabricauit, nec quod fabricare fecisset; cũ ergo nihil constet, & constare plenius debent omnia, vt est probatum in tertio præmisso, restat quod d. Paulus sit declarandus innocens, & absoluẽdus,
16 & quærelans, † vel denuncians est condemnandus ad expensas, damna, & interesse passa per dictum Paulum, vt dicit *Farinac. de accusat. q.* 16. *num.* 15. cum sit in vera, & manifesta calumnia sponte, & voluntarius denunciator, *Farinac. ibid. nu.* 17. Et ita sine alia hæsitatione iudicandum esse censeo. Die 17. mensis Iulij 1610. mihi amara valdè, secundum carnis infirmitatem, in qua obijt Bonauentura meus filius, qui agebat annum tantum, & dies quatuor.

Horatius Persius I. C.

Eodem mense, & anno fuit obtemptum dictum Paulum non esse molestandũ, & delendum titulum, & fuit cum voto Io. Dominici Riccij V. I. D. satis periti, & practici, qui non consenserat carcerationi dicti Pauli.

CONSILIVM V.

Pro Curia Baronali terræ Milonici, cuius eram Iudex, contra Antonium Mancellam laicum, effectum Clericum post delictum, non incedentem in habitu clericali, neque inseruientem diuinis, & captum per dictam Curiam.

ARGVMENTVM.

Laicus effectus Clericus post delictum, vel reassumens habitum dimissum, non incedens in effectu in dicto habitu, neque seruiens diuinis, & ita captus à Iudice sæculari, an remittendus Ecclesiastico? & vtrum durante controuersia, sit remittendus, & quæ sint necessaria adimplenda per Clericum ad finem gaudendi, seruata forma S. C. T.

SVMMARIVM.

1 *Laicus committens delictum, & non præuentus à Iudice suo, deinde effectus Clericus euadit forum laicalem, quoad districtionem personæ, etiam quod in fraudem clericatum assumpsisset.*
2 *Laicus fideiussor laici de præsentando, vel de stando iuri, si principalis sit Clericus ad aliquid non tenetur.*
3 *Conuersus, vel factus de fratribus tertij ordinis post delictum non euadit forum laicale, nisi faceret professionem, vel sacros ordines susciperet.*
4 *Laicus præsumptus Clericus in posse Iudicis sæcularis, durante controuersia iurisdictionis debet remitti ad suum Iudicem Ecclesiasticum, etiam quod tempore captura*

turæ non incederet in habitu, & tonsura, sea declara, vt num 11.

5 *Clericus reassumendo habitum, quem dimiserat clericalem, recuperat omnia priuilegia, scilicet quoad ea, in quibus non fuisset præuent s.*

6 *Clericus ad finem vt gaudeat debet incedere in habitu, & tonsura, & inseruire diuinis copulatiuè, aut sit beneficiatus.*

7 *S.C.T. sufficit, vt sit contrarium legi, ad finem, vt illi deroget.*

8 *Ablatiuus absolutus resoluitur in vim conditionis.*

9 *Conditio debet impleri in forma specifica.*

10 *Conditio antequam adimpleatur suspēdit actum.*

11 *Laicus prætensus Clericus, carceratus à Iudice laico durante controuersia remissionis, non debet remitti ad Iudicem Ecclesiasticum, vbi est vsus, sicut in Regno, vsque quo non fuerit sententiatum, & sententia transacta in rem iudicatam.*

12 *Clerici sæculares non habent à iure certum, & determinatum habitum clericalē, sed secundum consuetudinem.*

13 *Clericus immiscens se enormibus non gaudet priuilegio Clericatus.*

14 *Enormibus immiscere, quomodo intelligatur, remissiuè.*

15 *Clericum qui se dicit, probare debet.*

Dirigat Dominus verba mea.

ANtonius Mannella terræ Milonici, sunt anni sex hucusque decursi, qui clericalem habitum dimisit, gestans se pro laico, & ingerendo laicalibus negotijs, scilicet in affictu gabellarum, ac in alijs penitus illicitis, & quoties contingit delinquere, toties fuit, vt laicus recognitus per Curiam Baronalem terræ prædictæ, cuius carceribus pluries fuit mancipatus, & per multos menses ibi permansit, quinimò, & ex illis fecit se habilitare sub cautione; sicut fecit quando reperiebatur inquisitus, & carceratus pro ictu scoppictæ noctis tēpore illato, in personam cuiusdam militis hispani, cum mutilationem minoris digiti manus dexterę: prout vsque hodie reperitur pro eadem causa habilitatus sub obligatione de se præsentando toties, quoties, &c. & pauci sūt dies elapsi ad euitandas pœnas debitas pro crimine prædicto, & alijs sibi infligendas, petijt à generali Vicario se iterum admitti ad Clericatum, quem dimiserat, pro nonnullis suis agendis. Qui Dominus Vicarius admisit cum clausula conditionali, scilicet præuia tamen licentia Capituli maioris Ecclesię Terrę prędictæ, cui adscriptus fuit, inseruiat Diuinis, & in habitu, & tonsura incedat.

Habito huiusmodi rescripto dictus Antonius, non obtempta licentia à Capitulo, non inseruiens Ecclesiæ non incedens in habitu talari, sed in tōsura, cum bireto tantum clericali. Tandem cum Capitaneus d. Terræ respexisset interesse Reipublicæ, vt delicta patrata per d. Antonium punirētur. Et eò amplius quo aderant ordines Dom. Præsidis Regiæ Audientiæ Salerni, vt etiā illius nomine detineretur: fuit dictus Antonius captus, & carceratus cum resistentia ex clipeo clericatus, & per eum habito recursu ad Ecclesiasticos suos prætēsos Superiores per illos fuit commissa informatio d. carcerationis, & prætenditur contra Capitaneum, & alios de familia procedi ad pœnas, & censuras pro relaxatione d. carcerati. Quæritur quid Iuris?

Et pro parte d. Antonij potest dici.

Primò, quod omnino debet remitti ad suum Iudicem Ecclesiasticum, ex
1 quo laicus † committens delictum, & deinde effectus Clericus, vel aliàs religiosus euadit forum laicale, ex quo Iudex laicus non præuenit, vt *in cap. proposuisti de for. compet. & l. si quis postea, quā ff. de iudic. Aufrer. de potest. sacul. super Ecclesiastica perso. reg. 1. num. 19.* vbi verò postquam iudicium tàm ciuile, quàm criminale esset inchoatum corā Iudice sæculari, tunc nòn datur districtio personæ Clerici; ita quod in personam non potest puniri à Iudice sæculari,

lari, sed in bonis vtique, & quoad processum, & instantiam finiendam, & ita est communiter receptus *Io. Andr. in cap.1. de obligat. ad ratiocin. Aufrer. ibid. de Franch. decis.* 209.384. *num.* 9. quod etiam habet locum in d. Antonio, qui pro delicto fuit carceratus, & reperitur habilitatus per Iudicem laicum, vt in dictis *decis. in fin.* & est casus *decis.* 709. *in* 4. *par.* & hoc nō obstante quod in fraudem clericatum assumpsisset, vt firmat *Farinac. de inquisit. q.* 8. *nu.* 107. quod priuilegium habet locum etiam in fideiussoribus laicis de stando Iuri,
3 † & de se præsentando (quod secùs esset si adesset clausula, & iudicatū soluendo, nam fideiussor teneretur soluere, vt *Farinac. de carcer. & carcerat. q.* 34. *nu.* 37.) nam sicut Iudex laicus non potest cognoscere de tali Clerico, ita non de fideiussoribus ipsius, *Card. Zabarel. in clem.* 1. *de censib. q.* 9. *per tot* quæ omnia sunt intelligenda in Clerico ordines suscipiente, vel in alio Religioso, vt Monaco professionem faciente, vel ordines suscipiente, quia aliàs forum non euaderet, vt ille, qui esset tantum-
3 modo conuersus † vel factus de fratribus tertij ordinis post delictum, quandoquidem à Iudice laico puniri debent, secūdum communem, de qua per *Plach. in epit. delictor. lib.* 1. *c.* 35. *nu.* 6. *in fin. Farinac. ibid. nu.* 106. secundū quæ ego consului ad instantiam Dom. Marcelli Nigri Baronis d. terræ in casu cuiusdam vassalli, qui occiderat vxorem, & deinde pænitentia ductus, vel magis ex timore Iustitiæ, volebat vti tertiarius seruire Fratribus S. Francisci, qui Dominus Baro virtute suorum priuilegiorum, quia potest remittere, mitigare, & permutare pœnas etiam post sententiam, & non obtempta partis remissione, cum sint priuilegia Principis Bisiniani, qui olim illis fruebatur huiusmodi, vt dicit *de Franch. dec.* 370. *in princip.* voluit precibus annuere, dummodo nō intelligeretur à iurisdictione exemptus pro illis delictis tamē commissis ante ingressum Religionis, quæ conditio potuit apponi ad vberiorem cautelam, ex quo vt est probatum Conuersus, vel Tertiarius post delictum non gaudet fori declinatoria.

Secundò, dictus Antonius debet re-
4 mitti † etiam durante controuersia Iurisdictionis ad Iudicem Ecclesiasticum, ex quo non fuit captus in habitu laicali, sed clericali, ita enim probat *tex. in cap. si Iudex laicus de sentent. excommun. in* 6. *Farinac. ibid.* 5. *q.* 8. *n.* 36. Nec obstat, quod non incedebat in habitu talari tempore quo fuit captus, sed in tonsura, & clericali bireto tantum; sufficit .n. in Clerico non coniugato alterum istorum, vel quod deferat habitum, vel tonsuram, vt *Cepoll. cons. crim.* 11. *nu.* 42. *Farinac. ibid. nu.* 65 alia congerit.

Cæterum pro parte aduersa dicitur, allegata per dictum Antonium non posse sibi opitulari aliquo modo, ex quo omnes superallegatæ doctrinæ, & decisiones loquūtur, vel de professione post delictum commissum facta, vel de ordine similiter denuò suscepto, vel antequam delinquētes essent incarcerati vt laici, vel durante habilitatione, & extra locum carceris, vt habetur *in d. decis. de Franch.* 709. ob quod defenditur opinio *Io. Andr.* quæ effecta est commun. *in d. cap.* 1. *de obligat. ad ratiocin.* Sed casus noster differt, quia tractatur de Clerico, qui per spatium annorum sex, vel circiter, & tempore quo delicta commisit habitum clericalem non gerebat, sed postquam vt laicus fuit carceratus per multos menses, & inde habilitatus reassumpsit habitum, modo quo supra, quo casu fuit præuēta persona per capturam, postquam reassumptio habitus tanquam in fraudem nihil prodest dicto Antonio, vt est casus apertus *in decis. Cappel. Tholos.* 144. & tradit *Capra. cons.* 97. *num.* 111.
5 quod Clericus † reassumendo habitū, quem dimisit recuperat priuilegia clericatus, scilicet quo ad ea, in quibus nō fuisset præuentus, aliàs secus, vt pote quia iam fuisset cōuentus coram Iudi-

ce ſæculari, pro delicto commiſſo tempore, quo habitum non deferebat, & reaſſumit *Farinac. ibid. nu. 66. prope fin.* Ratio eſt in *d. deciſ. Cappel. Tholoſ.* ob quam remiſſio ibi non fuit facta, ſicut hic fieri non debet, ex quo fuit multū conſideratum tempus arreſti, ſeu captionis, in quo ſemper ille Clericus fuit, ſicut iſte, quia non videtur liber ex habilitatione. Sed quanquam inſpectis caſibus dictarum *deciſ. de Franchis*, adhuc poſſit dici, quod in illis loquitur de profeſſione facta, & de ordinibus ſuſceptis durante habilitatione, & tamen fuit deciſum, vt remittatur, etiam reſpondetur, quod delinquentes, vt in illis deciſionibus debebant gaudere, quia fortè vnus fecit profeſſionem, & gaudet, vt *Farinac. ibid. nu. 106.* & alter

6 † ſuſcepit ordines, incedebat in habitu, & tonſura, & inſeruiebat Eccleſiæ, cui fuit adſcriptus, vel alteri, aut niſi inceſſiſſet hoc modo, & ſeruiuiſſet, adeptus fuit beneficium, quo caſu gaudet priuilegio fori, vt in *S.C.T. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 6.* & ècontra Cl. qui non ſeruit diuinis, vel non incedit, non gaudet foro, tandem non amittit priuilegium, *c. ſi quis ſuadente 17 q. 4.* ex declaratione Sac. Congreg. ſuper *S.C.T. d. ſeſſ. 23 cap. 6.* vt refert *Riccius reſolut. 131. & p. 4. deciſ. 111. nu. 5. Capiblanc. de Baronib. pragm. 8. p. 3. nu. 32.* quem refert, & ſequitur *Dian. p. 1. tract. 2. reſolut. 34.*

Sed quoniam dictus Antonius non eſt beneficiatus, & tam tempore delictorum, quàm tempore capturæ nouiſſimæ non incedebat in habitu, & tonſura, nec ſeruiebat Eccleſiæ, & alteri non ſolum illi cui erat adſcriptus, ergo &c. & quanquam in minoribus conſtituti nō beneficiati cogi nequeāt incedere in habitu, & tonſura de iure communi, *vt Abb. in c. fin. de cler. coniug.* tamen hodie ex decreto dicti S. C. T. eſt perſpicuum, quod clerici tàm coniugati, quàm non, ſi volunt gaudere priuilegio fori, oportet quod deferāt habitum, & tonſuram, & ſeruiant in diuinis, ita dicit *Quaran. in ſumma Bulla. in verſ. habitus clericalis*, quę omnia copulatiuè requiruntur, nec eorū altero vti ſufficit, vt ſumitur ex dictis *Proſperi de Auguſt. in add. ad d. Quaran. in princ. in Clerico (intendo) qui non ſit beneficiatus, vt Reg. de Ponte conſil. 24. n. 26.* aliàs priuilegium ammittitur fori, abſque trina monitione, prout requirebatur de iure communi, *Abb. in cap. cum contingat de ſentent. excommunic.* Nam poſt Conſ. Trident. ſcilicet Sacra Congregatio cenſuit, quod non requiratur monitio, vt idem de *Auguſ. ibid.* per illam dictionem (niſi) poſitam *in d. cap. 6.* quæ excipit *l. actione C. de tranſact.* ſufficit enim quod S.C.T. ſit

7 † contrarium priori legi, vt eam tollat, *cap. 1. de conſtitut. in 6.* & ita hęc omnia mea ſententia ſunt clara, vt nō ſit amplius de eis ambigendum.

Concluditur ergo, quod poſtquam dictus Antonius non inceſſit in habitu, & tonſura, & non inſeruiebat in diuinis, non gaudet priuilegio fori ex d. S.C.T.

Vltra quod ex reſcripto habito à Generali Vicario apparet conceſſionē eſſe conditionalem .ſ. non admittatur ad clericatum, præuia tamen licentia, &c. incedat, &c. inſeruiat, &c. qui abla-

8 tiuus † abſolutus (præuia licentia) facit conditionem, iuxta tradita per *Scribentes in rub. ſolut. matrim. Reg. de*

9 *Pont. conſ. 3. nu. 80.* quæ conditio † debet impleri in forma ſpecifica, *l. qui hæredi, & l. Meuius, ff. de condit. & demonſt. Crauet. conſ. 12. nu. 5.* & natura condi-

10 tionis † eſt, vt antequam conditio eueniat, ſuſpendat actum, & ſtat actus in pendenti, *l. reſpiciendum, & l. cum ad præſens, ff. ſi cert. petat. Crauett. conſ. 273. nu. 9.* Sed hodie ex decreto Sac. Congregat. Eminentiſs. Cardin. & ex iuſſu Summi Pontif. Gregorij XV. non poſſunt laici promoueri ad minores ordines, neque ad reaſſumptionem habitus clericatus, niſi factis præconijs per multos dies in maiori Eccleſia inter Miſſarum ſollemnia, ſicut fit in promouendis ad Sacros Ordines. Sanctiſ-

ſimum

simum decretum, quod obuiat omnibus fraudibus emanatũ ab anno 1621 & post hæc scripta visum, & in dies practicatur.

Nec durante controuersia iurisdictionis d. Antonius debet remicti ad Iudicem Ecclesiasticum, nam quanquam sit verum, quod de Iure communi debeat fieri remissio, tamen dicta per *Farinac.* duobus modis limitãtur per eundem.

Primo quod vbi est vsus, vt duran-
11 te † controuersia huiusmodi, Iudex laicus non debeat remittere carceratum donec, & quousque non fuerit sententiatum, & sententia transacta in rem iudicatam per Iudicem Ecclesiasticum super clericatu, vt dicit *Farinac. ibid. num. 36. in fin. per Gouarr. in cap. 33. sub ver. fortassis practi. qq.* vocato & citato Iudice seculari, & cuius interest, vt *Farin. ibid. n. 37.* & quia in Regno nostro non solum durante controuersia iurisdictionis non remictitur, sed certo modo, & ad sui instructionem Iudex secularis cognoscit de remissione, & an sit clericus, vt refert *Tartal. in 1. par. prax. crim. M. C. V. c. 7. n. 3. per ris. M. C. 235. & 65. & ibi Car auit. ergo &c. de Franch. decis. 189. in princ.*

Secundo tunc, & eo casu durante controuersia esset remictendus (vbi non esset vsus in Regno) quando delinquens fuisset captus in habitu clericali, & esset clericus notorius, & inseruiret alicui Ecclesiæ *ex d. cons. 7.* & ita in praxi seruari testatur *Mascard. de prob. lib. 1. concl. 302. n. 14. vers. quod vero, & Farin. ibid. num. 36. & 44. circa medium, vers. Item dummodo.* Sed non fuit captus in habitu clericali d. Antonius licet habebat tonsuram, & birretum clericale, & non vestes talares, sed penitus laicales, quo casu gaudere non debet priuilegio fori, nec potest dici ex his, quod sit captus in habitu clericali, nam ad hoc vt gaudeat dicto priuilegio copulatiuè requiritur habitus, & tonsura, ita quod non sufficit vnam vestem clericalam gerere, & alteram sæcularem, *vt Farinac. ibidem nu. 64. & 65.* & quanquam ibi loquatur in Clerico coniugato, quia in alio est secus, tamen hodie per S.C.T. *dict. sess. 33. cap. 6.* est enucleatum, quod nõ sit differentia inter Clericum coniugatum, & non coniugatum quo ad habitum, & tonsuram, & seruitium in diuinis, vt etiam intendit *Quaran. in summa Bullar. in ver. habitus clericalis in princip.* Et si de iure communi Clerici
12 sæculares † non habeant certum, & determinatum habitum, vt testatur *gloss. notab. in clem. 1. in fin. de elect.* Respondetur cum *d. Prospero de August. ad summ. Bull.* quod huiusmodi casu illæ censentur Clericis vestes honestæ, quæ vsu, & consuetudine illius regionis, seu prouinciæ, vbi commoratur admissæ fuerint, ita post *gloss. in cap. si quis virorum 30. distinct.* & ita conclusiuè alios quamplures allegantes, tenent *Gouarr. pract. qq. cap. 31. sub nu. 7. vers. Quarto illud, Clar. in pract. crim. q. 36. nu. 11. Foller. in crim. ver. Audiantur excusatores nu. 42. Farinac. ibidem num. 69.*

Et quoniam in d. terra Milonici Clerici vtuntur ex vsu, & consuetudine vestibus talaribus, vel propè talos, vltra tonsuram & birretum, & dictus Antonius nisi tonsura, & birreto clericali vtebatur tempore etiam capturæ vestibus breuibus, sicut & laici, ergo cum copulatiuè non incesserit in habitu, & tonsura clericali non potest prætendi per Ecclesiasticos durante controuersia iurisdictionis, remissio, & excarceratio, in casu etiam, in quo in hoc Regno, vt est dictum, non esset in vsu, sicut est, quod Iudex sæcularis cognoscat de Clericatu.

Restat ergo concludendum ex Iuribus, & rationibus allegatis dictum Antonium assertum Clericum non debere gaudere priuilegio fori, nec remittendum esse durante controuersia, ommissis alijs breuitatis causa, quæ in hac materia dici poterant contra d. Antonium, qui sæuis, et enormi-
13 bus se immiscuit, † gaudere neque debeat,

debeat, etiam ſi eſſet Clericus ſeruata
14 forma S.C.T.quę † quomõ ſint intelligenda remicto me *ad d. conſ. de Ponte* 24.& qualia ſint, eſt omninò videndus *Farinac. ibid. nu.*59. & quod qui dicit
15 ſe Clericum † probare debet, quia Clericatus qualitas non præſumitur, habetur *in d. c. ſi Iudex laicus de ſenten. excommun.& Farinac.ibid. num.*38. & per *Maſcard. de probat. d.concl.*302.*& ſeq.* & ita iudicandum cenſeo, ſalua ſemper ſententia rectiùs ſentientis.

Horatius Perſius I.C.

Die 3.menſis Auguſti 1611. fuit obtemptum ſecundum allegata ſ. vt durante cõtrouerſia iuriſdictionis d. Antonius ſtetit in poſſe Iudicis, & Curiæ ſæcularis, & determinatum non gaudere fori priuilegio, ex quo non ſeruiuit in diuinis. D. Ludouico Galbiato Pontremulenſi Vicario generali Metropolitanæ Audientiæ Materanæ, viro quidem integerrimo, & peritisſimo tempore Archiepiſcopi de Spilla,& cum dicta ſententja feciſſet tranſitum in rem iudicatam, ego tanquam Iudex Curiæ Baronalis Terræ Milonici proceſſi ad vlteriora contra d.Antonium.

CONSILIVM VI.

Pro Io. Michaele Maccarone Terræ Milonici carcerato ad quærelam ſui priuigni,pro verberata atrociter matre,& vxore reſpectiuè.

ARGVMENTVM.

Quærelandi actio ad quos ſpectat. An ci t um ſit viro verberare vxorem, quomodo, & quando, & an inter virum, & vxorem detur actio criminalis,& quomodo vir debeat ſe gerere cum illa.

SVMMARIVM.

1 *Accuſare poſſunt omnes, qui ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequuntur.*

2 *Suorum appellatione veniunt coniuncti vſque ad ſextum gradum.*

3 *Doctori excellenti atteſtanti de conſuetudine eſſe credendum in illo loco, in quo loquitur, vel præſumptiuè.*

4 *Ex officio in Regno, in quibus caſibus proceditur.*

5 *Vxor iniuſtè verberata habet actionẽ iniuriarum contra virum, ſed vide nu.9.*

6 *Maritus moderatè, & ex cauſa poteſt caſtigare vxorem.*

7 *Iniuria facta vni de agnatione omnibus de illa cẽſetur facta,qui habent actionem criminaliter agendi,non autem ciuiliter ſicut principalis poterat iugiter.*

8 *Accuſatio hodie in Regno competit tantum illis,ad quos defertur hæreditas.*

9 *Vxor atrociter verberata non habet iniuriarum actionem criminaliter contra virum,ſed in factum, ex veriori ſententia.*

10 *Vxor etiam cum gladio percuſſa non poteſt accuſare virum, cum de dolo expreſsè non conſtet,niſi caſtigatio eſſet enormis,& vulnus atrox,vt nu.*15.

11 *Vir,& vxor ſunt ſocij diuinæ,& humanæ domus.*

12 *Vxor ob ſæuitiam viri legitimè probatam poteſt petere ſeparationem Thori, nec tenetur cohabitare cum illo, etiam ſi præſtet cautionem de non offendendo, poteſtq; ex dicta cauſa à viro aufugere, & extra domum alimenta petere.*

13 *Maritus ad repetendam vxorem vtitur interdicto de vxore exhibenda.*

14 *Viri animaduertant nè verberent, & maletractẽt vxores, cum quibus obſequijs,& non verberibus reluctandum.*

15 *Caſtigatio enormis in vxorem, & vulnus atrox faciunt præſumere dolum.*

16 Brocardum contra vxores.

Dirigat Dominus verba mea.

IO:Michael Maccaronius (perſona ciuilis,& curialis)carceratus ad quęrelam cuiuſdam ſui priuigni,ex quo contuſit baculo brachium læue ſuæ vxori,& matri reſpectiuè, & quod legitimè ad carcerationem ſit proceſsũ, iuribus infraſcriptis probatur .ſ. quod

ad accusandum admictantur regulariter omnes. 1 † qui suam, vel suorum iniuriam prosequuntur, *l.fin. vbi gloss. ordinaria. & Bart. ff. de priuat. delict. l. manifestissimi*, *& ibi communiter DD. C. de furt. Farinac. de accusat. q. 12. nu. 9.* & suorum appellatione veniunt consanguinèi vsque ad sextum gradum ex magis recepta, & communi sententia, vt ibid. *Farinac. nu.* 58. *ex Gomez. in c. 1 delictorum nu.* 34. *& Clar. magis in indiuiduo q.* 14. *vers. volo etiam.* Appellatione suorum veniunt parentes, & descendẽtes omnes, item patroni, & patronæ, & eorum liberi, frater, soror, vxor, socer, gener, nurus, vitricus, nouerca, & priugnus, & quanquam adsint aliæ opiniones controuersæ, vt ibidem *Farinac.* tamen non est recedendum à d. comm. opin. *Gomez.* quæ omnia dicit *Clar. in d. q. ver. scias tamen*, & *Farinac.* ibid. in princ. non seruantur in praxi, quia ex generali consuetudine in omnibus ferè casibus hodie per inquisitionem, seu ex officio proceditur, & non opus est dictis legitimis accusationibus, sicut est de iure canonico, vt dicit *Archidiac. in c. fælicis de pænitent. in 6.* quæ consuetudo est restringenda, vt intelligatur in illis locis, in quibus allegantes illam, sunt versati, vt declarat *Par. de Put. de sindic. in ver. Doctor cap. 2. & tradit Corat. in tract. com. opin. tit. 7. nu. 6. & quanquã voluit Bart. in repet. l. de quibus n. 21. ff. de legib.* Do-
3 ctori † excellenti attestanti de consuetudine esse credendum, vt est communis opin. tamen intelligitur cum dicta limitatione, necnon, & vt credatur præsumptiuè Doctori, hoc est donec contrarium probatum non fuerit, non autem verè, vt intelligatur facta vera probatio, sed solum, vt transferatur onus probandi contrarium in aduersarium, & in his terminis procedit etiam magis comm. opin. vt ibid. *Corat. nu. 5.*

Nam in Regno nostro Neapolitano
4 nõ proceditur † in omnibus delictis ex officio, nisi in illis pœnam mortis naturalis, vel ciuilis, membriq; abscissionem irrogantibus, vel in iniurijs illatis viduis, Ecclesiasticis personis, & pupillis, & in homicidijs clandestinis, vt in cap. Reg. Nè tuorum, & cap. Ad consultationem.

Et in tantum est hoc verum, quod si facta est accusatio, & querela in alijs, in quibus ex offic. procedi non potest, si pars accusans desistat, vel remittat quærelam, non potest ex officio deinde Curia procedere, vt firmat *Clar. q. 58. nu. 2. & Foller. in fragmen. num. 140. Tartag. pract. crim. p. 1. c. 1. nu. 11.*

Ex his ergo habito pro firmo, quod prædictus priuignus carcerati, & filius verberatæ vxoris, ac atrociter correptæ habeat actionem quærelandi, est etiam dicẽdum, matrem ipsam ex verberibus prædictis esse à marito iniuria
5 affectam, & contra maritum † iniustè verberãtem vxorem, per illam agi posse actione iniuriarum, vt per *Io. Andr. in addit. ad Speculat. in rub. de iniur. ver. est quæstio de vxore, quem sequitur Alex. in l. diuortio, § si vir fundum col. 4. ver. item in quantum, ff solut. matrim. Tiraq. de leg. connubial. l. 8 nu. 24. Foller. pract. crim. rubr. dentur capitula, quod suffocauit vxorem nu. 71. & nouissimè Menoch. de arbitrar. cas. 501. num. 30.* Postquam & si vxor in potestate sui viri dicatur, & eius legibus alligata, *vt Tiraq. ibid. l. 1. nu. 8. & 12. Menoch. cas. 364. nu. 9.*
6 tamen ex hoc fit, vt † possit illam moderatè castigare, & ex causa, vt voluit *gloss. in l. & si quemcumque § vlt. in fin. ff. ad l. Aquil. & multa alia congerit Tiraquell. ibid. nu. 22. Farinac. consil. 157. nu. 5.* & quod vxor flagellis verberata sit sæuiter castigata, dicit *Bart. in l. cum satis nu. 7. C. de agric. & censi.* Vnde priuignus prædictus rectè prosequutus est iniuriam matris suæ.

Sed his non obstantibus in contrarium est veritas de iure communi, scilicet quod iste priuignus careat actione contra vitricum, non equidem ex capite primitus formato, quia tunc filius habet actionem prosequendi iniuriam suorum, & hoc etiam si per principa-

cipa-

cipalem offenſam remiſſa fuiſſet iniuria; quia adhuc alij conſanguinei accuſare poſſunt, vt dicit *Foller.in pract.crimin. rub. audiantur exceptiones proponēda per eos num.* 55. ratio eſt ibid. quia
7 iniuria facta vni de agnatione cenſetur facta alteri, & omnibus de agnatione, *per l.lex Cornelia,& ibi Bart.ff.de iniur.* limitatur tamen hoc dictum in caſu remiſſo per eum, ad cuius dolorem ſpectat principaliter, conſanguinei legitimè vocati debent agere criminaliter, non autem ciuiliter, vt iugiter poterat principalis, *Foll. ibid.* ſed de iure Reg.
8 quibus competat † accuſatio, & remiſſio, eſt expeditum per reg.pragm.8 incip.Nell'anni paſſati,ſub tit.de compoſition. vbi habetur, quod accuſatio ſpectat,ad quem hæreditas defertur,& ita remiſſio.

Sed ex ſecūdo capite,ſiquidem cōtra virum vxori atrociter verberatæ nō
9 datur † actio iniuriarum, ſed in factū. Nec obſtant ſupra allegata iura, nam quanquam *Io. Andr. ad Speculat.* vbi omnes allegati fundantur pro vna opinione,dicat vt ſupra;tamen ſubdit,hoc eſſe ex quorumdam ſententia, ſed ſibi probabilius videri, vt agat vxor actione in factum,vt fama mariti illæſa præſeruetur,*per tex.in l.2.C.rerum amotarū cum alijs allegatis per Tiraquell.ibidem, quibus adſtipulatur Alex.in d.l.diuortio. §.ſi vir ſundum nu.3.ver.in quantum, vbi ſequitur Roman.contra Bart.* tenentem inter virum, & vxorem conſtante matrimonio dari actionem iniuriarum, & ita *d.Alex.conſuluit Patauij.*ratio eſt, quia actio, quæ infamat non datur inter virum,& vxorem,*per d.l.2.C.rerum amotarum.* & quia actio iniuriarum infamat,*l.1.§.furti de infamib. Alex.Trētacinque conſ.71.nu.11,vol.1. ergo, &c. & Alex.in d.l.2. ponderat alium tex.in l.fin.§.fin.C.de fur. & gloſſ. in l.prætor §. ſi quis ex liberis,ver.atrocitas,* pro corroboratione omnium prædictorum,& iſta eſt veritas, quam etiam tenere videtur *Foller.in d.pract.crim. in ver.detur capitula,&c.nu.71. & Campeg.de dote p.2.q.32.num.2.allegat Io.Andr.*tenentem,quod tutius eſt dare actionem in factum,i.vt ciuiliter agatur ad damnum arbitrandum,prout religioni iudicantis videbitur,*vt in §. fin. & toto tit. inſtitut.de obligat.* quæ ex quaſi delict. naſcuntur,*& gloſſ.in l fi.ff.de ſepul. uiol. ver.in inſula.*

Accedat, & quod ſi eſſet vxor vul-
10 nerata à viro cum gladio † non poteſt eum accuſare,vt ita in ſpecie tenet *Alberic.de Roſatis in l.diuortij num.2.C. rer.amot.tradit Foller.ibid.nu.*75. ratio mihi videtur conſiderāda ex eo,quod præſumi non debet,quod doloſè, vel animo iniuriandi eam ſic percuſſerit, conſiderato,quod ſint cōiuncti, & ſo-
11 cij † diuinæ,& humanæ domus,*l.aduerſus, C.de crim. expilat. hæreditat.* & quia vna caro ſunt,*l.quia parentes, & ibi gloſ.ff.ſolut.matrim. Alciat.reg.1. diſtinct.3.nu.2.*cum ergo vxor, ex magis recepta ſententia non habeat actionē iniuriarum, neque ergo eius conſanguinei habent actionem proſequendi, ex *reg.quod ceſſante cauſa,ceſſat effectus, vulg.c.cum ceſſante ex.de appellat.*& per conſequens dictus priuignus eſt repellendus, & Io. Michael excarcerandus.

Benè verum eſt,quod vxor vltra dictam actionem in factum pro damno, &c.ob ſæuitiam viri legitimè probatā
12 poteſt petere † ſeparationem Thori, nec tenetur cohabitare cum illo, etiā ſi cautionem præſtet de non offendendo,*text.eſt apertus in §. mitiores, Auth. de nupt.Theſaur.deciſ.*130.*nu.*1. *& allegat de Franch. deciſ.* 244. quod dictæ vxori ſeparatæ culpa mariti, eſſet reſtituenda dos, & donatio ante nuptias, ſicut ècontra,vxoris culpa vir lucratur dotem.Imò & mulier ſeuerè à viro caſtigata,& verberata, poteſt ab eo aufugere,& extra domum alimenta petere, *Bal.in l.1.nu.9.C.de legat.& Theſau.& de Franch.ibid.& Bar.& alij in l.ſi cum dotem,§.ſi maritus cum ſeq. ff.ſolut. matrim.*ſecus eſſet ſi ſine cauſa aufugeret, vel ex alteratione cum viro redderet ad patrem,vel matrem,qui nollent re-

stituere ipsi viro, quo casu illi esset suc-
13 currendum ad repetendam † vxorem interdicto de vxore exhibenda, & resti tuenda, ita dicit *text. & ibi Bald. in l. si ad instar, ff. de libe. exhiben. & idem Bal. in l. 1. C. de rap. vir. in fi.* vbi dicit, quod maritus potest vxorem suam cognitam vbique apprehendere. Prædictis ergo remedijs potest vxor vti, seruatis de iure seruandis, non autem actione iniuriarum.

Sed viri animaduertere debẽt, quia vxores, nec verberandæ, nec maltractandæ sunt, & Tiranni sunt, quod seuerius illas tractant, & non sunt sapiẽ-
14 tes, nam vxoribus obsequijs † reluctandum, non verberibus, vt latè *Tiraquell. in alleg. tract. l. 8. n. 10. 11. & seqq.* At quando occurreret castigatio, debet fieri moderatè, vt supradictum est, & cum baculò in rei veritate non licet, vt *Alciat. ibid.* vbi si contingeret, non
15 daretur actio criminalis; nisi † cum enormitate castigationis, & atrocitate vulneris esset animus dolosus, qui præsumitur ex dicta atrocitate vulneris, vt §. *atrox, instit. de iniur. Guid. Pap. in tract. de præsumpt. nu. 91.* Et quia in casu nostro, quamquam adfuit baculus non contingit vulnus aliquo modo, nec brachiorum fractura, proinde nec atrox castigatio, potest appellari, *Farinac. d. cons. 157. num. 9. & seq.* & eò magis, quo forsan dictus Io. Michael legendo fuit suffultus authoritate Ioannis à Boccaccio in Decamerone, dieta nona, nouella 9. in cuius principio habetur hoc Brocardum.

16 *Buon † cauallo, e mal cauallo vuol sperone.*
Buona femina, e mala femina vuol bastone.

Rationibus sic stantibus pro dicto Ioanne Michaele iudicandum censeo, prout ego ita iudicaui cum essem Iudex Curiæ Terræ Milonici, de mense Augusti 1610. & ita fuit exequutum, &c.

Horatius Persius I.C.

CONSILIVM VII.

Pro Curia Baronali Terræ Milonici in causa Petri Antonij Stellæ inquisiti de laceratione, & combustione processus criminalis, & de illius falsa renouatione, aut fabricatione.

ARGVMENTVM.

Pœna criminis falsi, quæ sit, & vtrum in eo habeat locum tortura. Pœna an sit moderanda de necessitate in Regno, minoribus delinquentibus in atrocissimis.

Falsi crimen cuius ponderis sit.

Notarius falsificans instrumentum in Regno punitur pœna amarissimi supplicij, quod extenditur ad actuarios falsificantes acta.

Instantia in criminalibus quando pereat, & de eius affectu, & prorogatione Domini Proregis.

SVMMARIVM.

1 *Falsi pęna est deportatio (quæ in Regno est in vsu) & omnium bonorum publicatio.*
2 *Tortura in Regno habet locum in delictis pro quibus imponitur pæna vltra relegationem.*
3 *Deportatio est maior relegatione.*
4 *Aetas minor in Regno est intra annos 18.*
5 *Minor delinquens semper mitius punitur, etiam in atrocioribus, & etiam quod sit effectus maior, & cogitur Iudex ita iudicare, sed declara vt n. 18.*
6 *Socij criminis, & mandatarij pari passu procedunt.*
7 *Socij criminis etiam duo, vel plures in casibus, in quibus de consocijs non interrogatur, non faciunt iudicium ad torturam contra principalem.*
8 *Falsi crimen est tale, vt de consocijs nõ possit interrogari, sed quando procedat, declara vt n. 20.*
9 *Socius criminis, ex quo fit infamis, nũquam*

quam admictitur ſine tortura.

10 *Socij criminis debent habere ſpecialem torturam, quo ad confirmationem depoſitionis contra principalem.*

11 *Confeſſio extraiudicialis ſufficit ad torquendum, dummodo concurrant requiſita vt infra.*

12 *Teſtis debet deponere per illum ſenſum aptum illi rei, ſuper qua deponit.*

13 *Teſtis dicens cognouiſſe ad vocem benè notam, ita quod falli non poſſit, probat.*

14 *Teſtis reddens cauſſam ſui dicti ex interuallo, ad finem vt ſuppleatur, non admictitur.*

15 *Inſtantia in criminalibus à die litis cōteſtationis petit per biennium, etiam ſi curſus cauſſa ſit impeditus per reum.*

16 *Deciſiones S.R.C. in Regno faciunt Ius.*

17 *Notarius falſificans Inſtrumentum, pœna vltimi ſupplicij punitur, quod extenditur in actuario falſificante acta.*

18 *Minor commictens delictum grauiſſimum, poteſt condemnari in pœnam ordinariam arbitrio Iudicis in Regno.*

19 *Falſi crimē eſt arduum, enorme, & grauiſſimum, in quo Iudex debet eſſe facilior, & animoſus ad torquendum.*

20 *Falſi crimen, quando eſt commiſſum in ſcriptura ad alium ſpectanti, eſt tale, vt de conſocijs poſſit fieri interrogatio.*

21 *Socij vnius dictum adminiculatum cū mala fama inculpat, vel cum dicti alterius ſocij in caſibus exceptis facit indiciū ad torturam.*

22 *Iudex ex officio procedens ſemper pleniùs inquirere poteſt veritatem contra inquiſitum, & iterum examinare teſtes non benè examinatos, quod ſecus ſi proceditur ad partis inſtantiam.*

23 *Teſtes deponentes de confeſſione extraiudiciali debent eſſe rogati, vt magis legitimè probent.*

24 *Inſtantia perempta prorogatio in criminalibus fit per Dominum Proregem antequam inſtantia pereat, petentibus ſcribis fiſcalibus.*

Dirigat Dominus verba mea.

DE anno 1606. (in quo vſque ad ducatos ſex fuit venditus modius frumenti) die verò 25. mēſis Octobris, Petrus Antonius de Rugerio Terræ Montis Albani cæpit poſſeſſionem capitaneatus Terræ Milonici, cuius famulus erat quidam Angelus Fragione, qui ſtante temporis nimia panis caritate, quærens pro Domino illum pecunia à ſolitis vendi, & non inueniens, petijt furnum, vbi & ſi panis decoctus aderat, tamen erat Ioſephi Pizziferri, qui non vendebat, & cum pluries inſtetiſſet apud piſtorem, vt pecunia traderet panem vnum tantum, quantum pro Domino vix ſufficeret, noluit omninò. Ita quod dictus famulus cæpit vnum panem inuito piſtore, offerens in promptu pecuniam, & illinc receſſit. & continuò ſubiunxit d. Pizziferrus, vt accerſitus, & certioratus de facto, & egrè ferens cæpit cōclamare aduerſus Capitaneum (o che inurbanità, e cuor di ferro) & quamplurima protulit verba vilipendioſa, & caſtigatione digna.

De quibus capta per d. Capitaneum informatione, & multis teſtibus examinatis fuit carceri mancipatus d. Pizziferrus, qui deinde poſt litis conteſtationem, fuit habilitatus ſub cautione vnciarum 25. de ſè præſentando. &c.

Poſtmodum fuit citatus ad præſentandum, & cum non obtemperaſſet, fuit condemnatus ad pęnam prædictā, quæ in beneficium Baronis cedit, & omnia actuario Io. Frācíſco de Nictis acta, geſta, & ſcripta fuerunt.

De anno verò ſequenti .ſ. 1607. intrāti 1608. ſucceſſit Capitaneus quidā N. Zappullus, & Actuarius Petrus Antonius Stella in minori ætate conſtitutus .ſ. annorum 17. & præſupponitur d. Petrum Antonium ad preces dicti Pizziferri pro mercede paucorum carolenorum laceraſſe, & combuſiſſe proceſſum integrum, & cum à Barone, V. I. D. Marcello Nigro fuiſſet de illo

vti actuarius requisitus, ipsemet memorans factum, denuò fabricauit processum, & extendens currenti calamo depositiones quatuor testium, fecit illos exemplare Io. Dominico de Pirro, & Io. Francisco Marinellę, cum suppositione dierum, & annorum, & informatio apparet capta die 9. mensis Septembris 1606.

Post hæc sub die 29. mensis Ianuarij 1607. apparet comparitio d. Pizziferri petentis habilitationem, & offerentis cautionem, apud quam eodem die adest decretum habilitationis per mensem cum cautione vnciarum 25. &c. cum subscriptione d. Capitanei de Rugerio, & subsequenter fideiussio breuiter congesta, facta per Marcum Antonium de Muccio, cuius Crucis signo subscribitur post signum Crucis d. Pizziferri, necnon & subscribitur à Hieronymo Asprello, & à Hieronymo Puntillo præsentibus pro testibus.

Detegitur huiusmodi falsitas, & tot, tantarumque manuum ex industria d. Ioan. Francisci de Nictis præcedentis Actuarij, nè contingeret sibi molestiā inferri aliquo tempore, qui legitimè capta occasione extraiudicialiter cōfiteri fecit d. Stellam combusisse processum, quod constat per tres testes, qui retro portam cuiusdā Cellauinariæ ex parte intus clausi viderunt, & intellexerunt, &c.

Et demum examinatis dictis de Pirro, de Mannella, de Asprella, & de Puntillo, asseruerunt scripsisse, & subscripsisse ad preces d. Stellæ, qui idcirco carceratus, post nonnullos actus iudiciarios fuit constitutus, & facta litis contestatione die 10. mensis Iunij 1608. fuit datus terminus ad se defendendum. Et quamquam appareat expeditam fuisse citationē ad testes pro defēsionibus, tamē non videtur, quod copiæ repertorum fuerūt consignatæ, ex quo recusauit soluere salariū. Vnde dictus Stella habuit recursum pluries ad M. C. V. & obtinuit supersederi in caussa per dies, & ordinem pro transmissione copię actorum, quæ nunquā fuit transmissa ob defectum prædictū.

Et cum Curiæ coadiutor instaret pro processu adulteriora, & prætendebatur d. Stellam debere torqueri.

Pro parte illius videbatur dicendū inspectis actis, non esse locum quæstioni, & tormentis, cùm non præcedant legitima indicia, & etiam si præcederent.

Primo quanquam tractetur de crimine falsi, & sit dicendum, quod poe-
1 na † falsi, vel quasi in nobili sit deportatio, & omnium bonorum publicatio, vt in *l. 1. §. fin. ff. ad l. Cornel. de fals.* quæ pæna deportationis, quanquam aliqui dicant esse sublatam, vt refert *Gram. decis. 23. in fin. tamen Vincent. de Francb. decis. 116. num. 15. in fin.* dicit, quod est hodie in vsu in Regno, pro quibus delictis huiusmodi pęnam interrogantibus infertur tortura, quæ in Regno per cap. Tormenta, de Torment. interrogatur in criminibus
2 omnibus † pænam vltra relegationē infligentibus, & quia pæna deporta-
3 tionis † est maior relegatione, *vt glos. in §. cum autem Institutio. quib. mod. Ius patr. potestat. soluit.* & sic si vltra relegationem, ergo habet locum tortura in crimine prædicto, vt *Niger ad cap. Tormenta n. 14.*

Tamen hoc non obstante, dicitur, quod tortura non potest inferri (in casu, in quo deberetur) in personam d. Stellæ, ex quo delictum prædictum (dato, & non concesso) commisisset in minori ætate .s. dum non adimplebat annos decem, & octo, quia est minor ætas in Regno, vt in *Constit. Reg. Minor. Iura. de restitut. minor. & ibi Afflict. n. 14.* quo casu, & si grauissima essent delicta, & quæ atrociora appel-
5 lare solemus, mitius † punitur minor sic delinquens, ita *Conomens. consil. 96 in fin. Caccialup. in cons. diuers. crim. lib. 1. consil. 92.* & reassumit cum alijs *Menoch. de Arbitrar. cas. 329. num. 15.* quæ habent locum etiam si minor delinquens sit effectus maior, quia attenditur

ditur tempus delicti, & non punitionis *Marſil.in l.de minorè in princ.n.* 60. *ff.de quæſtionib, Farin.de pæn.Temper.q.* 92.*n.* 162. *& inſeq.dicit*, quod Iudex non ſolum poſſit, ſi velit temperare, ſed etiam teneatur, & ſi id non fecerit, dicatur grauare, & ab eo poſſit appellari, vt *Angel.de Maleſ. in verſ. ſcienter, & doloſè n.*12.*in fin.& teſtatur de comm.Gramat.deciſ.*23.*& in* Conſtitut. *Regni Minorum Iura.n.*7

Vltra quod pæna publicationis eſt correcta in crimine falſi per *Authen. Bona dãnator.C.de bon.proſcrip. Farin. de falſ.q.*150.*par.*2.*nu.*20.*&* 22. & ad hoc vt minoretur pæna ipſi Stellę tanquam minori, & ſtante quod publicatio bonorum eſt correcta, eſſet relegãdus tantum, quo caſu non poſſet inferri tortura, vt Cap.Reg. Tormenta, ergo, &c.

Secundo, etſi prædicta non eſſent vera, prout ita præſupponuntur tamẽ eſt dicendum, quod non præcedunt legitima indicia, & ſufficientia ad torturam contra dictum Stellam, ſiquidẽ tota vis manet in quadam confeſſione extraiudiciali facta, (vt aſſeritur) & in aſſertione quorundam aliorum, qui deponunt ad inſtãtiam d. Stellæ ſcripſiſſe quaſdam depoſitiones, & ſubſcripſiſſe fideiuſſiones, &c. & præſuppoſito,

6 quod quicquid dicitur de ſocio † criminis, dicatur de mandatarijs, vt dicit *Farinac.de indic.& tortur.q.*44. *nu.* 24.aſſeuerat, quod depoſitio ſocij criminis,

7 etiam quod duo, † aut plures ſint contra eãdem perſonam deponẽtes indicium ad torturam non faciat, *Bald.in l.quoniam liberi n.*2.*C.de teſtib.* in caſibus, in quibus de Iure non poteſt reus de complicibus interrogari, vt *Farin.ibid.q.*43.*nu.*34.41.*&* 42. & quia in n.47. dicit, quod in crimine falſi, & in reo de ſe confeſſo, vt hic nõ poteſt de conſocijs interrogari, ergo iſti ſocij, ſeù aſſerti mandatarij, non faciunt indicium &c. Accedat, quod ſi delictum eſſet de exceptis, & de illis in quibus de Iure poſſet de conſocijs interrogari, adhuc dicti non obſtant,

9 ex quo cum ſocius criminis † ob delicti cõfeſſionem reddatur infamis, infamis autem nunquam admictitur ſine tortura *l.ob carmen, §.ſi ea rei conditio, ff.de teſtib.* idcircò nominatio ſocij nũquam facit indicium ad torturam, niſi illam in tortura confirmet *Clar.q.* 21. *verſ. ſcias etiam, & eſt comm.opin. vt dicit Farin.ibid.n.*134.& in tantum eſt

10 hoc verum, quod non ſufficit † quo ad ſocios illa prima tortura, in qua reus eſset confeſsus delictum, ſed debet adhiberi ſpecialiter pro confirmatione ſuæ depoſitionis citatis conſocijs, vt benè inquit *Clar.q.*45.*verſ.cæterum ſi reus*, ibi item ſi ſunt tales teſtes, &c. *Farinac.ibid.n.* 137. vbi dicit etiam quod magis communis opinio eſt, & obſeruatur, vt reus deponat in ipſa tortura, non autem ſtatim depoſitus à torturà &c. quoniam dicti aſserti ſocij, ſeù mandatarij, non ſolum non depoſuerunt in tortura, imo nec confirmauerunt eorum nominationem in tortura, ergo ad torturam indicium non faciunt. Nec obſtat confeſſio extraiudicialis ad faciendum indicium, nam quanquam cõfeſſio extraiudicia-

11 lis ſufficiat † ad torquendum ſecundum *gloſ.in l.capite quinto ff.de adult.in ver.accuſatori. & ibi Bart. Fulgoſ. & Angel.* & eſt communis opinio, & omnes ita vno ore ſentiant, vt refert *Farin.de reo confeſſ.& conuic. q.* 82.*reg.*2. *n.*23. tamen vt dicit nu.44. prædicta procedunt quando confeſſio extraiudicialis ſit concludenter probata, aliter ſecus, ſecundum *Bero.in c. at ſi clerici n.*135.*verſ. requiruntur etiam de indic.* ratio, quia quodlibet indicium remotũ debet probari per duos teſtes *Foller.pract.crim. ver. & ſi confitebuntur par.*2.*n.*1. & quoniã duo ex tribus teſtibus, vt eſt Michael Maccaronius, & Petrus Antonius Stancellius, qui ſtantes retuo portam Cellauinariæ ex parte intus clauſi, deponunt de dicta confeſsione d.Stellæ ſine ratione,

12 & cauſa per ſenſum † corporeum, nẽ-

pè auditus, visus,&c.& pèr alium sensum aptum illi rei, super qua deponit testis,idcircò eorum dictum non probat, vt *Bart.in l.solam in prima lectura, C.de testib.Farin eod.tit. q.* 70.*nu.*127.

Nec saltim dicunt cognouisse dictũ
13 Stellam ad vocem benè notam † ita quod falli non poterant, per eaq; ponderat in delictis nocturnis *Farin.de testib.q.62.num.*45.ergo non sufficiunt.

Nec valet dicere,quod post aliquos menses dicti testes addiderũt causam,
14 & rationem, nam hoc † non potest fieri ad effectum, vt suppleatur *Gabr. comm.opin.lib.7.conclus.*27. *num.*15.*& conclus.*28.*num.*2.*vbi de comm.Farinac. de testib.q.66.nu.*252.restat ergo dicẽdum, quod indicia legitima ad torturam non laborant.

Tertio,instantia est perempta, postquam à die litis contestationis,à qua incipit currere, est lapsum biennium, vltra octo menses, & per illud bienniũ
15 † perit in criminalibus, *vt l.fi.C.vt intra cert.temp. l.properandum in princ.C. de iudic.Rit.M.C.V.*248.Nec obstat dicere, quod quando delinquens impedit causam causæ,dilatio etiam legalis non currit,*l.si cum ipse,vbi Bal.in prin. ff.de excus.tut.*Nam reiecta dicta *Bald.* opinione, contrarium fuit decisum in S.C.per plures vices in proprijs terminis,vt *de Franch.decis.*250.653.*&* 654 vbi habetur, quod etiam si superuenissent instantia perempta, testes, & confessiones delinquentis,omne ius perit, & non officiunt, ita quod Iudex non reputatur amplius Iudex,sed priuatus, vt *Crauett.sequendo Bal. dicit conf.*270. *col.fin. ver.quarto in terminis vol.*2.*de Franch.ibid.*654.*n.*3. & à decisionibus
16 S.R.C.in Regno nõ est recedẽdũ † *ut habetur per Affl.decis.*96.*&* 383. *Bal.in l.fin.C.de legib.Marant.conf.*25.*num.*2. quamobrem absolui, & liberari omnino debet dictus Stella.

Pro parte autem Curiæ coadiutoris ad præposita sigillatim respondetur.

Sed est prænotandum dictum Stellam commisisse prius falsitatem ex sola laceratione,& combustione processus, vt *Farinac.de fals.q.*150.*nu.*159. & deinde ex noua fabricatione.

Et ad primum aduersus opposita pro parte d. Stellæ, dicitur, quod & si de iure communi pœna falsi sit deportatio, & publicatio omnium bonorum sit correcta, tamen de iure Regni No-
17 tarius † fabricans instrumentum falsũ, punitur pœna vltimi supplicij, prout in Constitut.Regni,Iudex vbique locorũ de elect.official.& ibi Scribentes, quæ Constitutio interpetratur, vt habeat locum, etiam in Actuario faisificante acta, per eaq; referendo dicit *Gram. in d.Constit.n.*7. quæ opinio tantò magis vindicat sibi locum,quanto quod processus verus, & originalis d. Pizziferri erat iam publicatus per copias repertorum,præuia declaratione habitorum testium pro citatis, iuratis, & repetitis legitimè,&c.quæ acta faciebant fidem, vel indicia, quo casu dicitur mutata veritas, & ex his de falso quis puniri potest,vt videtur tenere *Bart.in l.iubemus in fin. C.de testam.* qui ponit materiam, quando reperitur instrumentum Notarij falsum,quod est nullũ, & *Gramat.*ibidem,qui in fine dicit,quendam inquisitum de falsificatione actorum circa testes non iuridicè examinatos fuisse condemnatum ad remigandum vita durante,& similiter quendam aliũ non verè actuarium, seù scribam *in decis.*27, & quia dictus Stella falsificauit omnia acta, & testes iuridicè examinatos, & ipse erat verè actuarius, ergo pœna vltimi supplicij veniret puniendus,& habet locum tortura.

Nec obstat, quod cum esset minor sibi pœna sit minoranda de necessitate, ita quod in arbitrio Iudicis non relinquatur, nam allegata iura per eum possunt habere locum alibi, quam in Regno nostro,vbi in illùm minorem, qui commisit grauissimum delictum pœna delicti illius ordinaria irrogata fuit,vt de *Franchis decis.*230, affirmat, parricidam ætate minorẽ,idest annorũ

16.fuis-

16. fuisse capitali pœna damnatum, quem refert *Farinacius de pœnis temperandis d.q.92.num. 163. in fine, & per regiam pragmaticam primam titul. de minori.* est iam expeditum,& declara-
18 tum arbitrio † Iudicis relinquendum esse, si velit minorare pænam ordinariam, an non, & qua crimen, & deli-
19 ctum falsitatis † est arduum,& enorme, ac grauissimũ appellat *Io.de Anan. cons.49.n.1.& 5.Paul.de Castr.con.151 in princ.Marsil.in rub.ff.de fals.nu.* 17. *per l.transigere C.de transac.*& in Iudicis arbitrio relinquitur an velit minorare pænam, si sibi placuerit, potest subijcere d.Stellam quæstionibus, & tormentis, qui Iudex rigorosus hac re nõ appellaretur, postquam in detegenda falsitate, Iudex promptior, & facilior esse debet ad torturam, & per *Alex.cõsil.77.n.5.lib.1.*& in illa acerrima indagatio fieri debet, vt tradit *Bal.cons.320 lib.2.& Crauett.consil.56 n.5.* Imò in illa potest esse animosus ad quæstionẽ, vt per *Bossi.tit. de indic. & consideratio. ante tortur.n.* 200. & reassumit *Giaccar. ad Clar. in §.falsum in 2.lit.L.*

Ad secundum respondetur,qu od dictum socij criminis, seù mandatarij in crimine falsi, potest de consocijs interrogari, vt videtur fuisse de mente *Parisij consil.151.n.9.lib.4.ex Boer. decis.319. n.5.Menoch.de arbitrar.cas.474.nu.39. Farinac.in alleg.q.43.n.49. de indic. & tortur.*& credit sine dubio,quod possit
20 interrogari † quando quis commisit falsitatem in aliqua scriptura ad se non spectante, sed ad alium ad preces alterius, vel subornationem,& quia in casu nostro ita sigillatim accidit,ergo neque dubito quin sit in casu, in quo socij,seù mandatarij de consocijs interrogari possint, vnde faciunt indicium ad torturam,quod amplia etiam si sint singulares, vt *Clarus.q.21.vers.sed pone quod vnus, & sequitur Bonacos. in commun.opin.p.1.vers.indicium faciunt duo socij,Farinac.ibid.n.37.& 38.* ratio dicitur in n. 42. quod in casibus excep-
21 tis depositio vnius socij † adminiculata cum mala fama inculpati, vel cum dicto alterius socij facit indicium,& si dicti socij, seù mandatarij non purgauerunt eorum infamiam in tortura, ibi confirmando depositiones, prout vero requiritur ad finem faciẽdi indiciũ, tamen adhuc defectus iste potest suppleri,cum non sit intempestiuus,sumus enim in terminis post publicatum tantum, & in criminalibus quando proceditur ex officio simpliciter, & penitus sine parte, vt hic Iudex ex suo me-
22 ro, & puro officio plenius veritatem inquirere potest ad offensam inquisiti, ita tenet *Bal.in c.cum clamor. n. 3.vers. scias tamen ex.de testib.*& hoc habet locum etiam existente parte accusante sed ex officio Iudex procedat, *Thessau.decis.262.in fin.vbi testator de commun.ex Alex.*quem allegat, *quod secus esset si ad instantiam partis fieret.Farin. de testib.q.75.n.413.414. & seqq. vbi n.415.& seqq.* videtur tenere contrariam opinionem.i.quod existente parte neq; ex officio Iudex possit procedere, tamen n.418.residet,quod quãdo est certum nullam adesse subornationem, & concurrit etiam aliqua iusta causa examinandi testes post publicatum, quod sit permissum Iudici facere, etiam in iudicio inquisitionis,ex *Clar.q.61.n.3.vers.sed hac ibi, benè verum est,*& quia dicti socij,seù mandatarij, tanquam non torti, nihil officiunt, & demum torti aliquid probant, quia faciunt indicium, vnde Iudex accipit anzam, vt possit inquirere veritatem plenius. Accedat quod quando testes non fuerunt interrogati, vel non benè, aut perfectè examinati, & interrogati dolo, aut culpa Iudicis, tunc ijdẽ post publicationem possunt iterum examinari, vt *Farin.ibid.n.*202.& 203.quæ Iudicis culpa, & negligentia in dubio præsumitur, *Farinac.ibid. num.* 204. & quia dicti socij, seù mandatarij non fuerunt vt testes benè,et perfectè examinati,negligentia, et culpa, vt potest præsumi Iudicis, ergo adhuc denuò possunt ritè, et rectè examinari, et torqueri.

E Quo

Quo vero ad confessionem extraiudicialem, dicitur esse legitimè probatam & illi duo testes, qui ex longo interuallo reddunt causam, & rationem, quas prius non redderant, ex quo super illis non fuerunt interrogati ex incuria, & negligentia Iudicis, addentes deindè illas primis depositionibus, admittuntur, & statur eis quando spontè, vel ex officio Iudicis sunt examinati, prout hic, benè verum est, quod non tanta fides adhibetur ratione interualli, ita dicit *Farin.d.q.66.n.*253. & Iura allegata pro d. Stella ad hoc propositum, habent locum quando ad instantiam partis fieret additio ex interuallo.

Et eo maximè dicta confessio extraiudicialis procedit, quo testes de-
23 ponentes de illa fuerunt rogati, † & non fortuiti audiuerunt, secundum *glos.in c. de his, in vers. audiuerunt ver. & generaliter* 3.*q*.9.& est mirabile dictum ad elidendum indicium, ita quod dictæ opinioni non reperitur, qui contradicat, quamuis à Iudicibus in practica nō reperiatur, *Farin.de reo confes. & conuic.d.q.*82.*n*.47.*in fin.* ergo multo magis dicta confessio procedit.

Ad tertium respondetur circa perēptionem instantiæ, quod quanquam sint vera, & indubitata allegata pro d. Stella, tamen in Regno est inuentus
24 modus † nè in causis criminalibus instantia pereat .s. adire Regem pro illius prorogatione, vt in *d.Rit.M.C.*248 & in dies Scribæ fiscales dant memorialia Dñis Proregibus pro instantiarū prorogatione, & in dies obtinetur absque causæ cognitione, vt dicit de *Frācbis d.decis.* 250.*in fin.* quanquam *Carauit. in d.Rit.nu.*3. sentiat contrarium de Iuris rigore, sed deindè *n*. 5. dicit, quod licet prorogatio non possit fieri per Regem (vt hodie fit) potest tandē ille, instantiæ ciuilis, vel criminalis, postquam perempta est, insufflare spiritum vitæ, & sic ipsam resuscitare, vt dicit *Par.de Sind.ver.sententia,§.restat vnum per glos.in l.ab hostibus,§.sed quod simpliciter in ver.restitutionis, circa medium, ibi, sed dic num his suscitatur*, & ibi *Bald.ff.ex quibus caus.maior.Capy.decis.* 11.165.& 206. vbi multa de materia, & de differentijs inter peremptionem instantiæ ciuilis, & criminalis, & quoniam huic instantiæ peremptæ est iam prorogatio facta per Dominum Proregem, vt mihi asseueratur, ergo procedi potest adulteriora absque altercatione, alioqui secùs diceremus ad fauorem dicti Stellæ, & ita sentio &c. saluo semper &c.

Horatius Persius I. C.

De mense 1610. iste Stella post carcerationem quatuor annorū & vltra in pessimo carcere fuit habilitatus à me tāquam Iudice, &c. ad omnem ordinem, &c. & insudaui, et aliū apud Baronem Marcellum Nigrum, qui pessimam habebat opinionem de Iuuene, vt consentiret, consentijt tandem cum hac habilitatione, ex quo non poterat adesse prorogatio instantiæ, causa sub silentio pertransiuit.

CONSILIVM VIII.

Pro D. Io. Petro Panectierio Terræ Genusij inquisito de assistentia, & auxilio ad maleficium, & ad vulnera mortalia in capite Io. Mariæ de Benedecta cum securi, per nepotes dicti D. Io. Petri.

ARGVMENTVM.

Assistens maleficio an præsumatur appensatè, vel casu. Quando plures testes contradicunt paucioribus, an pauciores de falso sint puniendi?

Defensio non solum pro se, sed pro cōiunctis etiam est licita.

SVMMARIVM.

1 *Associans eadem pœna venit puniendus, qua principalis delinquens.*

2 *Assistens non omnis dicitur fauere maleficio nisi ad hoc assistat.*

Male-

3 *Maleficium distingunt volũtas, & propositum.*
4 *Assistentia casualiter, & incidenter præsumitur.*
5 *Auxiliator dicitur, qui expresiè, & deliberatè est cum principali delinquente coadunatus.*
6 *Testis nocturnus debet reddere causam visus, aliàs est de falso suspectus, cum limitatione ad casum.*
7 *Testes plures contradicentes paucioribus, vel duo vni pauciores, vel vnus puniuntur tanquam periuri, & falsi.*
8 *Defensio non solum habet locum in proprio corpore, sed etiam in coniunctis sanguine.*
9 *Vxor seuiter verberata à viro potest au fugere è domo viri.*
10 *Exculpatio partis cum indicijs, & rationibus innocentiæ, tollit indicium quantumuis vrgentissimum, & grauissimum.*
11 *Testis de auditu debet nominare authorem.*
12 *Præsumptiones neminem capitaliter possunt damnare.*
13 *Fama bona tollit præsumptionem delicti.*

Dirigat Dominus verba mea.

DOn Io. Petrus Panecterius terræ Genusij, reperitur inquisitus in Archiepiscopali Materana, ad quærelam Io. Mariæ de Benedecta, sub prætextu quod de mense Septembris præteriti sub die, &c. ad circa primam noctis horam, cum dimidia d. Io. Maria percuteret intus propriam domum, & atrociter verberasset eius vxorem indictam neptem d.D.Io.Petri, ad cuius acclamationes egressi è domo vicina fratres eius Horatius .f. Leonardus, & Flaminius, ac Pompilia mater illorũ, ingressi sunt domum dictæ sororis, & d. Horatius vulnerauit in capite d. Io. Mariam cum securi, & prætenditur, quod cum dictis nepotibus astitit in opem, & auxilium d. D Io. Petrus, & associauit illos ad delinquendum, &
1 eadem pœna † qua, & is, qui re ipsa delictum commisit est puniendus, ita *Cin. Bald. & Ang. in l. vnica, C. de Nili agger. non rumpen. Bald. in l. non ideo minus, C. de accusat.* & multa alia congerũtur per *Menoch. de arbitrar. cas. 349. nu. 3. Corset. sing. in verb. auxilium, post Innocent. in cap. continentia de Cler. percuss.*

Sed viso processu, & benè perpenso pro viribus, non inuenio causam, pro qua d. Io. Petrus liberari non possit præ oculis habendo processum informatiuum. Et ex eodem est dicendum ad fauorẽ inquisiti, quod nihil mali egit, & contra quem dumtaxat inquiritur, ex quo fuit visus cum suis nepotibus insultantibus d. Io. Mariam, & quod illum vulnerauit, & nihil prorsus aliud dicitur.

Et ex his intrepidè est dicendum, quod dictus D. Io. Petrus in aliquo nõ deliquit, siquidẽ non quilibet assistens
2 dicitur fauere maleficio, nisi ad hoc assistat, vt *l. prætor, §. homines, ff. vi bonor. rapt.* Nec potest dici, quod ex præsentia, & assistentia d. D. Io. Petri nepos, qui deliquit, securior, & audacior factus fuit, licet nihil egit, nam hoc non constat, nec præsumitur, postquam cõstare debet de effectu assistentis, & vo-
3 luntas † & propositum distingunt maleficium, vt dicit *Angel. de malefic. in ver. dictus Andreas armatus nu. 4. Mascard. de probat. conclus. 159. n. 12. vol. 1.*
4 & assistentia incidenter, † & casualiter præsumitur, vt probat *Farinac. tit. de consul. ad homicid. q. 131. num. 80. &* 84. vbi statur iuramento astantis, quãdo sit bonæ famæ, vt est ipse D. Io. Petrus, & probari debet aliquis actus, quo offensus timidior factus fuit, vt afficiat assistentem, ita *Menoch. de arbitrar. cas. 350. num. 3.*

Sed ex parte aduersa potest dici, quod prædicta possunt limitari, ex doctrina *Bald. in cap. 1. in ver. cum dominus de pac. iuram. firm.* & non habeant locum, si fuerit probatum assistentem associasse delinquentem ad maleficium perpetrandum, & quoniam per vnum testem de visu, qui est Antonius de Lena, cõstat d. Io. Petrum antecessisse

 nepotes

nepotes ad fores domus d. Io. Mariæ pulsasse, & nō ingressum esse ergo, &c. Ad hoc autem respondetur (quoniam tota vis istius processus manet in hoc testimonio) quod etiam si testis iste non haberet, prout habet exceptiones, quod adhuc citra veri præiudicium, limitatio non procedit, nam *Bald.* ibi dicit, si sit probatum associasse delinquentem ad maleficium perpetrandū, Hoc herclè non est probatum, quod accesit ad maleficium perpetrandum, ergo, &c. Et ad hoc vt quis teneri possit vt auxiliator † requiritur, quod ad illud delictum committendum fuerint expresè, & deliberatè cum delinquēte principali coadunati, vt probat *tex. in l.3.§.homines, ff. vi bonor.rapt.* quem ad hoc allegat *Petr. de Anchar. in cons. 216. Nos Bartholomæus de Salice, & sequitur Felin.in cap.1.col.5.ext.de off.deleg.& refert Gram.decis.21.num.3.* quæ decisio est aurea pro nobis, & clauis materiæ, vbi etiam *n.*8. habetur, quod ad hoc vt vnus teneatur ex facto alterius oportet, quod præcesserit tractatus, & ordinamentum de conueniēdo insimul ad maleficium committendū, aliàs vnus non tenetur pro delicto alterius, *Alex. Trentacinque cons.35.nu.5. & seqq.vol.2.* Et hæc dicuntur dato, quod dictus D. Io: Petrus associasset nepotes; sed fortiùs hoc expresè negatur, nam dictus testis Antonius de Lena nihil probat, quia non reddit causam † scientiæ, & visus, scilicet quod luna tunc benè lucebat, aut lumina erant accensa, nam sic testis dicendo admittitur talis probatio, vt per *Alex. cons.4.nu.7.in fine lib.6, Farinac. de testibus q.62, n.37,* non autem sine dictis rationibus, *vt DD.in l.si non speciali, & Baldus nu.1, Ias.nu.10, C.de testam. Farinac. ibidem num.38.* imò de falso sunt suspecti, *vt Ias.ibidem,* vbi reprobantur tanquam falsarij, sequitur *Felin.in cap. sicut post nu.5.extra de re iudic. Farinac. ibidem num. 39.*

Et quanquam per partem aduersā posit dici, quo supradicta habent locū quando testis de nocte ex loco lōginquo, & remoto aliquid vidisse deponit secus autem si ex loco vicino, & propinquo, quoniam probat, vt per *Plot.de in litem iuran.§.51.nu.17. ver.fallit tertio,* & dictus testis deponit vidisse à vicino, ergo, &c. Tamen respondetur, q huiusmodi testis non præcisè probat, sed remittitur arbitrio Iudicis, qui multa debet cōsiderare, vt dicit *Farin. ibidem nu.43,* & præsertim dictus testis nō potest dicere, quod est talis naturę, qui habet visum ita perspicuum, & acutum, vt de nocte, etiam absque splēdore lunæ, aut ignis optimè videt, prout erat Tiberius Cęsar, teste Suetonio Tranquillo, & referente *Farinacio ibidem nu.44.* nam dictus testis monoculus existit, nec est bonæ famæ, neq; probatur habuisse cognitionem, & familiaritatem personarum, ita quod decipi non poterat, vt *Farinac.* refert necessaria arbitranda *ibid.nu.43.*

Insuper pro parte aduersa dici pōt, quod testis sine luna, & lumine probat si dicat cognouisse ad vocem, vt per *Felin.in d.c.sicut num.5.in fine, ver.& quoniam,* dictus testis de Lena dicit, cognouisse ad vocem, ergo, &c.

Sed respondetur, quod *Felin.ibidē* loquitur in casu, in quo testis infallibiliter cognoscat vocem loquentium, vt dicit *Farinac. ibid.nu.45,* & quoniam in processu hoc non dicitur, sed simpliciter asseueratur, ergo, &c.

Nec obstat, quod dictus Antonius testis dicat, deinde cognouisse, & magis distinctè ad lumen intus domum d. Io.Mariæ ipsum D. Io. Petrum cū alijs de familia Camerarij; nam depositio d.testis diuiditur in duobus actibus, in primo actu (quando esset) vidisse D.Io. Petrū pulsare fores domus d. Io. Mariæ, & in hoc non redditur ratio lucis, sed vicinitatis modo, vt est dictum. In secundo actu, quando superuenit familia Curiæ, reddit rationē lucis, & dicit vidisse D.Io.Petrum, quod non negatur, ex quo ille cum audiuit è domo propria, à qua discessit cum nepotibus,

rumorem

rumorem fieri intus domum Io.Marię, acceſſit illicò, & de directo ad domũ Camerarij Claudij Cuſtoris,vt in auxilium veniret,prout venit vna cum d. D.Io. Petro, qui tunc intrauit domum Io: Mariæ, & potuit videri à dicto Antonio de Lena,qui in primo actu conuincitur de mendacio à duobus teſtibus(vt in defenſionibus)ſcilicet à Camillo Conteiacobo, & à Margarita Andriola, deponentibus tunc tẽporis, quo d. Io. Maria percutiebat vxorem, ad voces, & clamores ipſius egreſſos fuiſſe è domo nepotes tantum d.Ioan. Petri,qui non aſſociauit illos, ſed declinauit ad domum Camerarij, vt in auxilium accederet, prout efficaciter dictus Camerarius vocatum fuiſſe à D.Io. Petro deponit, & à Põpilia illius ſorore,& matre d.Iudictę.Et quoniam
7 quando plures teſtes † contradicunt paucioribus, vel duo, vni; pauciores, vel vnus puniuntur tanquam falſarij,& periuri,vt *per Boſſ.tit.de oppoſit. contra teſt.nu.13.ver.ſi tamen hac concordia*, & qui vellet dicerę contrarium,ſine iudicio loqueretur,*vt Farin.de teſtib. q.65. p.1.nu.7*.ergo ex tot rationibus dictus teſtis non ſolum non probat aliquid, ſed eſt puniendus,vt falſus,&c.

Eſto,quod acceſſus nepotum inquiſiti ad domum Iudictæ ſororis acclamantis non fuit abrè,ſed in eius defenſionem, defenſio qnidem non ſolum
8 habet locum † in proprio corpore, ſed in his,qui ſunt ſanguine coniuncti, & ita tenent cõmuniter DD. vt dicit *Gramat.conſ.crim.68.n.4.Clar. §.homicidium nu.22.ver.item locum*. Et quis frater eſt tàm crudelis,qui cum viderit ſororem ſeuiter, & iniuſtè verberatam à viro,non accederet in eius auxilium? nemo quidem qui verus frater exiſtat, poſtquam mulier ſeuerè à viro verbe-
9 rata, † poteſt ab eo aufugere,& extra domum alimenta petere,*Bal.in l.1.n.9 C.de legat*,ac ſeparationem thori, nec tenetur cohabitare cum illo, etiam ſi cautionem præſtet de non offendendo *text.eſt rotundus in §.mitiores,auth.de nupt.Theſaur. deciſ.130.nu.1.* prout in effectu in hac Archiepiſcopali, aliàs per d. Iudictam fuit coram Illuſtriſs. & & Reuerendiſs. Domino petita ſeparatio ob ſæuitiam d.viri probatam.Vnde quid mirum ſi fratres amore,ac pietate commoti concurrunt ad domum verberatæ ſatis iniuſtè ſororis?

Inſuper adeſt remiſſio,& exculpatio d.Io.Mariæ quærelantis,quæ exculpa-
10 tio † cum omnibus indicijs,& rationibus innocentiæ dictis,tollit indicia quantumuis vrgẽtiſſima,& grauiſſima, quando etiam talia adeſſent, & caſus talis eſſet, vt ſumitur ex *Farinac.de indic.& tort.q.46. nu.17*.allegando *Gramat.deciſ.56.nu.11.*

Nec obſtat depoſitio Nicolai Frãciſci Graſſi, qui deponit audiuiſſe d.D. Io. Petrum acceſſiſſe cum nepotibus
11 ad domum Io.Mariæ, † nam non dicit à quo audiuit, & teſtis de auditu debet nominare authorem, vt *in cap. licet ex quadam ext.de teſtibus*,ratio eſt, quia potuit audire à parte intereſſe habenti,& teſtibus non creditur,quorum repelluntur authores, vt *in d. cap. licet*, In tantum, quod dicta depoſitio nihil officit.

Accedat, quod omnes teſtes contrarij ſunt probati multas legitimas exceptiones pati, pro quibus fides eorũ non eſt mictẽda, vt in *l.3.& ibi gloſ.per totum, ff.de teſtibus*. Et quanta fides eis ſit adhibenda Dominus Iudex màgis ſcire poteſt, ad verba *text. in dict.l.3.§. ideoq; diuus*.

Vltra quod in caſu quo facerent aliquas præſcriptiones,non obſtarent,ca-
12 pitis enim iudicio † nemo ex præſũptionibus debet damnari, *l. abſentem ff.de pœnis, Maſcard. de probat. ibidem num.13.*

Vlterius eſt probatum d.Io.Petrum eſſe bonæ famæ, conditionis, & vitæ,
13 &c. Vnde dubio † procul tollitur præſumptio delicti,vt per *Bald.in l.fin. ff.de heredib.inſtit.* & de bono homine non poteſt præſumi,niſi bonũ,& quod prudenter viuat, ita *Bald. in l.1. C.loc.*

facit

facit, l.Titio fundus cum glos.penul. ff.de condit.& demonstrat.

Ex quibus concludo, dictum Don Io:Petrum esse liberandum, ac innocẽtem declarandum, & ita iuris esse censeo, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius I.C.

Et ita fuit obtemptum die 28. mensis Nouembris 1611. Vicario generali Illustrisssimi, & Reuerendissimi Domini de Spilla Don Berardino Mazziotta à Ferrandina I.C. integerrimo.

CONSILIVM IX.

Pro Don Francisco Breglia Cãtore Terrę Bernaldi, inquisito de percussione Clerici, & de irregularitate incursa per celebrationẽ.

ARGVMENTVM

Officialis, seu dignitas Ecclesiæ an possit percutere Clericum ratione seruitij Ecclesiæ faciendi absque metu incurrendi irregularitatem ob celebrationem.

Irregularitas ex censura proueniens non incurritur per celebrationem, nisi celebratio fiat in contemptum, & quando hoc intelligatur?

SVMMARIVM.

1 *Officialis, seu dignitas Ecclesiæ ratione sui officij potest corriggere Clericos inferiores seruientes, modo correctio non fiat odio, &c. vel immoderatè, nec in ordinem sacrum habentem.*

2 *Correctio cui permictitur, etiam quod acte de coructione non cogitet, sed habitu non potest dici, quod ira, uel dolosè fiat.*

3 *Excommunicationem incurrit, qui animo diabolico, ira, odio, & animo vindicandi percutit Clericum.*

4 *Ira debet intelligi pro malo proposito ad finem, vt in excommunicationem incidatur.*

5 *Ratio omnium, quæ à patribus nostris statuta sunt, reddi non potest.*

6 *Vis, actus violentus, & violentia quomodo distinguantur remissiuè.*

7 *Correctionem semper fieri nolenti, & reluctanti, cum displiceat, & in odium corripientis tendat.*

8 *Dolus indicijs perpenditur.*

9 *Interpetratio est semper facienda in dubio, vt delictum excludatur.*

10 *Animus qualis est in præcedentibus, cognoscitur ex postea gestis.*

11 *Testis ex testimonio perhibito in causa criminali, contrahit inimicitiam capitalem cum reo, & in omnem casum non est testis iterum omni exceptione maior.*

12 *Irregularitas ex censura quomodo contrahatur.*

Dirigat Dominus verba mea.

DOn Nicolaus Franciscus Breglia Cantor maioris Ecclesiæ Terræ Bernaldi imposuit manus super Clericum Io: Mariam Piamontem ad seruitium Ecclesiæ constitutum, illum corrigendo, ex quo tardè nimis scopis mundabat Ecclesiam, qui Cl. egrè tulit correctionem huiusmodi coram aliquibus. Vnde dictus Cantor fuit denunciatus Archiepiscopali Curiæ, sub prętextu quod ipse ob manus iniectionem prędictam fuisset incursus excommunicationem, & per celebrationem factus irregularis. Prædictus Cl. examinatur, & vt pręsumitur nimis animosè deponit contra Cantorẽ, deinde Cl. Nardus Antonius Cusmanus, qui deponit dictum Cantorem cucurrisse cum furore, ac præbuisset vnicã expulsionem in pectore dicti Clerici, tamen examinatur Donata Frisina, & dicit fuisse datam expulsionem per modum recordationis, & ita etiam sub. Petrus Angelus Gatta, ita quod per modum correctionis dictus Cantor tetigit, vel percussit Clericum.

Et ex his reuocatur in dubium, an dictus Cantor incidit *in Canonem. Si quis suadente diabolo* 17.q 4. & post celebrationem in irregularitatem, vt *DD. in*

in c.2.de Cler.excommun.Summa Syluef. ver.irreg.nu.15.

Et eſt dicendum, quod cum dictus D. Nicolaus Franciſcus ſit Cãtor dict.
1 Eccleſiæ, cuius † officij ratione põt corrigere Clericos inferiores ſeruientes, prout ſumitur *ex text. in cap.ex tenore, & ibi gloſ. in ver. prælationis, & text.in cap.cum voluntate,§.ſi qui,& ibi gloſ.ver.ratione officij de ſentent. excom. & in dictis locis Abb.qui in d.cap.cum voluntate n.2.* dicit, quod propterea in dicto caſu ſententiam excommunicationis non incurrit percutiens, cum huiuſmodi correctio bono animo, & non diabolo inſtigante fiat. Et in hanc ſententiam concurrunt, & vno ore ſentiũt omnes Summiſtæ, prout eſt *Syluest.in ver.excommunicatio 6.nu.6.ver.vndecimo, Nauar. in manual.cap.27. num.82.* modo tamen correctio non fiat odio, malitia, vel ira, & percusſio ſit moderata, *vt eſt text.in l.Item quæritur, §.Itẽ Iulianus,ff.loca.* ſaltim iuxta ſuum propoſitum, & modo caſtigatus non habeat ordinem ſacrum, & ita etiã dicit, & alios refert *Sayr. in theſau. caſ. conſc. lib.3.cap.27.num.11. vſque ad 16.ver. ſextus eſt.*

Sed poteſt obijci ex depoſitione d.Clerici Nardi Antonij, qui dicit (furioſamente) vnde ira poteſt præſumi, quo caſu incideret Cantor per ea que dicit *Nauarr. ibid.* cui obiectioni reſpondetur, quod omnes illi in Iure ex-
2 preſſi, quibus permictitur correctio † clericorum etiam ſi animo iracundo verberant, & de correctione actu non cogitent, excuſantur. Non enim poſſunt dici ex ira corrigere clericos, cum dolus non adſit, nec per conſequens violentia; ſufficit .n. quod correctionẽ habeant in habitu, ita dicit (quem de verbo ad verbum tranſcribo) *Plouius in tract. de excomm. nu. 22.* quem videtur ſequi *Syluest.ibid.* ratio eſt, quia ad hoc vt aliquis incidat in excommunicationem opus eſt cum manus iniectione
3 diaboli † inſtigatione .ſ. dolo, ira, aut animo vindicandi, prout cantat *d. cap. ſi quis ſuadente*, ac etiam ſentit *Plouius ibid.num.21.verſ.quadrageſimus ſextus & Abb.in d.cap.cum voluntate n.2.* tan-
4 to magis, quanto † ita pro malo propoſito debet intelligi, prout ſic intelligitur *Pſal.Dauid.4.in verſ.Iraſcimini, & nolite peccare,& ibi Valent.* & cum malum propoſitum hic non fuit, ergo, &c. Et alia ratio quare illi, quibus eſt permiſſa correctio, vt ſupra eſt dictum, non incidant, eſt vt dicunt DD. quia in hoc non poteſt notari violentia, ita dicit *Abb.in d.cap.ex tenore n.4.*

Sed opponitur, quod etiam huiuſmodi manus dicuntur violentæ, quia inferuntur nolenti, & reluctanti, ita dicit *Io.Andr.in d.cap. ex tenore, & refert Ancharan.ibid.*

Cui oppoſitioni reſpondetur, quod dicta per Io. Andream tendunt ad inueſtigãdam rationem dictorum ſacrorum Canonum, ob quam fuerunt conditi, & quoniam in illis non perſpicuè dicitur, proinde allegat aliam rationẽ aduerſus rationem aliorum Doctorum vnde non ideo detrahitur, & opponitur dictis Sacris Canonibus, quorum ſi ratio vera aliquando non redditur,
5 non eſt mirum, cum non † omnium quæ à patribus noſtris ſtatuta ſunt, ratio reddi poteſt *l.nõ omnium C. de legib.*

Cæterum Doctores, quibus aduerſatur *Io.Andr.* melius potuerunt conſiderare violentiam, quæ cõſtat ex duo-
6 bus .ſ. ex actu agentis, † qui dicitur, vis, & ex effectu conſumato in patiente, vt perbellè diſtinguendo dicit *Paul. de Caſtr. conſil.27.nu.1.* & quoniam ex actu agentis non fuit conſiderata vis, .ſ. dolus, & diaboli inſtigatio, ſed amor, & charitas corripientis, ideo violentas manus non dixere.

Non ita *Io.Andr.* qui potuit tantum conſiderare effectum conſumatum, prout ſonat verba nolenti, & reluctanti, vnde violentia verè dici non poteſt, cum careat altera qualitate ex parte agentis, & quis ignorat correctionem
7 † ſemper fieri nolenti, & reluctanti? nemo quidem, ſed ait *tex.in cap.para-*

tus

tur 23. q. 1. agenda sunt autem multa etiam cum inuitis, quadam benigna asperitate plectendis, quoniam potius vtilitati consulendum est, quam volũtati, quia displicet correctio, vt *in cap. displicet 23. q. 4.* & dicit *Salic. in l. 1. C. de emend. propinq.* quod tendit in odiũ corripientis hodie correctio.

Restat ergo dicendum, quod Cantor non incidit, postquam constat animo corrigendi percussisse in actu seruitutis dictum Clericum, & in processu non constat dolo fecisse, etiam ex ali-
8 quibus indicijs, quibus dolus † perpenditur, vt dicit *Bart. in l. in ciuile n. 2. C. de fur.* & quilibet præsumitur alienus à dolo, & culpa, *l. dolum, C. de dol.* & quoties ex aliquo actu possunt capi duo intellectus, & secundum vnum incideretur in delictum, & secundum
9 alium, non, capiẽdus † est intellectus, per quem non præsumitur delinquere, *Marsil. in rubr. de fideiussor. nu. 9. Alex. cons. 15. col. 2. vol. 3. Mascard. de probat. conclus. 1005. nu. 15. vol. 2.*

Iterum autem potest opponi, & dici prędictum Cantorem malum habuisse animum contra Clericum correptum, ex quo post aliquos dies ostendit animum suum malum contra illum, cum impulsit quendam Commissarium ad capiendam informationem de nego-
10 tiatione illicita, & animus qualis † fuit in præcedentibus, probatur ex postea gestis, *argum. §. Pauonum instit. de rer. diuis. cum alijs allegatis per Mascar. concl. 95. num. 7. vol. 1.* ergo dictus Cantor incidit.

Quibus tamen respondetur, quod vltra prædicta asseruntur citra veritatẽ, tandem si vera essent malus animus prædictus non potest trahi ad actum correctionis, ex quo dictus Cãtor habebat nouam causam contra dictum Clericum, qui animosè satis testimonium perhibuit contra Cantorem de violẽta in eum manus iniectione, & est veritas, quod ex testimonio prolato contra aliquem in causa criminali ori-
11 tur inimicitia † capitalis, *ad text. in c. cum P. & ibi Abb. de accusat. Farinac. de test. lib. q. 53. nu. 47.* & quanquam inferius procedat distinguendo, tamẽ in omnem euentum talis testis in alia causa non est omni exceptione maior, vt dicit *nu. 50.* & hoc est arguendum ex odio, quod naturaliter contrahitur ex primeua depositione. Vnde cum d. Cantor ex noua causa potuit (vt est humana fragilitas) odio prosequi Clericum, proinde non est odiri subsequens trahendum ad actum correctionis legitimè antecedentem.

Ex quibus clarissimè constat, dictũ Cantorem non incurrisse excommunicationem, & per consequens irregularitatem, quæ incurritur per excommunicatum maiori exercẽtem diuina officia, & solemniter actum ordinis Sacri, vt colligitur *ex c. 1. de sent. excom. in 6. & ex c. 1. de sent. & re iud. in 6.* & refert *Sayr. in thes. cas. consc. lib. 7. c. 9. nu. 1.*

Et non solum ad incurrendam hu-
12 iusmodi † irregularitatem requiritur excommunicatio maior precedens incursa, sed vt sciat vincibiliter quis se esse excommunicatum, nam si ignoret probabiliter, seu inuincibiliter, celebrans excusatur à peccato, & ab irregularitate, ratio est, quia huiusmodi irregularitas non incurritur, nisi quando in contemptum censuræ celebratur; quæ omnia intelligenda sunt de ignorantia, seu credulitate probabili, & inuincibili, vt dictum est, secus si quis sibi blandiẽs potius, leui, & vana ratione moueretur ad celebrãdũ, *Nauar. in manual. c. 27. nu. 138. §. trigesima quinta ver. tertia, & nu. 141. §. quadragesima, ver. quarta, & refert Sayr. ibid. lib. 7. c. 9. nu. 26, & lib. 8. c. 18. nu. 35. & 36,* Ita quod datur casus, vt quis excommunicatus, & celebrans non irregularis, vt in casu prædicto; sed in casu nostro à fortiori, cum dictus Cantor penitus nõ incursit excommunicationem, percutiendo d. Clericum, ex causa correctionis, quæ legitimè fieri potuit: Et sic iudicandum, censeo, &c. saluo sẽper, &c.

Horatius Persius I. C.

Ho-

Hodie 6. mensis Februarij 1612. ac festo S.Dorotheæ Virginis,& Martyris, meç protectricis, fuit determinatum secundum allegata per V.I.D. (verè doctũ) Abb.Lucam Antonium Iacutium conciuem, & Vicarium Generalem Dom. Archiepiscopi de Spilla. Ab huiusmodi irregularite, & in casibus similibus, liberare feci etiam tempore Archiepiscopi Spillæ D. Io. Berardinum de Querquis Archipresbyterũ terrç Griptolarum; & tẽpore Archiepiscopi Antenori D.Io.Camillum Russum Archipresbyterum terræ Pomarici, & Paradoxum visum fuit, ex quo quasi omnes reperi tenere pro absoluto, excõmunicatum celebrantem fieri indistinctè irregularem.

CONSILIVM X.

Pro quibusdam Inquisitis de sortilegio venefico.

ARGVMENTVM.

Sortilegiorum species plures, de quibus alia hæreticalia sunt, alia minimè, & per medicos naturalibus medelis non curantur, & quibus pænis sortilegi, & venefici puniantur,& à quo Iudice.

Tortura quibus in casibus inferatur in foro Ecclesiastico,& an appellatio à Cõminata retardet executionem, & quãdo.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegiorum plures esse species.*

2 *Sortilegium veneficum, seù maleficum, & eius effectus.*

3 *Sortilegia non hæreticalia, & eorum pæna.*

4 *Corpus delicti præconstare debet ad finẽ formandi specialem inquisitionem.*

5 *Maleficia, & sortilegia communiter per Medicos non tolluntur, sed per magos, & Incantatores, præter exorcistas Ecclesiasticos, qui debent esse potissimi.*

6 *Corpus delicti, de quo post factum non remanent vestigia, per famam probatur.*

7 *Principalis offensus non est idoneus ad testimonium.*

8 *Inimicus non solum verus, sed etiam præsumptus non est integer testis, etiam in criminibus exceptis, & n.9.*

10 *Inimici sunt etiam consanguinei, & affines inimici.*

11 *Pater non est idoneus testis pro filio, quod ampliatur in matre, & in fratre etiam ad fisci instantiam examinatis.*

12 *Testis, qui præsumitur habere affectionem repellitur etiam in criminalibus exceptis.*

13 *Testes inhabiles vbi admictuntur non sunt omni exceptione maiores, sed si plures patiuntur defectus nihil probant etiam examinati.*

14 *Mendacium non consistens in substantialibus delicti, non nocet.*

15 *Dolus abesse præsumitur.*

16 *Sortilegi non hæreticales pro prima vice excommunicantur, & ab Ecclesia remouentur.*

17 *Tortura non infertur nisi vbi agitur de pæna corporali.*

18 *Appellatio à decreto Torturæ etiam ad finem habendi responsionem affirmatiuã, vel negatiuam impedit executionem, non obstante quacunque cautela Iudicis, quod secus esset quando appellatio videretur calumniosa manifestè, non tamen dubia.*

19 *Iudex Ecclesiasticus in delictis communis fori contra laicos non potest procedere ad carcerationem, & alias pænas corporales, sed per censuras, vbi non habeat facultatem legitimè præscriptam.*

Dirigat Dominus verba mea.

PRæsupponitur in facto, quod de mense Augusti proximè præteriti 1611. fit contractum matrimonium per verba de futuro inter Dimam Crepezza Terrç Palatij natione Epirotam,& Palmam de Incarnato Terræ Gensani,& à die prædicti matrimonij cæpit odio habere dicta Palma sponsum, ita quod nec ipsum,nec alium eiusdem Terræ respicere poterat, nec audire. Vnde fere-

batur hoc esse maleficium. Stantibus his, præsupponitur etiam, quod de mense Nouembris sequentis accessissent ad dictam terram Gensani, & ad domum Angelæ de Bucino matris dictæ Palmæ Nardus de Stigliano terræ Vallij, & Iacobus de S. Angelo sororius dicti Dimæ, & quod ambo Iacobus .s. & Nardus se ipsos obtulerunt curare de maleficio dictam Palmam, quæ cum moram traheret in domo Lauræ eius materteræ, & accersita retinens erat ad præsentiam d. Iacobi accedere, asserens ab ipso fuisse maleficiatam, & ideo lacrimabatur, & demũ ducta à matre, atque matertera, venit lacrymãs. Quamobrem dicti Iacobus, & Nardus post multa dixerunt matri, vt cum linteolo tergeret sudorẽ à fronte, lacrimas ab oculis, ac striam à nasu, & dictum linteolum ipsis daret, siquidem hoc modo illam curare volebant.

Hoc ergo peracto, prædicti Nardus, & Iacobus egressi sunt è domo, & in egressu d. Iacobus reliquit eundo quodam linteolum denigratum, quod captum à Iulia sorore d. Palmæ, ibi clausa fuerunt inuenta nonnulla cera .s. carta, capilli, carbones, cinis, lapides &c. & cum die sequenti dicta Palma fuerit inuenta iacens in lecto, vbi malè torquebatur, quasi orbata, & cum neruorum attractione, fuit præsumptum maleficium. Proinde, cum hæc fuissent denunciata Dom. Archiepisc. fuit capta informatio, in qua per depositionem d. Palmæ principalis, Angelæ matris, & Iuliæ sororis, constat accessus dictorũ Iacobi, & Nardi, receptio sudarioli, similiter recessus, cum casu linteoli illarum rerum pleni, carcerati per Curiam Archiepiscopalem, & constituti dicti Iacobus, & Nardus, affirmant ad præces d. Dimæ sponsi d. Palmæ, accessisse ad terram Gensani, & ad illius domum ad se ipsos informandum de valetudine sponsæ, ad finem, vt si maleficata fuisset d. Dima in terra Maschiti habebat quandam mulierem, quæ se obtulerat maleficium curare, & etiam deponunt de linteolo capto cum sudore, lacrymis, & stria, ad finem illud portãdi d. Dimæ, vt faceret cognoscere à d. muliere si esset sponsa maleficata &c. sed negant sudariolum alterum dictarũ diuersarum rerum plenum.

Facto sic stante, ac viso processu, videtur dicendum, quod dicti inquisiti debent absolui, & liberari ex eisdem actis, cum sint innocentes à crimine imposito, & nihil legitimè constat aduersus eos.

Sed pro clariori materiæ declaratione præmictendũ arbitror nonnulla, &

Primo multas, ac diuersas esse spe-
1 cies sortilegiorum † Diuinatiua .s. Amatoria, & venefica, prout dicit *Paul. Grilland. de Sortileg. q. 2. n. 1. & seqq.* quę qualia sint ibi declarantur. Sed sortilegium, de quo in præsentiarum tracta-
2 tur, esset veneficum † quod etiam maleficũ appellatur, quia cęteris alijs perniciosius reputatur, per quod diuersę fabricantur infirmitates, morbi, & calamitates in humanis, & brutorum corporibus, & mors quandoque succedit citius, vel tardius, secundum venenorum atrocitatem, vel leuitatem & fit propter odium, vel indignationẽ, & vt plurimum ad vindictam, vel vltionem alicuius iniurię, vt *Grilland. ibid. q. 3. n. 21. circa medium.*

Secundo pręmicto, quod sortilegiorum quędam sapiunt manifestam hęresim, quędam vero non; & sortilegia
3 † hęreticalia non dicuntur illa, in quibus Demon inuocatur ad faciendum, seu ad cognoscendum ea quæ ipse facere, & cognoscere potest diuina virtute non reprimente, prout in specie est naturalium, & superiorum rerum virtutes cognoscere, ex quibus medicamẽta mirabilia ad sanandum, & atrocia veneficia ad causandum, diuersę infirmitates confici possunt, & alia similia, vt dicit *Farinac. de delict. & pœn. quest. 20. num. 80.*

Tertio pręmicto, quod de Iure Canonico in foro contentioso laicus conficiens sortilegia non hęreticalia pro

prima

prima vice excommunicatur, & ab Ecclesia remouetur *c. si quis Episcopus, & c. aliquãti 26. q. 5.* & si monitus in eisdẽ sortilegijs perseuerauerit, & tunc si est vilis persona fustigatur, vel mitra dehonestatur, si verò sit persona honestior, vel relegatur, vel carceri perpetuo mãcipatur *c. contra idolorum 26. qu. 5. Farinac. ead. q. nu. 93.* Quod non sequitur si mors maleficiati sit sequuta, siquidẽ pœna *legis Corneliæ de Sicarijs* esset puniendus *Farin. ibid. n. 102.*

His verò præmissis ad merita causæ declinatur, at Primo principaliter, hic non constat de corpore delicti scelere
4 perpetrati † ad finem vt possit procedi ad inquisitionem formandam, vt est *tex.* ab omnibus exclamatus *in l. 1. §. item illud, ff. ad Syllania. Farinac. de inquisitio. q. 2. nu. 1.* vbi ab huiusmodi cõmuni, & practicata opinione nemo discrepat, & non solum non constat liquidè, & per plenas probationes, vt *Farinac. ibid. n. 6.* sed nec per coniecturas validas, & à Iure approbatas, quando essemus in delictis occultis, & difficilis probationis, vt *Farinac. ibidem num. 12.*

Et quod sit verum delictum in genere non liquere, apparet ex processu, vbi non videtur constare præoculis Iudicis, nisi de quadam infirmitate in oculis, ac neruorum attractione, quæ omnia possunt naturaliter accidere, vt accidunt quotidiè, sine maleficio, & ex adhibitione medicorum, sani efficiuntur ægroti, sed quoniam hic non fuerunt Medici adhibiti, quid mirum si dicta Palma infirma in lecto iacebat? Sed si opus Medicorum fuisset adhibitum, & non sufficeret, tunc, & eo casu posset certo modo incipere coniectura
5 maleficij. Ratio est, quia maleficia † & ægritudines huiusmodi arte Dæmonis inducta, non possunt communiter tolli per Medicos naturalis medicinæ peritos, sed solùm per sacros exorcistas diuina fauente gratia, & mediantibus orationibus, & coniurationibus Sanctæ Matris Ecclesię, & per Magos, & Incantatores, qui sub eadem professione morantur, & qui maleficia ipsa facere solẽt, vt habetur per *S. Tho. 2. 2. q. 95. art. 6. & l. eorum C. de Malef.* refert *Grilland. ibid. q. 2. num. 3.* Nec etiam de odio quod d. Palma habuisset in virum aliquid legitimè constat, postquam cũ hic essemus in delicto, de quo post factum nulla remanerent vestigia, esset
6 per famam † probandum delictum, vt sentit *Farinac. ead. q. 2. num. 27.* Nec equidem apparent in processu indicia de odio nominis sponsi. Imò oppositum, postquam tam d. Palma, quàm eius mater, & soror nominant sæpius sponsum, & indicium non apparet odij prædicti, quo casu hoc delictum in genere aliquo modo probari potuisset, vt sumitur ex *Farinac. ibid. n. 6.* loquente de delictis vbi ex post facto non remanẽt vestigia. Nec valet dicere quod probatur per depositiones matris, & sororis d. Palmæ, nã ipsæ à testimonio sunt repellendæ, vt inferius ex multis exceptionibus, & præsertim quod ad hoc penitus non admictuntur postquã vt dicit Iulia soror, sciebant, & vicini, à quibus d. soror dicit audiuisse dictam Palmam esse maleficatam, & nulla lex permictit, testes inhabiles admicti vbi habiles reperiuntur, vt infra.

Secundo principaliter est dicendum quod d. depositiones nihil prorsus cõtra inquisitos faciunt, cum patiantur multas, diuersasque exceptiones legitimas, & primo depositio Palmæ tanquam principalis offensæ non obstat, quoniam cum sit principalis non dici-
7 tur idonea † ad testimonium *l. omnibus, C. de testib.* Imò si diceretur testis, adhuc minimè officit, nam ista maleficiata dicitur inimica maleficiantis, prout à simili vulnerata, vulnerantis *c. cum P. Manconella, & ibi Francis. de*
8 *Areti. & alij ext. de accus.* & inimicus † non est integer testis, vt ibi habetur & per *Hippol. in l. 1. §. præterea col. fin. ff. de quæst. Niger cap. Reg. Frequens. num. 77. circa medium de testim. publicor. disrob.*

Secundo dicta Palma tenet assertũ

F 2 ma-

maleficium fuisse sibi factum à Calia vxore d. Iacobi inquisiti, & Angela mater deponit d. Palmam nolle accedere ad præsentiam d. Iacobi, ex quo iste maleficium sibi fecit, quod maleficium sit per odium, vel iniuriam passam, vt est dictum in primo præmisso, & ex his quis dubius est maximam non esse inimicitiam contractam inter d. Palmam, & Iacobum à principio suæ infirmitatis? nemo quidem recti Iudicij, & proinde ex dictis Iuribus eius assertio nihil
9 obstat, cum testis † inimicus repellatur etiam in criminibus exceptis, vt dicit *Farinac. de testib. q.* 53. *n.* 5. *& 6.* quæ etiam habent locum in inimico præsũpto, non solum vero, vt in casu nostro *Farinac. ibid. n.* 24.

Tertio repelli debent à testimonio Angela mater, & Iulia soror, ex regula quod à testimonio nõ solum inimicus,
10 sed etiam † consanguineus inimici (maximè si sit intra tertium gradum de Iure ciuili, vt in casu nostro) nam, & quoque dicitur inimicus *l. Athleta, §. dat remissionem*, & ibi hoc notat *Bald. & comm. DD. ff. de suspect. tutori. Farin. ibid. n.* 33. & testis consanguineus, vel affinis non solum non est integer, sed non est admictendus, nec ad instantiã accusatoris, nec fisci contra accusatũ, vel inquisitum, & ita expressè loquitur *tex. in c. absens il secondo* 3. *q.* 9. *Farinac. de testib. q.* 54. *n.* 5. & expressè, quod pa-
11 ter non sit idoneus † pro filio, est *tex. in l. testis idoneus ff. de testib.* quod ampliatur in matre, & forte fortius, quia mulieres sunt faciliores ad amandum, ac ad peierandum, vt dicit *Farin. ead. q. n.* 146. & deniquè expressè quod fratres nunquam admictuntur ad testificandum pro fratribus etiam in casu à Iure permisso, & excepto quando insimul cohabitãt, cum concurrat duplex defectus, affectionis .s. & domesticitatis, vt *Farin. ibid. n.* 139. & quoniam d. soror insimul cum d. Palma habitant, ergo, &c. quod fortius est inducendum in matre, vt supra est dictum, ratione cohabitationis, & maioris affectionis,

Nec valeret obiectio si fuisset dictũ, quod hic agitur ad fisci vtilitatem, & publicam vindictam, & quod proindè essent admictendi coniuncti, prout loquitur in coniuge de morte viri *Farin. ibid. q.* 54. *n.* 129. nam inferius *nu.* 130. dicit quod esset deridendus fisci aduocatus, quod vellet insistere, quod vxor pro vulnere, seù iniuria illata à viro, admicteretur ad testificandum, ratione vtilitatis fisci, & publicæ vindictæ. Nã vindicta publica redundat in satisfactionem vindictæ priuatæ, & sic non potest negari, quin etiam coniux isto casu habeat interesse, seù saltim affectionem, & ista est veritas, & inducuntur supradicta Iura ad repellendum testimonium d. Dimæ, qui cum sit sponsus non admictitur pro sua sponsa, rationibus prædictis, pro quibus videtur testimonium prædictarum matris, & filiæ, non debere aliquo modo admicti, & hoc non solum pro coniunctione,
12 sed pro affectione † etiam præsumpta, vt *Farinac. ibid. q.* 60. *nu.* 16. *&* 17. quæ sola affectio repellit testem nõ solum in criminalibus simpliciter, sed etiam in criminalibus exceptis, puta hæresis læsæ Maestatis &c. *Farin. ibid. n.* 29. *&* 30.

Verum potest responderi ex parte fisci, quod prædicta non haberẽt locũ, vbi aliàs veritas haberi non possit, siquidem isto casu testes inhabiles, & nõ admictendi, admicti debent, *tex. in l. consensu §. super plagij C. de repud. cum similibus Farin. de testib q.* 62. *nu.* 50. & quoniam negotium, de quò tractatur fuit in domo in qua actu, & habitu non poterant esse alij testes ergo, &c.

Cui obiectioni respondetur multipliciter, &

Primo dicta regula intelligitur quãdo actu, & habitu alij testes nõ potuerunt adesse, *vt Farinac. ibid. n.* 62. *&* 65. sed quoniam hic habitu poterant esse alij, prout & etiam actu fuit præsens Laura matertera d. Palmæ, nec non, & Iosephus de Bucino auunculus eiusdẽ, vt ex processu constat, qui non fue-

runt

runt examinati,ergo &c.

13 Secundo teſtes inhabiles † non ſunt omni exceptione maiores in caſu, quo aliàs haberi non poteſt, vt dicit *Farin ibid.n.73.* & inferius *n.78.* diſtinguendo dicit, quod teſtes inhabiles in caſu, quo aliàs veritas haberi non poteſt, & actu, & habitu, alij teſtes non potuerunt interuenire, vbi ſufficerent ad condemnandum, ſufficerent ad torquendum, & qui ſufficerent ad torquẽdum, non niſi ad inquirendum ſufficerent.

Tertio, quando inhabilitas teſtium peruenit ex pluribus defectibus, tunc teſtis non admictitur, nec admiſſus aliquid probat, etiam in caſu, quo aliàs veritas haberi nõ poteſt, vt *ibid. Farin. n.*80. & quoniam teſtes prædicti plures patiuntur exceptiones, & defectus, cõſanguinitatis, inimicitiæ, affectionis, & domeſticitatis, ergo, &c. & per hæc ſit ſecuris impoſita ad radicẽ totius proceſſus.

Quarto, principaliter, & illatiuè, ex prædictis dicitur, quod dicti teſtes ita inhabiles, aliquod non faciunt indiciũ ad torturam (quando caſus eſſet talis, vt non eſt) contra inquiſitos, ex quo denegari non poteſt, quod hic nõ tractatur prædictos teſtes fuiſſe præſentes maleficio .ſ. incantationi, vel inuocationi Dæmonum, & in ſumma fabricationi d.maleficij, ſed de quadam remotiſſima preſumptione ob illos carbones ceram, lapides, &c. quod eſt vanum, & aereum quodam adminiculum præſumpti maleficij, de cuius corpore non conſtat, vt eſt principio dictum, nec quod dicti carbones, &c. ſint inſtrumẽta maleficialia, vnde indicium (ſi tale nomen meretur) eſt remotiſſimum, ad quod probandum eſt iam expeditum, quod debent eſſe teſtes omni exceptione maiores, etiam in delictis exceptis, & atrociſſimis, quod ſic non eſſet ad principale crimen probandum, vt diffuſius *Farinac.de indic. & tortur. q. 38.nu.*18.28. & 32. ſed quoniam dicti teſtes non ſolum non ſunt omni exceptione maiores, ſed patiuntur tot, tantoſque defectus, ergo &c.

Quinto principaliter, non obſtat, quod d.Iacobus diſcordet à d.Nardo, & à dictis teſtibus, dum ipſe Iacobus dicit reperiſſe dictam Palmam in lecto iacentem ægrotam, & Nardus cum alijs teſtibus, quod erat in domo materteræ, vnde venit deinde ad propriã. Nam vltra quod teſtes ſunt de Iure reprobati in perſonis ex tot exceptionibus, non propterea eſſet mendacium,
14 quod conſiſteret † circa qualitatem, & circumſtantias ſubſtantiales delicti ipſius, hoc eſt pertinentes, & inferentes delictum, quo caſu non nocet, vt dicit *Farin.de indic.& tortur.q.*52.*n.*11

Sexto principaliter, nõ obſtat, quod ambo Iacobus, .ſ. & Nardus accepiſſent ſudariolum, pro illo aſportando ſponſo dictæ Palmæ, ad finem vt mulier, ſeù vetula inuenta per d. ſponſum, cognoſceret ſi erat maleficium, ſicut d. Nardus audiuiſſe dicit poſſe cognoſci. Nam hoc non eſt de prohibitis ſciri, ſicut & nos etiam qui aliquando legimus opuſcula .ſ.de ſortileg. Pauli Grilland.de arte exorciſt. Frat. Hieronymi Menghi, de Strigi magis Sylueſt. Pierij diſquiſitionum magicarũ, Martini del Rio, & aliorum, à quibus multa ſumuntur ſcitu digna, quæ tamen non ſunt ad perpetrari faciendum maleficium ſufficientia, ſic & Nardus dixit, ſicut audiuit ſimpliciter, & ſine dolo, quod
15 † abeſſe præſumitur *l.dolum, C. de dol.* & eo maximè quo nihil conſtat de effectu prædicti ſudarioli petiti ſic ignoranter, & de mandato ſponſi.

Septimo principaliter tam ex dictis rationibus, quàm infra dicendis, non poterunt d.Iacobus, & Nardus citari ad diſcutiendum ſuper indicijs, & ad dicendum cauſam quare non debeant ſubijci quæſtionibus, & tormentis.

Nam primo ſortilegi non hæreticales (prout eſſent dicti, quando verè tales eſſent, vt non ſunt) pro prima vi-
16 ce excommunicatur, † & ab Eccleſia remouẽtur, vt eſt dictum in tertio præmiſſo

misso, & probatur in *c.si quis Episcopus & c.aliquanti 26.q.5.*& si moniti perseuerauerint, alijs pænis affligantur, vt dicit *Farin.de delict.& pæn.q.*20.*n.* 93.
17 & quoniam tortura † non infertur, nisi vbi agitur de pæna corporali, vt est *tex.in l.edictum,& ibi DD.communiter, ff.de quæstion.* & hæc conclusio non solum est communis, sed etiam ab ea nemo discrepat, vt dicunt *DD.* relati per *Farin.de indic.& tortur.q.*42.*nu.*3. qui allegat *Clar. in pract. crim. qu.* 64. *vers. Præterea debet Iudex*, & quoniam hic si delictum esset verum (prout nõ est) non tractaretur nisi de pæna excõmunicationis, pro qua tortura non reperitur posse inferri, ergo tortura locũ non habet.

Secundo dicti Iacobus, & Nardus appellauerunt à comminata tortura ad sanctam Sedem formiter &c.ad quã appellationem omninò debent admitti, postquam est clarum in Iure & in praxi, non solum à decreto de torquendo posse appellari; per quam appellationem sunt ligatæ manus Iu-
18 dicis † statim, vt dicit *Farinac. de indic. & tortur.q.*38.*nu.*10.sed etiam à comminata tortura, vt *nu.* 15. quæ ampliantur etiam quando aliquis vellet torqueri ad finem habendi responsionem affirmatiuam, vel negatiuam, vt *Farin.ibid,nu.*12.& dicit etiam *Prosper de Augustino addict.ad Quaran. in summa Bullar.rub. Archiepiscopi authoritas, sub n.*20.*vers.in quibus casibus*, & ita quotidie practicatur,& seruari testatur *Clar.ibid.vers.sed quid agendum nu.* 16. *Carau.super rit.*259.*n.* 14. quæ non solum de Iure ciuili procedunt,sed multo magis de Iure Canonico, vt *Farinac. ibid.num.*16. ac etiam omnia videntur confirmata *à S.C.T.sess.*24.*de refor.cap.* 20. vbi habetur, quod appellationes possunt interponi à sententia diffinitiua, à sapienti diffinitiuam,& cuius grauamẽ per diffinitiuã reparari nequeat, & quoniam tortura est damnum irreparabile, quod per diffinitiuam reparari nequit, cum fuerit illata, vt patet ad sensum, & dicit *Hippol.de Marsil. in l.*1.*col.*8.*n.*19.*ff.de quæstion.& Farinac. d.q.*38.*n.*12.*ergo &c.*

Nec valeret practica, qua Iudices aliqui parum timentes Deum vtuntur, ad euitandũ appellationẽ,& ad effectũ nè sint ligatæ eorum manus ante inhibitionem, cum interponunt decretum de torquendo non palàm, vt *Farinac. d.q.*38.*n.*21.nam inferius *nu.* 22.ipsius iudicio dicta cautela est inanis, postquam reus quamprimum videt sibi cõminari torturam,ne dum quando videt se duci ad locum illius, & ibidem ligari, & spoliari, potest per hos actus apparentes appellare, & sine dubio sunt ligatæ manus Iudicis,qui malè agit cũ aduersis cautelis omni Iure, & ratione carentibus,tollere reis appellationẽ à tortura, vt benè considerauit *Arnon. singul.*39.

Et eo maximè huiusmodi appellatio est admittenda, quo non sit euidenter calumniosa,& friuola,sed penitus iusta, & quatenus esset dubia,siuè Iuris, siuè facti, ad huc admitti debet, vt *Innoc. in c.Pastoralis sub n.* 3.*vers.ad hoc, & ibi Bal.n.*3.*ext.de off.deleg.Farinac. ead. quæst.*38.*n.*31.

Quæ omnia tantò magis habent locum, quanto hic non tractatur de sortilegio hæreticali, vt est dictũ superius, & huiusmodi delictum (quando esset tale) est communis fori .s. Ecclesiastici, & sæcularis, vt dicit *Clar.in §.hæresis, vers.successiuè quæro n.*23.*vt tenuit Abb. in c.*1.*n.*3.*&* 4.*de sortileg.*quem sequũtur communiter DD.vt *Clar. ibid.* Vn-
19 de infertur, quod Episcopus † in criminibus communis fori, in quibus potest procedere contra laicos, non potest illos personaliter capi,aut carcerari facere, aut punire; sed tantummodo potest contra eos procedere per censuras, ita dicit *Clar.q.*37.*nu.* 8. *Couarr. pract qq.cap.*16.*nu.* 2. & est communis opinio,& faciunt eaquę dicit *Farinac. de delict.& pæn.q.*20.*nu.*93. 94. *&* 98. *circa medium.*Et eò magis quo Archiepiscopus non posset probare hanc facul-

cultatẽ eſſe legitimè pſcriptã.ſ.vt poſſit in ſimilibus laicos capere, & carcerari facere *Clar. ibid.* Quamobrẽ ex omnibus prædictis concluditur, aut dictos inquiſitos debere omninò licẽtiari impunitos, aut quatenus Dominus Iudex eſſet in voto torquendi, admictere illos ad appellationẽ interpoſitã à comminata &c. & ita iudicandũ teneo, &c. ſaluo ſemper &c.

Horatius Perſius I.C.

Die mẽſis Februarij 1612. dictus Nardus fuit abſolutus, & d. Iacobus ita parum tortus, vt nomen torturæ nõ meruit, & fuit potius territio, quam tortura, & fuit ſimiliter licentiatus per V.I.D. Abb. Lucam Antonium Iacutiũ Conciuem, & Vicarium Generalem Domini Archiepiſcopi de Spilla. De menſe Maij eiuſdem anni, cum ego ab vrbe regreſſum facerẽ, & apud Venuſium in locis ſuſpectis ab incurſu latronum fuiſſem cum alijs comitibus, & itinerantibus; iſte Iacobus moram trahens armatus (ignoro ſi ſolus) intus quaſdam ſegetes, & cognoſcens me pertranſeuntem ad vocem, quia loquebar, poſt medium ferè lapidem exiens ex dictis ſegetibus, interrogauit quendam meum famulum, qui laſſus ex itinere retro incedebat de me, & cum poſitus fuiſſet in tuto quod ego eram, cœpit ſic feſtinanter currere, & nomen meum inuocare, vt omnes de ſodalitate fuimus timore pleni in locis tam ſuſpectis, videntes hominem armatum cum armis de campanea nos proſequi, & nè maiora contingerent, putauimus iter ſiſtere, & cum d. Iacobus anhelãs ex curſu, appropinuqaret, feſtinãs magis, deoſculauit pedem meum. illo tunc fateor, & forſan præ timore, non eum cognoui, ſed paulò poſt cum cognouiſſem, lætatus ſum cum omnibus de ſodalitate, & ille gratias inoumeras mihi egit, ex quo gratis, & ob Dei amorem pro illo patrocinium ſumpſi, & hinc eſt, quod omnibus benefacere, & nemini nocere debemus.

CONSILIVM XI.

Pro D. Marco Aurelio Fanella Cantore maioris Eccleſię Ciuitatis montis Caueoſi, inquiſito de Adulterio cum inceſtu ſpirituali, & de tentatione ad turpia in actu confeſſionis.

ARGVMENTVM

Adulterij crimen contra clericum quomodo probetur, & multa de inhabilitate teſtium.

Et an pænitenti contra confeſſarium credatur ſi ad turpia fuerit tentata in actu confeſſionis?

SVMMMARVM

1 *Iudices procul eſſe debent à partialitate.*

2 *Ex officio Iure canonico in omni crimine procedi poteſt.*

3 *Adulterij crimen à clerico perpetratum eſt cum cautela perquirendum, & puniendum.*

4 *Pluralitas duorum numero contentatur.*

5 *Reus ſeuendus in interpetratione in dubio facienda.*

6 *Adulterium non arguitur, videre ſimpliciter ſolũ cum ſola cum ampliationibus, & limitationibus ad caſum facientibus.*

7 *Fama ex bona tollitur omnis delicti præſumptio.*

8 *Clericus habet præſumptionem pro ſe, ſi fuerit viſus oſculari mulierem.*

9 *Inimicus tam verus, quàm præſumptus non eſt integer teſtis, cum ampliationibus conſanguineorum, & affinium vſque ad quartum gradum excluſiuè de Iure ciuili.*

10 *Fama publica probatur ſi teſtes dixerint (audiuiſſe publicè dici) qui teſtes debere eſſe bene qualificati, & n. 12.*

11 *Meretrix eſt infamis ipſo Iure, & à teſtimonio repellitur.*

12 *Concubinarij clerici repelluntur à teſtimonio tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

13 Te-

13 *Testes deponentes de auditu alieno nihil probant.*

14 *Actus, qui ad delictum, & non delictum tendere potest, ad exclusionem delicti in dubio est præsumendus.*

15 *Penitenti contra confessarium creditur, sed cum declarationibus.*

16 *Testis non interrogatus respondens fit suspectus, & nihil probat.*

17 *Testes de nocte debent reddere causam cognitionis, aliàs est de falso suspectus.*

18 *Dies vbi est de substantia debet apponi.*

19 *Testis infamis infamia facti repellitur à testimonio.*

20 *Testis cuius author repellitur, nihil probat.*

21 *Asserenti mulieri esse carnaliter cognitã, non creditur, nec facit indicium ad torturam, nisi concurrentibus quibusdam qualitatibus, vt infra.*

Dirigat Dominus verba mea.

DE tribus inquiritur D. Marcus Aurelius Fanella Cantor Maioris Ecclesiæ Ciuitatis Montis Caueosi.

Primo de adulterio cum incestu spirituali in personam Hieronimæ Iacobi de Pomarico eius commatris, cum qua genuisse prætenditur vnicam filiolam. Quod probatur ex depositione Dominicę de Gratia, dicẽtis vidisse plùries Cantorem intus domum Hieronimę solum cum illa, quæ cum deinde pregnans esset facta, dictum fuit ex Cãtore fuisse pregnantem, & ita à tota vicinia ferebatur, & valde murmurabatur, & præcisè Cornelia de Mure mater pregnantis sepius de hoc fuit conquesta, Marinus de Bario maritus d. Dominicæ idem, Iulia vxor Viti Moncelli, & Dominica Petri Angeli de Gratia idem. Dianora Contusia de auditu à diuersis, & præsertim à matre pregnantis. Felix de Gratia, & Iulia de Lucretia, de fama publica D. Io. Antonius Oliua de auditu à D. Io. Antonio Antodoro Materæ, & de fama publica idem Antodorus de auditu Materæ à d. D. Io. Antonio Oliua.

Secundo, quod tentasset mulieres in actu confessionis, illis turpia quærẽdo, ac turpiter illas tangendo; Ad quod deponit Hieronyma de Vito lo Cantore, præter interrogata (iam est lapsũ biennium) dictum Cantorem (facta ipsi penitenti absolutione) tetigisse vbera. Dominica de Gratia deponit, quod de anno præterito, & propriè in hebdomada magna d. Cantor in actu confessionis quæsiuit velle secum turpiter agere. D. Io. Antonius Oliua deponit audiuisse à Rosa de Eramo, quod Cantor in Ecclesia matrici intus cappellam SS. Sacramenti tetigit sibi vbera, ac erga sè traxit eam osculãdi causa.

Tertio, De adulterio in personã Lucretiæ de Pompeo, cum qua etiam filiolam genuisset, ad quod probandum deponit Robertus Conticellus, annis elapsis, & sunt ferè quindecim de hieme, ad multam noctem, vidit quendã hominem egredientem è domo d. Lucretiæ, & cognouit fuisse Cantorem, quem etiam vidit propriam vicinam domum ingredi, & interrogatus d. testis de causa scientiæ, rationem dat luminis lunæ, & similiter die sequẽti deponit audiuisse à d. Lucretia cognitam fuisse carnaliter à Cantore, imo, & cum illo filiolam genuisse, quam in brachijs habebat. Io. Antonius de Leo deponit quod dum annis elapsis orta fuisset filiola d. Lucretiæ insurrexit fama quædam contra Cantorem, sed aliqui affirmabant, aliqui verò negabant, deponit etiam de auditu ab ipsa Lucretia, quæ deprecata fuit eundem, vt intercederet pro filiola apud Cantorem. Cornelia dello Greco, de auditu à Lucretia, & quod exorauit Cantorem pro filiola, quod dixit, quod si dicta Lucretia peperisset intra quodam tẽpus, esset ex eo orta filiola; sed quia secùs accidit, ergo &c.

Et tamen his omnibus non obstantibus, ex probatis etiam ad defensionem dicti Cantoris, est firmiter dicendum illum esse liberandum omninò ab omnibus.

omnibus. Quandoquidem adulterium cum inceſtu ſpirituali in primo capite deſcriptum, nullo modo legitimè probatur ad finem, vt etiam contra Cantorem aliquid mali præſumatur, ex quo totum calumnioſè fuit impoſitum ex verſutia odio habentium.

Primo ad hoc, vt ſeriatim procedatur, eſt animaduertendum informationem contra Cantorem fuiſſe captam à Vicario Foraneo Montis Caueoſi, qui animoſè, atque partialiter proceſſit in illa, ex quo rumor erat Dominũ Archiepiſcopum velle ad Vicariatus munus promouere Cantorem, vt perabundè probatur art. 2. quod quanti ſit ponderis, arbitrio Domini Iudicantis relinquitur, cum partialitas à Iudicibus
1 † procul eſſe debeat, *Foller.pract.crim. par.1.num.4.*

Præterea, non ſic præcipitanter debebat procedere, quando etiam delictum fuiſſet verum, poſtquam etſi de
2 Iure canonico † poteſt ex officio procedi in omni crimine, vt communiter teſtantur *Marian. c.qualiter, & quando*
3 † *il ſecondo de accuſat.* tamen in adulterio ſic indiſtinctè non procedit ſine quærela viri propter periculum mortis vxoris ſi ſciretur à viro, & propter infamiam viri, vt dicit *Diaz. in prax.crim. c.87.* in vltima impreſſione, niſi adulterium eſſet publicum, & notorium, & maritus eſſet perſona vilis, qui illud ſciret, & paruipenderet. Benè verum eſt quod quando prædicta non concurrerent, ac delictum clerici remaneret impunitum, punitur clericus proceſſu camerario, & familiari diſciplina corrigitur, ac etiam relegatur ſine expreſſione cauſæ in ſententia. Sed equidem quando timetur de nece mulieris honeſtæ, nec debet procedi ex officio, etiam camerario proceſſu, & ita practicatur à bonis Iudicibus. Et quoniam adulterium, de quo tractatur non ſolũ non erat publicum, & notorium, ſed vt ita dicam, nec præſumptum, proindè eſt dicendum cum Ariſtotele

Ad pauca reſpiciens facile pronunciat.

Et quod ſit uerum probationes prædictas non ſubſiſtere, dicamus.

Primo principaliter, quod non obſtãt teſtes, quod dicunt vidiſſe Cantorem pluries in domo Hieronymæ, & cum ipſa collocutionem habere, nam
4 hoc verbum (pluriès) ad duas † vices reducitur, vt eſt tritum, & dicit *Aretin. conſil.103.n.2. & de comm.opin.teſtatur Imol.in l.hæredes palam, ff. de teſtam. & refert Maſcard.de prob.concluſ. 749.n.7. vol.2.* eſt nè ergo tanti momenti per duas vices videre Cantorem in domo Hieronymæ ſine quidem alio ſcandalo? & quanquam teſtes huiuſmodi non deponant ſimul, & in eodem tempore vidiſſe, ad finem vt poſſit prætendi per fiſcum, quod ſint ſaltim ſex vices, tamẽ quoniam non deponunt de diuerſis temporibus, non eſt facienda extenſio in odium rei, ex quo in dubio ſemper
5 pro reo † eſt facienda interpetratio, *vulg.l. Arrianus, ff. de action. & obligat. Ozaſ.deciſ.79 n.27.Gram. deciſ.74.n.8.*
6 Inſuper, videre ſimpliciter † ſolum cũ ſola non arguit adulterium, cum in caſu fortiori non arguitur, vt *Crauet. conſ. 205.n.20.& 21. poſt Antonium Roſellũ* reſpondit; Adulterium nõ cenſeri probatum ex eo quod quis ſolus cum ſola in thalamo clauſo repertus ſit, & vix ſoluta habeat femoralia, & mulier recuſet clauſum reſerare hoſtium; & eo maximè hoc procedit quando aliqua ratione defendi poteſt, vel propter teſtiũ inopiam, vel propter affinitatem, vel conſuetudinem regionis, vt dicit *Maſcard.de probation.concluſ.59.n.10.vol.1* & quoniam (dato, & non conceſſo) non ſumus in caſu tam ſtricto, & equidem periculoſo, & prædictus Cantor eſt coniunctus affinitate ſpirituali cum d. Hieronyma, ergo, &c.

Vlteriùs, collocutio viri, & mulieris ſimpliciter non arguit aliquid mali, poſtquam vt ſumitur ex *Maſcard. ibid. concluſ.64.n.11.* debet conncurrere trina monitio prohibitionis, locus ſeiunctus, & ſecluſus, & conſuetudo adulterandi contra inuentum, & quoniam

hic non solum prædicta non concurrũt verum etiam & contraria.s. causa collocutionis legitima, vt d. Hieronyma poterat cum compatre, ac confessario consulere de suis necessitatibus, Domus propria, atque aperta, ac bona conditio, & fama d. Cantoris, qui nunquam de eius moribus scandalum præbuit aliquo quouis modo, vt est probatum per testes grauiores, & seniores Ciuitatis, art. 1. per quam bonam famã
7 procul dubio tollitur præsũptio † delicti, vt per *Bald. in l. fin. ff. de hæredibus instituend.*

Deniq; clerici habent præsumptionem pro sè, siquidem etsi clericus fue-
8 rit visus † mulieres osculari (dico quia Doctores dicunt) præsumitur diuino adductus amore, & causa benedicendi facere *glos. in c. absit 11. q. 3. Angel. de malef in ver. adultera 2. colum. & idem docet Abb. in c. 1. de cler. non residentib.*

Secundo principaliter, dicta Dominica de Gratia est repellenda à testimonio, ex quo est inimica Cantoris, cum reperiatur in præsentiarum, & etiã tempore depositionis inquisita criminaliter, ac carcerata per Curiam suæ ciuitatis ad instãtiam Io. Mariæ Fanellæ fratris d. Cantoris cum quo habitat in communi, & indiuiso pro furto vini prædictorum fratrũ commisso, vt probatur art. 4. cum inimicus non sit † integer testis, *Hippol. in l. 1. §. præterea col. fin. ff. de quæstion.* & non solum inimicus verus non admictitur, sed etiam præsumptus, vt dicit *Farinac. de testib. q. 53. n. 24.* quæ repulsa ampliatur in Marino de Bario marito d. Dominicæ inimicę, in Felice, & Dominica Petri Angeli de Gratia, ac in Iulia vxore Viti Mongelli probatis consanguineis dictę quęrelatæ non vltra tertium gradum de Iure ciuili, vt art. 5. & 6. ex quo non solum inimicus meus, sed cõsanguineus, & affinis inimici mei dicitur quoque inimicus meus *l. athleta §. dat remissionẽ & ibi comm. DD. ff. de suspect. tutori. &* hoc vsque ad quartum gradum exclusiuè de Iure ciuili consanguinitatis, & affinitatis extenditur ex communiori sententia, vt dicit *Farin. de testib. q. 54. n. 19. 23. 50. 57. & q. 59. n. 33. ampliat. 19.* vbi habere locum tam in linea trãsuersali, quàm recta. reprobata *decis. Gram. 34. n. 20.*

Tertiò principaliter non obstat mala fama probata contra Cantorem, nam aliqui testes deponunt audiuisse à pluribus personis, & hoc modo fama non probatur, vt dicit *Mascar. de prob.*
10 *conclus. 749. n. 6.* probatur † equidem si diceretur (audiuisse publicè dici) ex opinione *Bal. in l. hæredes palam ff. de testib.* & est opinio communiter in praxi recepta, *Mascar. ibid. n. 4. & sic decisum testatur Caputaquen. decis. 7. par. 2* & quanquam Felix de Gratia, Iulia de Lucretia, & D. Io. Antonius Oliua deponant audiuisse publicè, adhuc non obstant, postquam testes deponentes super fama debent esse bene morati, & bonæ famæ, non autem mulierculę, & homines viles, vt dicit *Hippol. in l. de minore §. plurimum nu. 108. de quæstion. & Mascar ibid. n. 37.* & quoniam dicta Fęlix vltra quod est inimica, est muliercula, & in minori ætate constituta, & d. Iulia est probata meretrix. art. 9. quæ
11 est infamis † ipso Iure, & à testimonio repellitur *l. 3. §. lege Iulia, ff. de testib. Farinac. eod. tit. q. 56. nu. 359.* D. Io. Antonius Oliua est probatus inimicus ex pluribus vrgentibus causis art. 8. & repellitur, vt per dicta superius. Insuper est concubinarius, vt est probatum, & cõstat perbenè Curię Archiepiscopali, & huiusmodi clerici repelluntur nõ. dum in criminalibus, sed etiam in ciuilibus, secundum *Abb. in c. testimoniũ in 1. notabili, & Felin. ibid. col. 3. ver. ex istis de testib.* & fama non consideratur quando à similibus personis trahit originem, sed à fide dignis, grauibus, & iuridicis, vt *Mascar. de probat. conclus. 748. nu. 9.* D. Io. Antonius Antodorus, vltra quod deponit audiuisse à D. Io. Antonio Oliua inimico, iste etiam est probatus inimicus ex pluribus causis, art. 10. proinde repellitur.

Quarto

Quarto principaliter, & dicitur vlterius, quod nec officiunt depositiones Dominicæ de Gratia, & Dianoræ Contusiæ, dũ dicunt audiuisse à Cornelia delle Mure matre d.Hieronymæ, nam vltra alias exceptiones quas pa-
13 tiũntur, deponunt de auditu † alieno, & nihil probant, *ad tex.in c.licet ex quadam & ibi DD.de test.Farinac.q.69. n.2.*quod ampliatur etiam si testis audiuisset ab eo, qui fuit præsens *Farin. ibid.n..26.*& eo magis huiusmodi dicta tolluntur,seù debẽt in totum tolli,quo d.Cornelia est iam viua,& nõ fuit examinata, vnde non modica oritur suspitio contra instigantes, seu producentes *Farinac.ibid.n.92.*

Quinto principaliter, est probatum prędictam Hieronymam habere virum quanquam absentem ex causa delicti, sed per territorium, & cum prægnans fuisset carceribus mancipata, fuit liberata,ex quo à viro prægnantem esse demõstrauit,vt in art.3.est enim clarum,
14 quod vbi actus † ad delictum, & nõ delictum tendere potest, in dubio pro exclusione delicti præsumendum est. *Francis.Marc.q.695.*Vnde si à viro potuit esse prægnans, quod etiam in abscondito ,& noctis tempore potest accedere ad vxorem, prout accessit, & quotidie euenit quãdo maritus ob delictum, seù debitum non publicè conuersatur, ergo,&c.& per hæc sit respõsum primo capitis inquisitionis.

Ad secundum vero caput, continẽs dictum Cantorem tentasse mulieres pænitentes in actu confessionis (quod delictum hodie, & post hæc scripta à Sum.Pontif.Greg.XV.per Bullam sub die 3.mensis Augusti 1622. est connumeratum inter illa,quæ spectant ad sãctum officium, & ita proceditur per Episcopos, cum ampliatione eiusdem pænæ ante, & post confessionem, vel in confessionali, etiam si confessionem sequatur) facilis est responsio non solum pro exclusione delicti, sed etiam pro manifesta calumnia testium,&c.

Et quanquam sit verum, quod cre-
15 datur pænitenti † contra confessarium, vt est *comm.DD.opinio in c.omnis de pœniten.* quia alio modo veritas haberi non potest,vnde *Cardinal ibi dicit*, quod Confessarius potest torqueri,tamen hoc non puto esse sic simpliciter intelligendum, vt etiam in casu nostro possit procedere; accipiendum est enim vt ad hoc in similibus contra confessarium possit procedi, concurrat malafama Confessarij, & bona conditio, & qualitas plurium pænitentium, prout ex mente *DD.in d.c. omnis.* Sed in casu nostro sic non accidit, nam Hieronima de Vito Locantore est probata publica meretrix, & concubina d.D.Io. Antonij Oliuæ,ac inimica Cantoris, tanquã ab ipso pluries inquisita de concubinatu art.14. & quantæ sit fidei, ex superius allegatis Iuribus patet, nè contingat eadem transscribere; Vnde non obstat, sicut etiam depositio Dominicæ de Gratia,quæ (vltra alias exceptiones, quas patitur) non interrogata,
16 nec † iurata super tentatione ad turpia respondit, quamobrem fit suspecta de falso, & nihil probat secundum *Innocen.in c.Inquisitionis. ver.id facere. ext.de accusation. Farin.q.71. n. 6.* Nec etiam obstat depositio d.D. Io. Antonij Oliuæ, qui dicit audiuisse à Rosa de Eramo,quæ tentata ab eo dicitur, nam deponit de auditu illius, quæ est iam viua,& non solum non fuit examinata, vnde suspitio oritur, vt supra est dictũ in casu Corneliæ delle Mure, sed imo d.Rosa est examinata contra d. D. Io. Antonium Oliuam, ex quo illam tentauit seducere ad deponendum falsum contra Cantorem circa tactum mammillarum, vt benè constat ipsi Curiæ. Vnde ex prauitate dictorum testium, & bona fama Cantoris, quis dubitat hic non solum non esse delictum probatum, sed suspitionem euidentem falsitatis?

Ad tertium, & vltimum caput, respondetur circa adulterium in personã Lucretiæ de Pompeo, & dicitur quod assertio Roberti Conticelli deponentis

noctis tempore cognouisse Cātorem, non officit, nam ad hoc vt testis de nocte aliquid probet, opus est reddere
17 rationem, quia Luna † lucebat, vel lumen accensum erat, vel de vicinitate, & propinquitate, aliàs est de falso suspectus, vt *Farin. de testi. q. 62. n. 39. et 42.* & quāquam d. Conticellus reddat rationem Lunæ, tamen quoniam non deponit de tempore præciso in anno, mense, & die, non probat, ex quo hic huiusmodi tempus ad finem vt sciatur si Luna lucebat est de substantia, & ad finem etiam si falsum ex falsa causa sit depositum (prout ex hac ratione alios feci liberare, quia compertum fuit ex computatione Lunæ, falsam fuisse causam scientiæ) & quando est de substan-
18 tia dies † vt hic, aliàs esset tollere defensionem reo, debet apponi, prout ita dicit *Farin. de testib. q. 64. n. 110.*

Insuper dictus Robertus est proba-
19 tus infamis infamia facti † ex quo est tantæ malæ conditionis, quod eius opinio grauata est apud graues viros, & repellitur à testimonio, *vt dicit Corrad. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuilibus rub. Personas testium aggredien. ver. infamis n. 14. & 15.* & est etiam probatus non solum pauper, imò pauperrimus, & similiter repellitur *Corrad. ibid. ver. Pauper.* iste Robertus ob suas bonas qualitates fuit interfectus.

Nec denique obstant depositiones Io. Antonij de Leo, & Corneliæ eius vxoris. Primo quia non probant famā publicam, cum careat requisitis necessarijs ad probandum famam, vt supra est dictum. Secundo, tam isti testes, quam & Robertus nihil probant, etsi deponant audiuisse ab ipsa Lucretia
20 fuisse cognitam, quoniam testibus † illis non creditur, quorum repelluntur authores, vt in d. c. licet ex quadam. & quod prædicta Lucretia repellatur, est
21 clarum, nam mulieri † asserenti se carnaliter cognitam ab alio, non creditur, nec talis assertio facit indicium ad torturam, vt dicit *Farinac. de testib. q. 43 n. 82.* nisi cum alijs adminiculis, vt *n. 88* & dicta mulier adulterata confirmet in tortura, cum sit socia criminis, & facta sit infamis, vt *n. 134.* quæ tortura debet specialiter adhiberi pro confirmatione suæ depositionis, ita quod non sufficeret illa prima tortura, in qua reus confessus esset delictum, *vt n. 137. per Clar. §. fin. q. 45. ver. Cæterum si reus,* ibi, Item si sunt tales testes, &c. Ex quibus omnibus videntur clarè elisa omnia, quæ contra Cantorem videbantur laborare, & propterea liberandum prorsùs Iuris esse censeo. saluo semper &c.

Horatius Persius I. C.

Die 17. mensis Septembris 1612. fuit Cātor ab omnibus liberatus, & in causa in actu confessionis &c. deletus titulus per D. Lelium Ricchitium V. I. D. præstantissimum, Vicarium Generalem Domini Archiep. de Spilla conciuem.

CONSILIVM XII.

Pro Notario Iosepho de Fiducijs terræ Sinisij, inquisito in Curia Episcopali Anglonen. de concubinatu, & de excommunicatione contra ipsum nulliter lata.

ARGVMENTVM

Quibus in casibus Curia Ecclesiastica potest procedere per pænas, & censuras contra laicos concubinarios.

Excommunicatio quando est subordinaria non potest ferri, nisi facta exculatione pænæ temporalis.

Contumax quando verè quis dicatur.

SVMMARIVM

1 *Appellatio in foro Ecclesiastico non datur, nisi à diffinitiua, vel ab habenti vim, in casu quo per diffinitiuam non posset reparari.*

2 *Contumax verus non auditur appellans.*

3 *Excommunicatio est interlocutoria, tamen continet actum irreparabilem, quia infamat.*

Con-

4 *Contumax verus vt aliquis fiat, multa requiruntur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

5 *Contumax non auditur appellans, procedit in ſententia ſuper his, quæ veniunt ex intrinſeca natura ipſius Iudicij, ſecùs in his quæ veniunt ex accidenti.*

6 *Contumax appellat à nimia taxatione expenſarum, in qua debet exprimi exceſſus.*

7 *Laici concubinarij monentur trina monitione ſecundum S.C.T. ſeſſ.24.cap.8.de reformation.matrim.*

8 *Excommunicatio eſt remedium ſubſidiarium, ita quod ſi in mandato dicatur ſub pæna ducatorum, vel ceræ, &c. & in ſubſidium excommunicationis &c. non poteſt deueniri ad excommunicationem, niſi facta excuſſione pænæ temporalis.*

Dirigat Dominus verba mea.

NOtarius Ioſeph de Fiducijs Terræ Siniſij laicus, fuit inquiſitus per Epiſcopalem Curiam Anglonen. de publico concubinatu, vnde à d. Curia fuit citatus ad informandum infra tres dies ſub pæna librarum ceræ, &c. & in ſubſidium excommunicationis &c. non comparuit d.Notarius in termino, quapropter generalis Vicarius abſque alia declaratione relaxauit cedulones contra d. Notarium ob non comparitionem, qui fuerunt affixi per loca ſolita &c. & ipſe Notarius habita copia dictorum cedulonum acceſſit ad Audientiam Metropolitanam Materanam præſentauit illam appellando, & de nullitate dicẽdo de omnibus actis prędictæ Curiæ in cauſa eadem, per quam Audientiam fuit inhibitum in forma, copia proceſſus transmiſſa, fuit per Notarium petita declaratio nullitatum actorum, ac per conſequens excommunicationis, & relaxationis cedulonum.

Et pro parte fiſci obijcitur.

Primo appellationem non potuiſſe
1 interponi † ex quo non eſt à diffinitiua, vel à ſapienti vim, & omnes ſciunt declaratoriam excommunicationis eſſe interlocutoriam, & non eſt caſus cõpręhenſus in *S.C.T. ſeſſ.24. cap. 20. de reformatione.*

Secundo prædictus Notarius non debet audiri appellans, ex quo fuit ve-
2 rus contumax † vt in *l.1.C.quo appell. non recipi. & l. ex conſenſu §.fin. ff.de appell. & ibi DD.* & quod ſit verus contumax, patet, ſiquidem perſonaliter fuit appręhenſus, vt tradit *Maran.in ſpecul.Rub. & quandoque appellatur nu. 285. & adeſt decretum S.Congreg.§.vlt.* relatum per *Quaran.in ſumm.Bull. in rub. Archiepiſcopi authoritas ſub nu. 20.* vbi habetur quod à ſententia diffinitiua contra verum contumacem probata appellatio non recipitur, nec inhibitio, aut alia quæuis prouiſio, quandiù appellans in huiuſmodi vera contumacia perſiſterit, &c.

Quibus omnibus nõ obſtantibus eſt dicẽdum d. Notarium legitimè appellaſſe, non eſſe contumacem verum, ac omnia acta nulla declarari debere, & ad hoc vt adamuſſim procedatur, breuiter reſpondetur.

Primę obiectioni, quod & ſi excom-
3 municatio † ſit interlocutoria, tamen cõtinet grauamẽ irreparabile, ex quo infamat, *cap. infames 6.q.1.* & producit multos alios effectus præiudiciales, de quibus per *Syluest. & alios Summiſtas in verſ.excommunicatio. & per Couarr.in c.alma mater. de ſenten. excomm.* ita quod eſt caſus compręhẽſus in S.C.T. deſuper allegato, vt ibi, & dicit *Proſper de Aug.in addict.ad Quaran.in ſum.Bul. loco præcitato ſub nu. 20. ver. in quibus caſibus.*

Secundæ oppoſitioni reſpondetur, quod d.Notarius non eſt verus contumax, quandoquidem non ſolum operæ pretium eſt, ad efficiendum quem
4 contumacem † vt citatio ſit perſonalis, ſed alia plura requiruntur .ſ. vt vnica citatio ſit ſaltim peremptoria, *tex. eſt apertus in l. conſentaneum, & l.tres denunciationes, & ibi DD.notant C.quomod. & quando Iudex* vbi *Bart.* ampliãdo

do dicit, quod non solum requiritur citationem esse peremptoriam, sed cõtumacia rei absentis accusetur *per tex. in l.properãdum §.& siquidem. ibi, actoris absentia*, C. *de Iudic. & refert Mascar. de probation. conclus.* 447. *nu.* 7. & 8. *vol.* 1. quæ omnia procedunt etiam in causis criminalibus, vbi proceditur per inquisitionem, & ad instantiam procuratoris fisci, vt dicit *Ozasc. decis.* 149. *n.* 8. *& Thessaur. decis.* 19. *in fin. Carauit. in rit. M. C. V.* 223. *n.* 5. & generalis cõsuetudo est, quod citato reo peremptoriè ad primam, vel infra duos, vel plures dies, in die sequenti post diem citationis, vel in vltima die termini, quando plures sunt dies ad comparendum, accusatur prima contumacia per actorem, vel fiscum, & post hunc diem expectatur triduum, & in die sequenti accusatur vltima contumacia Curia pro Tribunali sedente, & hæc dies dicitur vltimus peremptorius terminus. *Affl. in constitutio. Reg. Accusatorum temeritatẽ lib.* 2. *rub.* 12. *n.* 6. *&* 7. & actore non comparẽte in peremptorio termino, circumducitur edictum, vt est *tex. in l. & post edictum §.* 1. *ff. de iudic. &* præsertim in vltimo, accusando vltimam contumaciam, nam vltima mora nocet, & ita practicatur, vt *Affl. ibid. nu.* 7. verum ista vltima vigore rit. M. C. 226. & 223. potest accusari infra mensem, quando citatio est facta contra existentes in ciuitate, & vsque ad duos quando extra, & hæc est praxis communis huius Regni, tam in foro Ecclesiastico, quàm sæculari, & quoniam hic in processu compilato in d. Curia Episcopali Anglonen. deficiunt omnia hæc requisita, ergo contumax nullo modo d. Notarius reputari contigit, sed dato (citra præiudicium veritatis) quod d. Notarius esset verus contumax, prout ex parte aduersa figuratur, adhuc Iura per ipsum allegata adaptari non possunt in casu nostro, in quo cõtra d. Notarium fuerunt relaxati cedulones ob non comparitionem ad informandum in tempore præstituto dierũ trium, vt in citatione, & sic ob pænam, seù mulctam, & est prænotãdum quod verus contumax non auditur appellans
5 procedit in sententia super his † quæ veniunt ex intrinseca natura ipsius Iudicis, vt condemnatio, & absolutio in causa principali, secus in his, quæ veniunt ex accidenti propter moram, vt est in mulcta, quæ non potest imponi nisi ratione veræ contumaciæ, & tamen appellatur *l. & in mulctis, C. de appellat. & ita Bal. & Salic. ibid.* & hæc omnia refert *Francus de appellat. in cap. Nicolao militi n.* 21. ratio redditur per *Bal. ibid.* nam potest esse, quod Iudex mentiatur dum dicit aliquem contumacem verũ, & à mentiente appellatur, prout audiuit in casu nostro, in quo d. Notarius figuratur contumax vbi non est legitimè; vnde licuit appellare, & cum ista limitatione est intelligendus d. vltimus §. decreti Sac. Cong. superius per contrarium allegatus, qui loquitur in sententia realiter in facto principali probata contra verum, & legitimum contumacem. A qua limitatione sumitur etiã
6 à simili, quod verus contumax † potest appellare ab excessu taxationis expensarum, debet tamen appellans huiusmodi exprimere quantitatem excessus, alias non valeret simpliciter appellatio à taxatione expensarum, tanquam incerta, ita dixit notabiliter *Bal. in l. terminato in vlt. colum. in princ. C. de fruct. & liti. expens. & refert Franc. in c. sæpe n.* 59. *de appellat.*

Præterea, Episcopalis Curia Anglonen. processit ordinibus S. C. T. non seruatis, postquam ex ordine *d. S. C. sess.* 24. *cap.* 8. *de reformat. matrim.* contra
7 laicos concubinarios † proceditur trina monitione præcedente, & non alias, & quoniam non præcesserunt, ergo &c. & ex defectu iurisdictionis nulliter egit.

Accedat, quod à seculo non est auditus modus iuxta quem dicta Curia relaxauit cedulones contra d. Notariũ, vt in casu proposito, debebat .n. Promotor fiscalis illius Curiæ in vltimo

die

die termini adcomparendum accuſare primam cõtumaciam,& elapſo triduo, vltimam,& deinde præcedentibus debitis inſtantijs, & ſeruatis ſeruandis prius condemnare Notarium ad pænã cæræ &c. & ſuper ipſa prius fieri exe-
8 cutionem, & caſu quo † executio prædicta fieri non potuerit ex defectu bonorum per relationem Nuntij, citato dicto Notario ad dicendum cauſam quare non debebat excommunicari vt in *Sacro Concil. de ſentent. excomm.* & non comparente, vel nihil legitimè allegante, procedi ad declarationem excommunicationis, & ad relaxationem cedulonum, ex quo hic excõmunicatio eſt remedium ſubſidiarium, vt in *S.C.T.ſeſſ.25.cap.3. de reformatione*, & huiuſmodi fuit comminata à d. Curia Epiſcopali Anglonen. ſcilicet in ſubſidium, per quam non debebat ſic præcipitanter,& nulliter procedi, vnde in pænis à d. Sacro Concilio inflictis, contra iniuſtè, & nulliter excommunicantes, Vicarius Anglonen. mulctari debet, & ex his quam breuiter potui calamo exaratis, excommunicationẽ, & cedulonum relaxationem cum omnibus actis, nullam declarandam, Iuris eſſe cenſeo,&c.ſaluo ſemper &c.

Horatius Perſius I.C.

Et ita fuit in omnibus obtemptum die 11 menſis Octobris 1612. Vicario Generali D.Lelio Ricchitio.

Die 19. menſis Octobris 1612. pro ſimilibus nullitatibus fuit à me obtemptũ in cauſa pro Franciſco Verricello, & Iulio Paſtore Terræ Siniſij excommunicatis à d. Curia Epiſcopali Anglonen.Vicario, & Locumtenente Generali Domini Archiepiſcopi de Spilla D.Antonio de Mattheis non ſatis aliàs à me laudato, per quem fuit dictum, quod cauſa remaneat, vltra annullationem actorum.

CONSILIVM XIII.

Pro clerico Henrico de Vrſo Ciuitatis Materæ inquiſito de ictu ſcoppictę noctis tempore, in perſonam clerici Io. Mariæ Martingelli.

ARGVMENTVM

Conatum puniri pœna ordinaria in ictu ſcoppictæ,etiam non ſecuto effectu.

Teſtis vnicus præſens delicto, quàm probationem faciat,& teſtes infames quãdo, quanto,& qualiter probant. Cognitio ad vocem de nocte quid requirat, & quomodo articuletur, & probetur negatiua coarctata loco, & tempore.

SVMMMARIVM

1 *Affectum pro effectu puniri in ictu ſcoppicta.*

2 *Teſtis vnicus præſens delicto, & deponens de actu proximo,& immediato,facit indicium ad torturam; debet tamen eſſe omni exceptione maior, & quando talis non ſit, debent concurrere alia adminicula.*

3 *Teſtis vnicus in delictis difficilis probationis, etiam quod non ſit omni exceptione maior,facit indicium, tamen alio adminiculo concurrente.*

4 *Delictum in genere debet anteſtare.*

5 *Teſtis pauperrimi, & viliſſimi, non eſt paſſim admictenda depoſitio.*

6 *Infamis infamia Iuris,& facti quid ſit.*

7 *Teſtimonium ferre eſt honor, & dignitas.*

8 *Teſtis infamis infamia iuris, quando alias veritas haberi non poteſt,& in ſubſidium admictitur cum tortura ad finem vt poſſit indicium facere, deponens tamen de actu proximo delicto.*

9 *Teſtes plures infames deponẽtes de actu immediato,faciunt indicium ad torturã.*

10 *Concordia non ſit inter principalem offenſum, & teſtes in ſubſtantialibus diſcordantes.*

Vox

11 *Vox debet esse benè nota, ita quod cognoscens infallibiliter cognoscat vocem loquẽtis ad finem vt faciat indicium ad torturam, sed tamen alijs concurrentibus.*
12 *Negatiua coarctata loco, & tempore quomodo articulanda, & probanda.*
13 *Præsumptio vna tollit alteram.*
14 *Comparens palam præsumitur innocentem esse.*
15 *Amicitia in dubio præsumitur.*
16 *Amicitiæ boni effectus.*

Dirigat Dominus verba mea:

FActum, quod præsupponitur est tale. Cum de die 10. mensis Maij 1612. ad secundam horam noctis circiter, clericus Io. Maria Martingellus per plateolam Saxi Barisani pertransisset, propriam domum versus, vna cum Angelo Salinario famulo fratris dicti clerici, herbis ad pabulum equi onusto, præsupponitur ibidem fuisse aggressum, atque iniurijs verbalibus affectum, à cler. Henrico de Vrso, ac à fratre Augustino Gambara, qui clericus Henricus attentauit in illum emictere ictum scoppictæ, ex quo illã exonerauit flamma tamen micuit foris tantum, & perterrito d. clerico Io. Maria, cecidit in terram, & d. clericus Hẽricus pugione vulnerauit illum in dorso, ac in brachio pluribus vulneribus, & nisi fugam arriperet, occideretur vtique.

Ad quod probandum inducitur depositio d. principalis offensi, ac quærelantis, & inter cætera dicit, quod d. clericus Hẽricus dixit ipsi offenso (che ti voglio crepare di mazze) & quoniã offensus respondit non esse solitum verbera substinere maximè à sui similibus, hinc asseritur dictos aggressores impugnasse sclopos in offensum vt supra &c. Affertur etiam pro teste d. Angelus famulus, qui contestatur in omnibus cũ quærelante, præterquam in dictis verbis (che ti voglio &c.) vnde quidem habuisset causam emissio sclopi, siquidem d. testis deponit verba prædicta fuisse probata à socio, non autem à d. clerico Henrico. Adest & alius testis Philippus de Rugerio, qui deponit propè domum suam (quæ est proxima loco prætensi delicti) audiuisse rumorem quorundam rixantium, & cum è domo hac de re egressus fuisset, vidit plures inuolucro rixantes, quos non cognouit, & cum dictus testis acclamauerit, dicendo (chi è là, che rumore è questo?) illico dictiti fugam arripuerunt, & paulò post regressus fuit erga dictum testem in loco rixæ vnus illorũ qui accliuis ad terram videbatur requirere aliquid ammissum, & ipse testis cognouit (quia Luna lucebat) esse dictũ clericum Io. Mariam, qui requisitus de rixa, congruum responsum dare nequit. Denique Lucretia de Forenza testis deponit de rumore, & neminem cognouit, nisi aliquantulum ad vocem d. Clericum Henricum dum dixit (arriualo, arriualo) qui etiam peracta rixa & dum solus erat, & parum à longe à loco rixæ, exonerauit scoplum. Hæc contra reum. Sed pro præter alia probatur infamia dicti Angeli Iuris; & facti. Absentia inquisiti a loco delicti, cũ negatiua legitima coarctata loco, & tempore, quibus sic assertis videtur.

Primo dicendum per partem quærelantẽ & fiscum, in huiusmodi delicto puniri
1 affectum † pro effectu cum rigor Iuris communis scilicet vltimi supplicij seruetur, alias affectum pro effectu consumato plectẽdum, vt Diuus Adrianus rescripsit *in l. 1. §. Diuus ff. ad l. Cornel. de sicar. & habetur in l. is qui. cum telo. C. eod. tit.*

Secundo dictus Angelus testis vnicus, qui fuit præsens delicto, & vidit clericum Hẽricum emisisse ictum sclopi, cum sit in indicio proximo, & im-
2 mediato ipsius delicti facit † indiciũ ad torturam, & hæc est communis opinio, & seruatur in praxi, prout abundè congerit *Farinac. de indic. & tortur. q. 38. n. 54.* benè verum est, quod debet esse testis omni exceptione maior, vt n. 56. sed quando talis non sit, debet pro-

procedi, concurrente aliquo alio adminiculo, vt *ibidem, & n.*55. Cæterum quoniam hic tractatur de delicto in occulto patrato, scilicet de nocte, & per consequens difficilis probationis, hac
3 de re † etiam quod testis non sit omni exceptione maior, facit indicium ad torturam, vt *ibidem num.*62. vbi quanquam de huiusmodi limitatione dubitetur, nisi alia concurrant, tamen hic in casu nostro adest adminiculum, scilicet d.Clericum Henricum fuisse aliquantulum ad vocem cognitum à Lucretia della Forenza, ergo sumus in casu in quo audacter Iudex potest procedere ad torturam.

His tamen non obstantibus, in contrarium est veritas prout apparet ex processu, si perbenè præcalculatus fuerit, cũ defensionibus inquisiti, & relicta discussione si constet de delicto in genere, an non,
4 quod debet † antecestare, seruata *l.*1. *§. item illud, ff. ad Syllanian.* ex quo tempus tereret existimarem; est dicendum non solum non adesse indicium ad torturam contra inquisitum, verum etiam d.Clericum absoluendum esse.

Primò, dictus Angelus est persona pauperrima, & vilissima, quæ ad obsequia stabuli fratris offensi est pretio condu-
5 ctus, & non est † passim admittenda eius depositio, vt dicit *Corrad. Rubric. Personas testium aggrediẽdo, ver. pauper. num.*80. atque malæ conditionis, & famæ, scilicet infamis infamia Iuris, & facti, quod constat ex testibus artic.5. Iuris enim infamis existit, ex quo plu-
6 ries † ex publicis delictis, fuit condemnatus pro furto, imò vsque ad triremes inclusiuè, vnde est de illis infamibus, qui connumerantur *in l.*1. *ff. de his, qui notant. infam. Farinac. de testib. quæst.* 56. *num.*3.

Infamis infamia facti, quia communiter eius opinio, fama, & existimatio est læsa, & grauata apud bonos & graues viros, vt *Farinac. ibid. num.*6. Siquidem est probatus in *d. artic. esse cornutum* vndique, scilicet ex auia, matre, sororibus, & vxore; & huiusmodi testem duplicem infamiam patientem, quis non repellendum dixerit, etiam quod tot tantaque Iura, quæ hoc probant,
non congessisset *Farinac. d. quæst.* 56.
7 *num.* 26. cum ferre testimonium † sit dignitas *cap. præceptum, ibi, generosa dignitatis testimonium* 32. *q.* 5. *& honor. cap. forus in fin. ext. de verborum significat.* quomodo ergo potest esse in honore, qui tot tantisque honoribus caret?

Sed audio, quòd fiscus more suo, vociferando insurgit, & dicit testes infames admitti in delictis nocturnis, in quibus alij testes haberi non possunt, secundũ communem Theoricam, de qua testatur *Roland. consil.* 3. *num.* 5. *vol.*... *Farinac. ibid. num.* 53. Quibus oppositis respondetur ex allegatis *ibid. num.* 56. *&* 58. ex quibus clarè habetur, quòd testis infamis infamia Iuris, in subsidium, & vbi aliàs veritas haberi non possit, scilicet, quando actu, & habitu alij testes non interueniunt, admittitur cum
8 tortura † ad finem, vt faciat indicium, quod est intelligendum, si huiusmodi testis deponat de actu proximo, & immediato ipsi delicto principali, & de visu, vt est dictum in principio ex parte fisci; quæ sunt etiam intelligenda in infami infamia facti, quando concurrit vilitas personæ, vt in casu nostro, ita *Farinac. ead. quæst.* 56. *num.* 125. verùm quando testes infames essent plures
9 examinati sine tortura, deponentes de actu immediato ipsi delicto, ac de visu in criminibus exceptis, & vbi aliàs veritas haberi non potest, faciunt indiciũ ad torturam, *Farinac. ibidem num.* 68. *&* 69.

Vlterius dictus Angelus discordat cum dicto principalis offensi contrario, & est magna, ac principalis contrarietas, nam attentata emissio ictus sclopi, videtur habuisse originem ab illis verbis *(Che ti voglio crepare di mazze)* quæ verba principalis offensus dicit prolata fuisse à d.Clerico Henrico, vnde postea emisisset ictum, & d. Angelus dicit fuisse prolata ab alio; & licèt inter

testes fiat concordia, tamen non sit
10 † inter dicta testium,& confessionem producentis discordantes, vt dicit *Angel. de malef. verb. Falsario, vers. quid si sunt plures. Crauet. consil.* 171. *num.* 10. & alij, qui referuntur à *Corrad. Rub. Dicta testium assumendo. num.* 14. *Viui. decis.* 400. *num.* 38. quæ contrarietas non est concordabilis, nec est modica, siquidem hinc accepit vim prætensa rixa, & emissio ictus. Restat ergo dicendum, quòd depositio dicti Angeli non facit aliquod indicium; imò in totum repellenda.

Secundò, & ex eadem ratione fit etiam suspecta depositio offensi,& inconcordabilis cum depositione Philippi Rugerij: offensus enim dicit fugam arripuisse è manibus offendentium, qui eum parùm sequuti fuerunt, & rectò tramite accessit ad domum Felicis Ciminelli chirugici pro medicamine aliquorum vulnusculorum, & dictus Philippus deponit statim peracto rumore egressus fuit è domo,& vidit,& cognouit d. Clericum offensum, qui forsan quod ammiserat requirebat in loco rixæ. Vnde non est hæc contrarietas magna inter principalem, & testem.

Tertiò, Depositio Lucretiæ della Forenza nihil officit, cùm deponat parùm cognouisse ad vocem d. Clericum Henricum; quando enim cognitio ad vocem vult operari indicium ad torturã, opus est, vt aliquis sit cognitus ad vocem benè notam, ita quòd testis infal-
11 libiliter † cognoscat vocem loquentis, vt per *Felin. in cap. sicut, num.* 5. *&* 6. *extr. de iudicat.* & ita quòd omninò decipi non possit, *Clar. in pract. crimin, quæst* 21. *vers. sed quid si testis. Farinac. de testib. quæst.* 62. *limit.* 2. *num.* 45. *&* 47. Et etiam isto casu *Farinac. ibid. nu.* 48. quòd nisi alijs concurrentibus non proceditur ad torturam, secundùm *Mascard. de probation. conclus.* 1109. *n.* 10. & est de mente *Boss. tit. de Indic. nu.* 172. Cùm ergo dicta Lucretia dicat, parùm cognouisse, à se ipsa refellitur; vltrà quòd mulier, quæ intus domus semper existit, & non est, neque fuit vicina inquisiti, nec familiaris, nunquam posset deponere ad vocem benè notam, &c. ità quòd omninò decipi non posset.

Insuper dicta testis deponit de ictu sclopi realiter emisso à d. Clerico Henrico in actu persecutionis, & tamen nec à principali offenso, nec ab alijs testibus deponitur. Nec huiusmodi ictus ab vno videri,& audiri, & ab altero in eodem loco non poterat, emissio enim fit cùm magno strepitu, qui nimis à lõge auditur, & hac de re sclopus appellantur, ex quo est sonus, qui ex inflatione buccarum erumpit, vt *Pers. in Satyr.* 5.

Nec sclopo tumidas intendis rumpere buccas.

Quartò, ad demonstrandam innocentiam dicti inquisiti probatur per tres testes *art.* 3. negatiua coarctata loco, & tempore, scilicet, quod d. Clericus inquisitus ab hora 23. diei decimę mensis maij, vsque ad tertiam horam noctis, & vltra fuisse, ac permansisse in Conuentu S. Mariæ de Gratia, vbi cum Fratribus Reuerendis cœnauit, ac honestè ludentibus, processerunt omnes vsque ad dictum tempus, & deinde ingressus fuit cubiculum, seu cellam Fratris Augustini Gambari, in illo dormitum iuit, & clausum fuit hostium ex parte foris à quodam famulo d. Fratris & omnes portæ Conuentus erant itidem clausæ, ita quòd nõ egredi potuis-
12 set d. inquisitus, quæ negatiua † est legitimè probata indirectè, probando absentiam dicti inquisiti à loco delicti per præsentiam continuam in alio loco, scilicet in Conuentu, sine aliqua ratione, scilicet vt nunquam recessit, nec recedere potuisset, &c. vt dicit, & firmiter tenet *Boss. tit. de defension. reor. num.* 29. *circa medium, Farinac. de testib. quæst.* 65. *num.* 218. *& seqq.* Et eo magis, quo in dicto tempore negatiuæ includitur tempus prætensi delicti, ita quòd per spatium vnius horæ exceditur vsque quo dormitum iuit d. inquisitus

situs; & est iam probatum, à Conuentu exire non potuisse, & de mane sequenti oriente Sole fuit visus è somno surgere à camera prædicta.

Quintò, Vltra prædicta adsunt plures præsumptiones, ob quas prædictus inquisitus arbitrari debet innoxius, & bonum est illas in medium afferre, ex
13 quo vna † præsumptio tollit alteram, *l.Diuus ff.de integr.restitut.*

Prima, Quòd dictus inquisitus vt innocens, de mane sequenti pro suis agendis ad plateam magnam accessit, vbi fuit captus, & carceribus mancipatus, vt probatur *art.*8.& est præsumendum, quòd si inquisitus deliquisset, non ita palàm comparuisset, postquam quis
14 est tam fatuus, † qui in causa capitali, si est nocens, & verus reus delicti, velit se priuare libertate, exponendo vitam ad vltimum, & amarum suppliciũ, nisi sciat se esse innnocentem? ita *Cepoll.conf.*31.4.*col.*

Secunda, Est probatum *art.6.* esse magnã amicitiam inter offensum, & inquisitũ, & præcisè in d.die 10. in quo delictum præsupponitur familiariter allocutos esse, ac iocosè in platea publica, quæ amicitia etiam si non esset probata,
15 semper in dubio præsumitur, *Bald.in l. si quis testibus, in fine, C. de testib.* Et stante prædicta amicitia magna, non debet præsupponi aliquid mali, secundùm Catonem Vticensem, qui dice-
16 bat, † Amicitiam esse fideliorem omni propinquitate, teste *Plutarch. in eius vita.*

Tertia, Dictus inquisitus est probatus *art.*1. bonæ famæ, conditionis, & vitæ; vnde procul dubio præsumptio delicti tollitur etiam si adesset, prout non adest, vt per *Bald. in l.final. ff. de hered. instituen.*

Ex quibus omnibus concluditur, dictum inquisitum omninò debere absolui, & ita iudicandum Iuris esse teneo, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius I.C.

Et ita iudicatũ fuit die 19. mẽsis Nouẽbris 1612. per D. Antonium de Mattheis Vicarium Generalem D. Archiepiscopi de Spilla.

CONSILIVM XIV.

Pro Notario Marcello Britio Terræ Latertiæ, inquisito de Testamento falso stipulato.

ARGVMENTVM.

Testis subscriptus instrumento, vel testamento vtrum possit sibi contradicere absque pœna falsi; & testes extranei quot esse debeant, & cuius qualitatis; & vtrum testis non subscriptus contradicens faciat vacillare fidem testamenti, ita quòd Notarius possit puniri de falso?

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum Testamenti an reddatur suspectum, cùm vnus ex septem testibus necessarijs illi contradicat?*

2 *Testis necessarius subscribens se in Instrumento, deinde illi contradicens, non auditur, imò tenetur de falso, & n.*3.

4 *Subscriptio testis præfertur depositioni contrariæ, etiam iuratæ, & iudicialiter postea factæ.*

5 *Notarijs, & partibus vtile consilium, vt faciant subscribere testes in Instrumento in forma probanti.*

6 *Testes extranei non minus quàm tres, vel quatuor ad Instrumentum reprobandum, admittuntur.*

7 *Testes extranei ad instrumentum reprobandum debent esse omni exceptione maiores, & debent optimè concludere, quæ prior qualitas non præsumitur, nisi probetur.*

8 *Testis vilis, & pauper repellitur omninò tam in ciuilibus, quàm in criminalibus.*

9 *Testis vnicus non subscriptus, contradicens Instrumento, facit illud minuere de fide, sed non vt de falso puniri posset Notarius.*

Dirigat Dominus verba mea.

DE Mense Nouembris proximè collapsi 1612. in vltimis constituta Beatrix Viridis Terræ Latertiæ, suum vltimum condidit testamentum nuncupatiuum, manu Notarij Marcelli Britij rogatum coram Iudice ad contractus, ac septem testibus. In quo testamento suum instituit hæredem vniuersalem Lucam Antonium Viridem eius fratrem vtrinque coniunctum. Nec nō in eodem nonnulla legata reliquit in beneficium Candelorij de Lena, Viri prædictæ Beatricis; & sic testamentum prædictum fuit stipulatum coram eisdē Iudice, & testibus in numero oportuno. Et demum testamentum prædictū stante morte dictæ Beatricis fuit reassumptū in forma probāti, seruata forma Regiæ Constitutionis; Instrumentorum robur, ac Pragmaticæ, scilicet vltra signum Notarij, cum subscriptione Iudicis ad contractus, ac testium ferè omnium.

Contigit, quòd ex praua voluntate, quam aliqui habent contra Notarium, ita, & taliter se ipsos ingesserunt, vt vnus ex testibus subscriptis assereret, prædictū testamentum non fuisse stipulatum, vt ex inde apparet; imò & in Curia Marchionali prædictæ Terræ fuit exposita quærela de falso, & prædictus testis N. cum iuramento asseuerauit, stipulationem prædictam non fuisse sequutam. Et amplius præsupponitur fuisse examinatas duas mulieres, licèt pauperrimas, & vilissimas, ac plures exceptiones patientes, quæ confirmant depositionem d. testis.

Primò quæritur, vtrum iste vnicus testis testamentarius, & necessarius, qui se subscripsit in testamento prædicto in forma probanti sumpto, faciat vacillare testamentum deponens contra illud.

Secundò, An etiam prædictæ mulieres eiusdem numeri, & qualitatis faciant titubare fidem testamenti, ita quòd ex omnibus prædictis Notarius sit puniendus aliquo modo, vel testis contra ipsum deponens?

Ad primum breuiter respondendum operepretium esse duco, & ex parte relicta quæstione, quæ fieri poterat in huiusmodi materia, scilicet an Instrumen-
1 tum testamenti reddatur suspectum, cùm vnus ex septem testibus necessarijs illi contradicat? cùm satis abundè pertractetur per *Menoch. de Arbitrar. cas.* 105. *à num.* 13. *vsque ad* 18. & tangitur per *Marant. consil.* 19. *in fin. num.* 21. Accedo perfunctoriè ad resolutionem, & dico, quòd prædictus vnicus
2 testis necessarius, stante quòd † se subscripsit in testamento, deinde illi contradicens, non auditur, *Bart. in l.* 1. §. *si quis neget, num.* 11. *ff. quemadm. testam. aperian. Capyc. in proprijs terminis decis.* 192. *per totum, & num.* 5. vbi *ex l. eos,*
3 *ff. de fal.* ait, † eum teneri de falso, qui contra suum signum dicit, *Menoch. ibid. num.* 23. *ver. declaratur quartò.* Falleret hoc, si probaretur deceptum fuisse in subscribendo, vt *Cap. ibid. num.* 5.
4 *& num.* 7. dicit, quòd subscriptio † præfertur depositioni contrariæ etiam iuratæ, & iudicialiter posteà factæ; nam quando testis se subscribit in aliqua scriptura, tunc censetur deponere eius testimonium, & illa subscriptio dicitur sua testificatio, & ad eam semper refertur eius dictum, ita notàter dicit *Bal. in l. final. in* 5. *opposit. C. de edicto Diui Adrian. tollend. Afflict. decis.* 166. *in* 2. *colum. de Franch. dec.* 105. *num.* 17. Sed dictus testis contradicens se subscripsit prius manu propria, ergo prius videtur fuisse testificatum in fauorem testamenti, licèt ergo nunc varièt ab eius subscriptione prius facta, non ei credendum sine tortura; ita in proprijs terminis decidit *Alexan. consil.* 63. *vol.* 1. cum alijs allegatis etiam in puncto per *Marant. consil.* 33. *num.* 6. vbi est casus de omnibus testibus contradicentibus; & sequitur *Alexand. Trentacinq. Variar. resolut. tit. de fide Instrument. resolution.* 6. *num.* 7. *ex consil. Alexan.* 147. vol.

vol. 2. Et non ſolùm dicto teſti non creditur, imò eſt pęna falſi puniendus, ita dicit *tex. in d.l.eos, ff. de falſ. in ver. & eum*, cuius verba ſunt hæc; *Et eum qui contra ſignum ſuum falſum præbuit teſtimonium, pœna falſi teneri pronunciatum eſt*; ita refert *Capyc.d.deciſ.* 192. *num.* 2. vbi pro Notario fuit deciſum;
5 & proinde vtile conſilium, † vt partes, & notarius faciant ſubſcribere teſtes in Inſtrumento, vt in futurum propter mortem, vel variationem temporum, vel obliuionem ſit magis vtriq; parti, & Notario conſultum, & tutum, & boni Notarij hoc procurare debent ad tradita per *Boer.deciſ.* 118. *n.* 25.

Ad ſecundum, quòd prænarratæ duæ mulieres, quæ contradicunt teſtamento, & in illo deſcriptæ non fuerunt, vt teſtes, deponentes aliter actum fuiſſe, non faciunt vacillare fidem teſtamenti duplici ratione.

6 Prima, quoniam teſtes † extranei non minus quàm tres, vel quatuor ad inſtrumentum reprobandum admictuntur, ita dicit *Franciſc.Mar.q.* 485. *num.* 19. *Cauall. in commun. contra commun. q.* 43. *n.* 5. *& ſeq.*

7 Secunda, ſiquidem teſtes † huiuſmodi debent eſſe omni exceptione maiores, ita *Bart.in d. §. ſi quis neget, n.* 12. *in fin.* cum alijs relatis per *Menoch. ibid. num.* 34. vbi habetur, quòd eorum dicta debent optimè concludere de loco, tempore, & hora in illo loco, vbi fuit ſtipulatus contractus, & dicit *Vetal.deciſ.* 100. Et quando huiuſmodi qualitas in teſtibus requiritur, vt hìc in caſu noſtro, non præſumitur, niſi probetur, *Gramatic. conſil. crimin.* 35. *poſt num.* 38. *Maſcard.de probation. concluſ.* 1360. *num.* 7. *vol.* 3. *Caual. ibid.num.* 10. *Farin.de Falſit.quæſt.* 158. *num.* 102. tenet id in proprijs terminis; & quòd teſtes huiuſmodi debeant eſſe optimæ opinionis, & in hoc caſu qualitas eſt articulanda, vt ſumitur ex *d. Farinac. ibid.num.* 100. *& ſeqq.* Et quoniam non ſolùm tales nō probantur, nec poſſunt probari, ſed vlterius ſunt pauperrimæ, & viliſſimæ, vt eſt notorium, quo caſu non ſolùm illis diminuitur fides, ſed
8 ſtante † coniunctione paupertatis, & vilitatis, prorſus non ſunt idonei teſtes, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, ac omninò repelluntur; ita dicit, & refert eſſe communem opinionem *Farinac.de teſtib.quæſt.* 57. *n.* 70. *& ſeq.*

Accedat pro coronide iſtius reſponſuli, quòd etſi teſtis prædictus vnicus, & neceſſarius non eſſet ſubſcriptus, & cō-
9 tradiceret, ſuſpectum vtique redderet teſtamentum, non tamen falſum, ita quòd ſolùm ad probationem faciendam, fidem perderet, ita dicit *gloſ.in d. §. Si quis neget*, & ibi *Bart num.* 2. *&* 7. *Menoch. ibid. num.* 13. vbi multa congeruntur, & refellitur *Gramat. in conſil.* 51. *n.* 5. qui contra prædictam veram opinionem ſenſiſſe videtur.

Et ex his firmiter teneo, prædictum Notarium Marcellum non eſſe in aliquo delinquentem, teſtamentum non eſſe minuendum de fide, & teſtem prædictum ſubſcriptum de falſo puniendum, & ita iudicandum arbitror, ſaluo ſemper iudicio alterius melius de Iure reſpondentis.

Horatius Perſius I. C.

De menſe Februarij 1613. dictus Notarius fuit abſolutus, imò deletus titulus falſi per Marchionalem Curiam Terræ Latertiæ, ſed ex voto Domini Marij Vngari V.I.D. Tarentini, viri quidem eximij, & olim ob ſcientiam, & prudētiam Auditoris Regiæ Audientiæ Hydruntinæ.

Pro conſimili cauſa fuit inquiſitus in Regia Curia huius Ciuitatis Materæ Notarius Frāciſcus de Leo, pro quo ſcripſi Conſilium 15. tomi 4. & fuit abſolutus & deletus ſibi titulus de Menſe...... 1627. R. Iudice Ioanne Laurentio Folia Neapolitano V. I. D. & iuuene bonæ expectationis, & fuit poſt Auditor in Regia Audientia Luceriæ de Apulia & in alijs Regijs Audientijs.

CON-

CONSILIVM XV.

Pro Iulio, & Petro Antonio de Noya Ciuitatis Materæ, de Remissione eis facienda per Nouitium minorem, pro homicidio commisso in personam Petri de Scauies.

ARGVMENTVM

Episcopi peculiare onus componendi pacem in sua diœcesi.

Remissio iniuriarum à quibus facienda, & quomodo debet fieri à Nouitio minore, ad finem, vt legitimè fiat, & in futurum non possit inualidari.

SVMMARIVM.

1 *Episcopum decet inuigilare ad componendas inimicitias Diœcesis.*

2 *Remissio spectat ad omnes illos, qui Ius querelandi habent, & istud Ius habent illi, qui interfecto succedunt.*

3 *Nouitius, seu Monachus ante professionē factam potest accusare, transigere, pacem inire, tam pro iniuria sibi illata, quàm suis.*

4 *Religiosis professis non competit ius remittendi, & refragatur opinio Tartaliæ ex authoritate Farinacij.*

5 *Pacem semper pupillo esse proficuam, ita quòd non potest dici de læsione ad finem habendi restitutionem in integrum, cui opinioni opponitur, vt infra.*

6 *Pax non potest fieri à tutore, nisi expediat pupillo, & mediante informatione, & Iudicis decreto, ex opinione Carau. rit. 275.*

7 *Iuramentum facit minorem haberi pro maiore.*

8 *Pupillus medio sacramento sine authoritate Tutoris, faciens remissionem, obtempta absolutione, potest dicere de læsione, & petere restitutionem in integrum.*

9 *Remissionem fieri per minorem cum authoritate Tutoris, vel Curatoris, capta informatione, & Iudicis decreto mediante firmius consilium.*

10 *Remissio, quando fit Iudicis decreto mediante, & tum authoritate Tutoris, vel Curatoris, nihil refert, si Tutor non adimpleuerit omnia de Iure adimplenda.*

11 *Remissiones per Tutores esse faciendas capta informatione, & decreto Iudicis, ex quo potest expedire, & non pupillo, ex decis. Vincent. de Franch. 535. in qua refellitur opinio Farinacij.*

12 *Decisiones S.R.C. Neap. faciunt Ius in Regno.*

13 *Veritas præfertur fictioni.*

14 *Pupillus, vel minor debet esse de Iurisdictione dantis Tutorem, vel Curatorem.*

15 *Curator est dandus per Iudicem domicilij, non autem originis, & in quo sunt bona minoris.*

16 *Nouitius approbatæ Religionis, etiam quòd non sit initiatus prima tonsura, gaudet priuilegio cap. si quis suadente, cùm censeatur ecclesiastica persona.*

17 *Nouitius delinquens venit puniendus per Iudicem Ecclesiasticum, ac eius Prælatum.*

18 *Nouitij bona sunt merè laicalia, & de illis, vt de bonis merè laicalibus soluuntur decima, & alia exactiones.*

19 *Religiosi debent conueniri coram Conseruatore priuilegiorum Monasterij, vel Conuentus, & in illius defectu coram Iudice Ecclesiastico Loci, vbi sunt de familia assignati.*

20 *Forma remissionis habendæ à minoribus.*

21 *Subscriptio huius Consilij, eruditissimi viri D. Antonij de Mattheis V. I. D. Aquilani, Vicarij Generalis Illustriss. & Reuerendiss. D. Archiepiscopi.*

Dirigat Dominus verba mea.

SIc fata tulerunt, vt de Mense Augusti 1609. Petrus de Scauies in publica platea huius Ciuitatis Materæ per fratres de Noya, seu eorum alterum in rixa ense vulneratus, ac illico exanimatus extitisset. Vnde fratres prædicti ad querelam Faustinæ de Ricchitijs vxoris dicti Petri fuerunt processati

per

per M.C.V. & demum per illam citati ad foriudicandum, in qua foriudicatione auditis rationibus, & excuſationibus, fuit dictum, quòd ſuperſedeatur.

Et cùm interdum Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. nouus Archiepiſcopus Fr. Io. de Spilla Hiſpanus aduenißet (vt verum decet
1 Paſtorem) confeſtim cœpit † inuigilare circa inimicitias Diœceſis, & huius Ciuitatis, ex quibus ſæpe perditio corporum, & animarum prouenit; & præſertim ſtuduit componere prædictas, vt dicit *gloſ. notab. in cap. vnum, in ver. neglexerit, diſt. 25, ex cap. præcipimus, c. ſtudendum, capit. diſſidentes, diſtin. 90.* probat *Felin. in cap. 1. num. 5. de treg. & pac.* refert, & cumulat alia *Genuenſ. in Manuale Paſtor. capit. 43. num. 1. & per totum.*

Iam compoſuit, & nihil aliud remanſit, niſi ad effectum ducere remiſſiones, ſeruata forma Iuris, & Regiarum Pragmaticarum huius Regni, & quoniam prædictus Petrus interfectus reliquit plures filios in pupillari ætate conſtitutos, quorum dicta eorum Mater tutricem ſe declarare fecit; & interdum factus pubes à tutela exiuit Ferdinandus de Scauies eius filius maior alijs, ac ætatis annorum 16. qui paulò ante quàm ad effectum omnia reducerentur, ductus à ſpiritu, intrauit Religionem Capuccinorum, vbi in præſentiarum, & quatuor ferè ſunt menſes, moram trahit, vt Nouitius Clericus.

Fuit diſceptatum, ſi erat neceſſaria remiſſio iſtius Nouitij, & in caſu quo deberetur, quomodo ſit facienda?

Et circa primum punctum non fuit nimis
2 hæſitatum, nam † remiſſio ſpectat ad omnes illos, qui ius quærelandi habēt, vt in *Reg. Pragmatica 8. ſub tit. de compoſition.* & hoc Ius illi habent, quibus hæreditas interfecti defertur, vt declaratur in dicta Regia Pragmatica, & ibi expoſitores; & quoniam dictus Ferdinandus hæres patris etiam exiſtit, ergo, &c.

Accedant ad corroborationem iſtorum,
3 quòd † Monachus ante factam profeſſionem poteſt accuſare, tranſigere, & pacem facere tam de iniuria, & offenſa ſibi illata, quàm etiam ſuis. Monacatus enim iſto caſu nihil præſtat impedimenti, cùm ante profeſſionem factam, dum eſt Nouitius non ſolùm non deſinit eſſe de populo, ſed nec Religioſus, nec Monacus verè dicatur; & hæc eſt communis recepta ſententia, vt refert *Farinac.* (à quo omnia de verbo ad verbum tranſcripſi) *de accuſ. quæſt. 13. num. 23.* Et ita etiam intendit noſter Regnicola *Tartalia in d. Reg. Pragmatica de Compoſition. capit. 2. num. 53.* vbi in *num. 46.* tenet, quòd etiam à Monachis profeſſis, & præſertim à Fratribus Minoribus ſit obtinenda remiſſio,
4 † contra opinionem communem probatam, & relatam per *Farinac. in ead. q. num. 24.* cui opinioni magis ſuffultæ rationibus adhæreo, & ab illa non auderem recedere.

Sed circa ſecundum non parum altercatum extitit, ex quo pro parte Nouitij offerebatur medio iuramento remiſſionem fieri; non obſtante quòd ſit in minori ætate, & Curatore careat; & dicebatur valere, & ſuſtineri poſſe, caſu quo contigiſſet Nouitium infra annum è Religione egredi, & offerebatur in medium id quod dicit *Farinac. de accuſat. quæſt. 15. num. 11. & ſeq.* vbi
5 concluditur quòd ſemper pax † pupillis eſt proficua, ita quòd non poteſt dici læſus, nec deceptus, vt etiam pluribus comprobat *Sfort. Odd. in tractatu de reſtitution. in integr. part. 2. quæſt 85. artic. 7. num. 46. & ſeq.* in quibus locis refellitur id quod dicit *Carauit. in rit. 275 num. 19. & ſeqq.* ſcilicet quòd pax
6 † non poteſt fieri per Tutorem, niſi expediat pupillo, & hoc mediante informatione, & decreto Iudicis, &c.

Vlterius dicit *Farinac. ibid. num. 31. & ſeq.* quòd quando paci factæ per minorem ſine interuentu Tutoris, vel Curatoris interuenit Iuramentum, tenet,
7 & valet, ex quo † Iuramentum facit minorem haberi pro maiore, *gloſ. in Autē.*

Auth. Sacramenta puberum C. si aduer. vendition. cum innumeris alijs concordantibus, vbi pluries testatur de communi, & passim vsque ad finem quæstionis refragatur *Carauit. in d. rit. 275.* Et quanquam pro parte illorum de Noya turbatur *Carauit. in d. loco*, tandem pro parte Nouitij firmis dentibus adhærebatur allegatis per *Farinac. in d. quæst. 15.* Et cum interim pro suis agendis plures eruditi Doctores Terræ Ferrandinæ hic Materæ reperiebantur scilicet D. Bernardinus, & Aloysius Mazziotta, Thomas Purpura, & Ioan. Thomas Griseus; præcepit d. Illustriss. & Reuerendiss. Dominus Archiepiscopus, vt cum alijs V. I. DD. Materanis, scilicet Abb. Luca Antonio Iacutio, D. Marcello Tantio Archipresbytero, Placido de Afflicto Neapolitano, Io. Philippo, & flaminio Cæsareis, de prædictis coram eo iugiter colloquium fieret, prout fuit factum, & ex parte Nouitij per D. Lelium Ricchitium illius Auunculum V. I. D. eruditissimum, prædictæ rationes, & iura fuerunt relata, & per me pro dictis de Noya fuit replicatum, quòd omnino opinio *Carauitæ in d. ritu* sit attendenda, scilicet quando pupillus est minor infante præcedente informatione, & decreto Iudicis, quod remissio expediat pupillo, solus tutor faciat remissionem, si vero pupillus, esset pubes, vel impubes, doli tamen capax, potest medio iuramento cum authoritate tutoris facere remissionem, & valeret ratione Iuramenti, per *d. Auth. Sacramenta puberum.*

8 Sed si tantum Iuramentum præstaret † sine authoritate Tutoris, vel Curatoris obtempta absolutione à iuramento, si esset læsus læsione enormi, posset petere restitutionem in integrum, vt dicit *Carauit. ibid. num. 22.* & allegat *Afflict. decis. 322. vers. tamen dicebant*; propterea firmius est † consilium, vt per mi-
9 norem cum authoritate Tutoris, vel Curatoris, capta informatione, si expediat, vel non, & Iudicis decreto mediante remissio fiat, vt concludit, & pluribus probat Iuribus *Carau. ibid. à nu. 19. vsque ad 22.* & sequitur, & dicit ita magis communiter seruari *Tartal. in coment. d. Reg. Pragmat. de composit. cap. 1. num. 30*, vbi etiam tenet, quòd Tutor huiusmodi, qui debet authorare remissionem, debet esse generalis, & non specialis, & quòd omnia adimpleuerit de Iure adimplenda. *Sed Galter. in praxi tutelari, part. 2. rub. vtiliter agat, & contrahat*: sequitur in omnibus *Carauit. firmiter à num. 28. vsque ad 30.* &
10 tenet *num. 29.* quòd † non sit necesse in huiusmodi casu omnia adimplere, ex quo fit remissio præcedente Iudicis decreto, sequendo *Carauit. ibid. à num. 23. vsque ad 27.* quam opinionem Carauitæ, sic in omnibus pro vera retentam, non ab re tenendam arbitror contra authoritatem tanti viri, vt est Farinac. sed cum grano, & cum magno, fortique clipeo scilicet cum *decis. Vincentij de Franchis 535. in 4. parte*, vbi
11 per † totum habetur, quod remissiones pupillorum per tutores fiant capta informatione, an expediat pupillo, & præcedente Iudicis decretatione, & ita semper vidit obseruari tempore, quo erat Aduocatus, Consiliarius, & Præses, & respondendo *Farinacio in ead. quæst. 15. num. 63.* vbi dicitur quod semper pax expedit, & quod nō sit necesse intueri, si expediat pupillo, defendit *Carauit. in d. rit. 275.* Cui (inquit etiam) quòd Farinac. non respondet formiter, vnde cum prædicta decisione
12 (quæ † facit mihi, & toti Regno ius, vt dicit *Afflict. decis. 169. in fin. & Carau. rit. 173. in fin.*) habetur, quod remissió possit expedire pupillo, & non restat quoque dicendum, quod pupillus possit esse læsus enormiter, & propter læsionem, obtempta absolutione à Iuramento, potest petere restitutionem in integrum vsque ad 18 annum expletum per Constitution. Regni Minorum Iura, de restitut. in integrum, & quoniam casu quo remissio sit facienda per Nouitium sine huiusmodi sollemnitatibus, si contigerit egredi è Religione

ligione

ligione, potest dari casus læsionis, & reuocationis; ergo est concludendum, quòd sit verum, & firmius consilium, secundum quod per illos de Noya petitur, & sic non obstant saltim in hoc Regno, iuxta illud (*Cùm fueris Romæ, Romano viues more*) quæ per *Farinaciũ in d.q.15.num.11. & seq.* dicuntur, stante prædicta *decis. Vincent.* de qua non potuit *d.Farinac.* mentionem facere, cùm post eius dicta fuit illa prælo edita, & sic credo etiam, quòd illius non meminit Doctor Octauius Mele Dominus meus, & mihi fama notus de Terra Galatenæ, dum consulendo circa eundem punctum, adhæsit *Farinacio*, cuius etiam dicta *ibidem num.31.* quòd Iuramentum facit minorem haberi pro maiore; non obstant, postquã dato casu læsionis præsupposito, & possibili per *d.decis. Vincent.* & quòd non possit expediri pupillo, non est totaliter verum, quòd iuramentum faciat minorem haberi pro maiore; nam iuramentum, quem maiorem facere, est fictio, & quidem odiosa, & quòd minor, qui iurauit dicatur læsus, est veritas, & è
13 cõtra fauorabilis; sed vbi fictio † odiosa cum fauorabili veritate concurrit, non attenditur, *argum.text.in §. si quis rem suam, Institution.de leg. Iulius Cæsar Imbrianus in tractat. de 1. & 2.benefic. consid.2.num.35.* Ergo restat dicendum & concludendum, opinionem *Carauit.* omninò seruandam, iisque rationibus, & Iuribus, Doctores cum quibus habitum fuit colloquium, responsum dare minimè potuerunt, stante prædicta *decis. Vincent.* claui equidem materiæ, ac basi pro opinione *D.Carauit.* Qua sic firmiter remanente est breuiter dãdus modus remissionis huiusmodi faciendæ, vt valeat, & in futurum (quatenus opus sit) substineatur.

Et primò mihi præmicto ad veritatem indagandam, quòd oportet pupil-
14 lum † esse de Iurisdictione eius, qui dat tutorem, quoniam si esset aliquis pupillus Clericus, tutor debet dari ei authoritate Iudicis sui, non Iudicis sæcularis, *Bar.in rub. ff.de Tutorib. & Curator.dat.ab his, nu.5.* vbi dicit hoc menti tenendum; & quoniam Curator datur ab his, à quibus Tutor; *Institutio. de Curator. §.1. Spec.de Curator. in princip.* Ergo Tutor, vel Curator est dandus à Iudice competenti pupilli, vel minoris, & hoc quando Curator generalis sit dandus, vt perpulchrè distinguit *Oldrad. consil.59.* & refert *Dec.consil.150. num.7.* Secùs si ad litem, quia per Iudicem, coram quo litigatur dandus esset, vt in dictis Iuribus, & *not.in cap.fin.de Iudic.in 6. Aufrer.de potestat.secul.super ecclesi person.reg.2.n.29.*

15 Secundò, quòd Curator † est dandus minori per Iudicem domicilij, non autem originis, & in quò sunt eius bona, vt Curator bannito minori dandus est per Iudicem loci, in quo exulat, dicit *Io.Andr.in addit. ad speculator. de Curator. §. 1. in 1. addit. secundùm Guglielm. de Cuneo l. 1. C. qui Tutor. vel Curat.petat. Azor. in summa, tit.vbi Tutor.*

16 Tertiò, quòd Nouitius † approbatæ Religionis gaudet priuilegio *cap. si quis suadente 17.quæst.4.* & censetur Ecclesiastica persona; & quatenus deli-
17 querit † venit puniendus per Ecclesiasticum Iudicem, & eius Prælatum, vt dicit *Nauar.consil.5. de foro competen.* & refert *Emmanuel Roderic.qq. regul.tom. 2. quæst. 2. art. 10.* Et hoc, & si non sit verè religiosus, sed reuocabiliter, & cõ-
18 mutabiliter, & bona † eius sint merè laicalia, & de his, vt de bonis merè laicalia, soluantur decimę, & aliæ exactiones, *Roderic.eod tom.quæst.47. art.8. in fin.* Ex quibus præmissis infertur, quòd dictus Nouitius, vt Ecclesiastica persona, debet comparere cum præsentia, & assistentia sui Prælati coram Ecclesiastico Iudice loci, vbi Nouitiatum agit virtute omnium trium præmissorũ, quæ singula singulis sibi referuntur; &
19 hoc quando Conuentus, † seu Monasterium non habeat Iudicem conseruatorem, nam tunc coram illo posset agere, vt sumitur ex summario priuilegiorum

giorum Ordinum Mendicantium de Conseruatoribus Priuilegiorum tit. 4. cap. 9. (Sed hodie adest noua Bulla Gregor. XV. post hæc scripta emanata, quæ dat nouum ordinem circa Iurisdictionem Conseruatorum, & illorum electionem) & coram ipso Iudice Ecclesiastico, seu conseruatore petere sibi Curatorem decerni; vel nominatum confirmari ad finem, vt possit legitimè remictere quærelam, vel renunciare actioni quærelandi & per Iudicē, decreto, vel confirmato Curatore, fiat coram eodem per minorem cum authoritate Curatoris comparitio, in qua allegentur causæ pacis, & remissionis faciendæ, super qua Iudex suum interponat decretum, quòd capiatur informatio, & testibus examinatis, ac constito iuxta petita, fiat decretum, quòd liceat d. Nouitio minori, cum authori-
20 tate Curatoris remictere, vt † ita dat formam *Galter. in loco superius allegato num.* 28. quibus peractis fiat libellus remissionis per eundem minorem, cum authoritate dicti Curatoris coram eodem Iudice Ecclesiastico; asserendo omnia decreta, & causas expedientes prò remissione prædicta cum iuramento omnia confirmando cum assistentia & præsentia Prælati dicti Nouitij, consensum præstantis ad omnia; & hoc modo teneo, remissionem in huiusmodi casu esse validam, & in futurum, (quatenus opus sit) substinendam, habitis præ oculis Iuribus desuper allegatis. Saluo semper Iudicio rectius de Iure respondentis, &c.

Horatius Persius I. C.

Et ita fuit executum, &c.

21 Iudicis decretum necessarium esse, cùm pax à minore facienda est, latè defendit *Io. Guttier. in tractat. de Tutor. & Curat. part. 2. cap. 7. à num. 6. vsque ad* 16. vbi omnes *Farinacij* rationes adducit, & diluit, & dicit opinionem meliorem probabiliorem à Doctoribus receptam, & praxi seruatam.

Et id faciendum esse à Iudice Ecclesiastico, in cuius Diœcesi Nouitius assignatus est de familia, confirmare videtur *S. Conc. Trid. decretum sess.* 25. *de Regular. cap.* 16. Nam contractus pacis tam continere potest renunciationem damnorum, & interesse, quàm continere debet obligationem bonorum, & decretum illud procedit in omnibus contractibus inter viuos, in quibus renunciatio, aut obligatio bonorum continetur, vt affirmat *Guttier. Canonicar. qq. lib. 2. cap. 1. nu.* 26. *& seq.* atque ideo præscriptam eximij Doctoris sententiā omnem Iuris dubitationem, & Doctorum altercationes tollentem, subscripsit, D. Antonius de Mattheis V. I. D. minimus, & Illustrissimi, & Reuerendissimi Archiepisc. Materani, & Achrontini Auditor, Locumtenens generalis, indignus, &c.

CONSILIVM XVI.

Pro pluribus Terræ Episcopiæ diœcesis Anglonen. excommunicatis iniustè, ac laicis carceratis à Iudice Ecclesiastico, ob falsitatem coram ipso commissam.

ARGVMENTVM

Citatio qualis esse debeat ad finem legitimè procedendi ad excommunicationem; & contumax quis verè dicatur.

Excommunicatio subsidiaria quo ordine proferenda.

Et laicus commictens falsum coram Iudice Ecclesiastico quomodo, & quando sit ab eodem Iudice puniendus?

SVMMMARIVM

1 *Citatio debet esse peremptoria, continere causam tam in ciuili, quàm in criminali, & eo maximè, cùm sit extra locum citantis, & continere locum, vbi comparéri debeat.*

2 Le.

2 *Legis ratione cessante, cessat & legis dispositio.*

3 *Excommunicandus in contumaciam debet citari personaliter, vel domi.*

4 *Citatio vbi non constat si sit personalis, vel domi, præsumendum est, vt domi sit facta.*

5 *Contumax verus est, qui personaliter apprehenditur.*

6 *Contumax verus non auditur appellans quomodo intelligatur.*

7 *Testes laici per Iudicem Ecclesiasticum censuris tantùm possunt compelli.*

8 *Excommunicatio quatenus in subsidium est comminata, si absque excussione pœnæ temporalis fulminetur, est iniusta.*

9 *Excommunicare volens in contumaciã, quomodo procedendum.*

10 *Cedulones nihil aliud agunt, nisi publicare excommunicatum.*

11 *Falsum commictens laicus coram Iudice Ecclesiastico, ab eo potest puniri, & in omni alio casu, in quo idem Iudex sit offensus, sed habet locum præuentio inter Iudicem Ecclesiasticum, & Laicum, qui Clericum commictentem falsum coram se, non potest punire nec in bonis, nec in persona, ex tutiori opinione.*

12 *Notario viuenti, & asserenti de rogitu, vel si constat ex scripturis, creditur, in dubio verò, non.*

13 *Testes extranei ad reprobandum Instrumentum, non debent esse minus quàm tres, vel quatuor, & omni exceptione maiores, & tales non præsumuntur, nisi probentur.*

Dirigat Dominus verba mea.

TRes processus fuerunt transmissi ad hanc Archiepiscopalem Audientiam, à Curia Episcopali Anglonen. virtute litterarum inhibitorialium.

Primus continet excommunicationem V. I. D. Marci Antonij Borgiæ, cum alijs, &c. Terræ Episcopiæ, ex quo fuerunt renitentes ad testimonium deponendum in dicta Episcopali.

Secundus, Excõmunicationẽ Ang. Sorici eiusdem Terræ, sub prætextu, quòd quæstuare fecisset sine licentia Ordinarij pro construenda face cerea, deferenda ad Ecclesiam S. Mariæ del Piano.

Tertius, Carcerationem Notarij Dominici Innecchi Terræ Latronici, & Iacobi Henrici d. Terræ Episcopiæ, Iudicis ad contractus, sub prætextu, quòd commisisset falsitatem stipulando protestationem nomine Nuntij, qui negauit rogasse.

Quibus visis, videtur dicẽdum quòd in illis non est sanitas, pleni sunt enim grauaminibus, & nullitatibus, vt infra.

Pro Doctore Marco Antonio, & alijs dicitur, quòd citatio est nulla ex pluribus.

Primò, quia nõ est peremptoria, † vt
1 esse debet, *glos. in Clem. Sæpe, §. sẽtentiã, ver. non peremptoriè, de verb. significat. Marant. in specul. rub. Rectè concipiatur citatio n. 72.*

Secundò, Non continet causam vt continere debet tam in ciuili, quàm in criminali, *Vanti. de Nullitat. ex defectu citation. num. 50. & seqq.* Et eò maximè hoc habent locum, quò citatio est extra locum citantis, & de longinquo, vt distinguendo dicit *Abb. in cap. præterea, col. 2. in fin. de dilation.*

Tertiò, Non continet certum locum vbi compareri debet, vnde est nulla, *Marant. ibid. num. 63.* eò fortius quò citatio expeditur in Terra Dianæ, & contumaciæ accusantur in Terra Clarimontis; & quanquam Iura allegata per *Marant. ibid.* declarentur in delegato, non autem in ordinario, qui præsumitur habere certum locum, & Tribunal, tandem quoniam in casu nostro videtur, quòd Curia ipsa nõ habet Ciuitatem permanentem, propterea ces-
2 sant † dispositiones prædictorum Iurium, cessante ratione legis, *l. adigere, §. quamuis, ff. de Iur. patr.*

Secundò principaliter, citatio non fuit facta nec personaliter, nec domi, vt ex relatione apparet; & ad finem vt aliquis excommunicari possit in con-
3 tumaciam, citatio personalis † esse de-

bet, vt communiter *Innocent.* receptus *in cap. fin. de eo, qui mictit. in possession. Genuens. in praxi Archiepiscopali Neapolit. cap.* 24. *num.* 12. vel saltim bis domi. Et quoniam hic vtrumque defecit, ergo,&c.

Nec est facienda interpetratio contra citatos, vbi in dubio proceditur, siquidem semper est facienda, vt delictum excludatur, ad relata per *Mascardum de probation. conclus.* 1005. *num.* 15. *volum.* 2. scilicet, quòd citatio sit præ-
4 sumenda facta domi, † & non personaliter, vt in proprijs terminis dicit *Benintèn. decis.* 57. *num.* 3. & refert remissiuè *Rouit. super Pragm.* 3. *num.* 7. *tit. de citation.* & decisiuè *Bonauoglia in addition. ad Iason. in l. sancimus, C. de Iudic.* Ex quibus etiam concluditur, quòd dicti prætensi citati non sint veri contuma-
5 ces, cùm personaliter † non fuerunt apprehensi, vt dicit *Gràm. consil. crim.* 45. *num.* 26. *& seq.*

Et quanquam sit regulare, quòd verus contumax non auditur appellans, procedit tamen in sententia super his, quę veniunt ex intrinseca natura ipsius
6 Iudicis, vt v. g. condemnatio, † & absolutio in causa principali, secus in his, quæ veniunt ex accidenti propter moram, vt est in multa, quæ non posset imponi, nisi ratione veræ contumaciæ, & tamen appelletur, vt dicit *Franc. de Appellat. in cap. Nicolao Militi, n.* 21.

7 Tertiò est verum, quòd testes † possunt censuris dumtaxat compelli, vt *Genuens. ibid. num.* 10. tandem quoniam dicta Curia Episcopalis minata fuerit vtramque pœnam, scilicet ceræ, & in subsidium excommunicationis, debet seruare formam *S. Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 3. & saltim non potest denegari,
8 quòd sentẽtia excõmunicationis non † esset iniusta, nisi nulla, vt dicunt *DD. in cap. sacro de sent. excommun. & in capit.* 1. *eod. tit. in* 6. ex ratione, quod sententia excommunicationis lata contra formam Iuris non essentialem ligat, sed hæc intelligenda forent, quando excommunicatio, de qua tractatur non esset nulla ex tot tantisque defectibus.

Quo verò ad Angelum Soricis etiã excommunicatum adhuc est dicẽdum de nullitatibus excommunicationis, & quoniam cum processibus dictę Curiæ Episcopalis Anglonen. in similibus semper incurritur in easdem nullitates aliàs discussas, & decisas coram eodem Iudice, & nè eadem iura transcribantur, vltra quod sunt triuialia, proinde in facto dicitur, quod dicta excommunicatio est nulla.

Primò ex defectu citationis, ex quo non fuit facta ad dicendum causam
9 quare nõ debeat declarari excommunicatus, sed ad videndum se publicè excommunicari, &c. *glos. in Clem. præsenti, in ver. constiterit. de censib. Genuen. cap.* 24. *n.* 16.

Secundo, dictus Angelus fuit excõmunicatus, vti contumax, & videtur, quod legitimè contumax non est, siquidem præcipitur, quod infra triduũ compareat ad videndum se declarari, &c. die 14. mensis Iunij fit notificatio, die 15. accusatur prima contumacia, & die 19. eiusdem tertia, & vltima; & non possum comprehendere à quo stilo, ritu, seu Iure modus iste accusandi contumacias sumptus extitit. Verus enim est, vt in praxi versantes nõ ignorant, quod facta citatione in dicta die 14. die sequẽti accusatur prima, & post hanc expectatur triduum, &. die sequẽti accusatur vltima; & supradicta intelliguntur, quando citatio fuit ad primã peremptoriè; sed quando fit intra triduum, vel plures, vel pauciores dies, vltima die termini accusatur prima, & post hanc expectato triduo accusatur vltima, & hæc est communis praxis. Et si hoc modo fuit processum, fiat computatio, nam nihil de prædictis.

Tertio, in processu non apparet, dictum Angelum fuisse declaratum per sententiam excommunicatum, postquã & si adsit decretum, in illo declaratur fore, & esse procedendum ad relaxandam sententiam excommunicationis,

quæ

quæ non fuit relaxata, sicut debebat relaxari, & intimari, ad finem vt posset appellare si vellet dictus Angelus, cùm appellatio detur, & multoties suspendit executionem sententiæ,& quanquã sint cedulones, tamen non habentur pro sententia, cùm differant, siquidem 10 isti nihil aliud agunt, † nisi publicare excommunicatum per sententiam declaratum, vt sumitur ex *Genuens.d.cap.24.in princip.*

Denique pro carceratione Notarij Io.Dominici Innechij,& Iudicis Iacobi de Henrico,dicitur quod & si sit verum, quod ratione falsitatis commissæ per laicum coram Iudice Ecclesiastico
11 ipse Iudex † sit competens, vt est *text. in l.nullum, C. de testib.* & ibi DD. qui *text.* non solùm habet locum in falsum committente,sed quomodocumque sit Iudex offensus, *de Franch.dec.722. num. 26. & 8.& decis. 147. num, 4.* Et quod habet locum præuentio,quę per citationem attenditur ad finem procedendi; *Guttier.practicar.qq.lib.1.quæst. 24. num.4.* vbi habetur, quod in hoc casu neque Iudex Ecclesiasticus habet coercitionem corporalem, sed per censuras, allegando *Couarr.practic.qq. cap.10. num. 2.* nisi legitimè consuetudine præscripta contrarium obtemptũ esset.Et dicunt etiam aliqui,quod Clericus committens falsum coram Iudice laico, per illum possit puniri in bonis,non autem in persona, vt dicit *Crauet.consil.53.num.5. Cm.in d.l.nullum, Fed.de Sen.consil.93.*factum quod proponitur,sed tutius sit sequi *Afflict.decis. 230.* tenentem indistinctè non posse procedi contra Clericum,quem sequitur *Tap.in constitut.Regn.de personis,tit. de sacrosanct. Eccles. num.27. Guttierr. practic qq.libr.1.q.24.n.1.*

Tandẽ non est verum, quod d.Notarius falsum cõmisisset, & si deponat Nuntius, quod illum non rogauit, ta-
12 men standum est Notario,† & credendum est illi de rogitu,dum apparet fuisse rogatum ex scriptura, vel viuens rogatum fuisse dicat, vt tradit *Angel.in l.sciendum & ibi Alexan. num.43.ff.de verb.obligat. Mascard.de probat. conclus. 1101.num.9.* Et quanquam sit regula, quod Notarius non præsumitur rogatus, & est communis opinio; tandem intelligitur in dubio, non autem quando,vt dictum est, constat, ita *Mascard. ibid.n.1.*

Nec obstat, quòd sint duo testes, qui deponant,dictum Notarium non
13 fuisse rogatum, nam testes extranei † non minus quàm tres, vel quatuor esse debent ad instrumentum reprobãdum, *Franc.Mar.quæst.485.num.9.*& debent esse omni exceptione maiores, *Bart.in l.1. §. si quis neget, numer. 12. in fin.ff. quemadmod.testament.aperiantur,* quæ qualitas quando requiritur non præsumitur,nisi probetur, *Gramat.consil.crimin.45.post num. 38. Mascard. de probation.conclus. 1360.num.7.vol.3. Farinac.de Falsitate,quæst.158. num.102. in proprijs terminis.* Et quoniam qualitates prædictæ distant à processu,& Notarius remanet in tuto, ita quod falsum aliquo modo non commisit;proinde cùm carceribus fuit mancipatus, extitit vehementer grauatus. Et ex his discussis pluries strictè discussis, iudicandum censeo pro clientibus; saluo semper,&c.

Horatius Persius I.C.

Die 22.mensis Augusti 1613.fuit iudicatum,excommunicationes esse iniustas; & quo ad Notarium,& Iudicem,quod causa remaneat die 17. eiusdem mensis, Vicario Generali D.Antonio de Mattheis non satis à me aliàs laudato; & post paucos dies Notarius, & Iudex fuerunt in totum liberati.

CONSILIVM XVII.

Pro Portia de Arimino Ciuitatis Montis Caueosi, inquisita de vsuraria prauitate, & de venditione carius facta dilata solutione.

AR-

ARGVMENTVM.

Vsurarius manifestus ex officio inquiri potest, & quando manifestus dicatur, & quæ probationes requirantur. Et quando principales vsuram passi probent. Vsuræ requirunt exactionem ad finem incurrendi pœnas, ex quo conatus non sufficit; & carius vendere dilata solutione, quando sit vsura?

SVMMARIVM.

1 *Vsurarius manifestus potest inquiri ex officio, & quomodo manifestum intelligatur.*

2 *Fama saltim probatur per duos teste, qui sint benemorati, non autem muliercula, & homines viles.*

3 *Testes deponentes super fama, debent deponere audiuisse publicè, & non valeret si dicerent à mille.*

4 *Vsurarius manifestus non dicitur, nisi probetur; communis opinio.*

5 *Testes tres principales in crimine vsuræ admictuntur cum renunciatione proprio commodo, sed debent esse omni exceptione maiores, quæ qualitas non præsumitur, nisi articuletur, & probetur.*

6 *Nuntio creditur de citatione, tamen non creditur fecisse de ordine Iudicis, nisi constet.*

7 *Testium plurium depositionibus magis est standum, quàm pauciorum.*

8 *Vsuræ nisi exigantur, non potest quis de vsura puniri.*

9 *Vsuræ conatus punitur in Clerico,*

10 *Carius vendere dilata solutione, an sit contractus vsurarius, latè discutitur, & resoluitur.*

12 *Mutuam pecuniam dare petenti in mercibus in toto, vel in parte iusto pretio non est vsura.*

12 *Vsura est quicquid accedit sorti.*

13 *Vsura commictitur verè, & propriè in contractu mutui.*

14 *Contractu ex illicito per aliquas coniecturas, & in fraudem vsurarum, nūquam potest quis de vsura puniri.*

15 *Renuncians exceptioni non numeratæ pecuniæ contrauentens sine absolutione à iuramento, est periurus, non audiendus, sed puniendus.*

Dirigat Dominus verba mea.

Contra Portiam de Arimino Ciuitatis Montis Caueosi, ex officio fabricatur processus de vsuraria prauitate ex tribus capitibus.

Primo, quod fecisset emanare bannum in platea publica per Iuratum pro vendenda recotia ad credētiam, ad rationem Carolenorum quindecim pro qualibet pensa, quæ præsenti pecunia vendebatur communiter ad rationem Carolenorum decem.

Secundo, Quoniam ex dilata solutione vendidit bombicem ad rationem granorum quindecim, & communiter vendebatur pro decem,

Tertiò, Quoniam dedit lanam, bombicem, & flandinam dilata solutione maiori pretio, & fecit obligare debitores ex causa mutuatæ pecuniæ penes acta Curiæ d. Ciuitatis.

Et vt perspicuè loquamur, non credo ignoratur, quòd ex Regia Pragmatica Inuictissimi Caroli V. incipien. *Vsurarum*, in hoc crimine possit pro-
1 cedi ex officio † contra vsurarium manifestum; & manifestum illud dicitur, quando factum habet famam, & probationes, hoc est factum manifestum, quod insurgit ex fama, & probationibus, ita distinguendo nouissimè dicit *Regens de Ponte consil. 89. num. 17. vsque ad 21. & ante eum Foller. in frag. ver. vsura, num. 12.*

Primò ergo est videndum, an hic sit fama probata, quæ debet præesse, & dicitur quòd non. Probatur enim saltim
2 per duos † testes, vt dicit *Bart. in l. minore, §. plurimum, num. 19. vers. quaro qualiter probetur, ff. de quæstib.* debent deponere audiuisse publicè dici, vt dicit *Bal. in cap. literas, num. 2. de præsumption.* & est magis recepta sententia *Burs. consil. 87. num. 47.* ac debent esse testes,

teſtes benè morati, ac bonæ famæ, non mulierculæ, & homines viles, vt conſtat ex allegatis per *Hyppol. in d. l. de minore, §. plurimum, num.* 108. Hæc omnia refert *Maſcard. de probation. concluſ.* 749. *num.* 1. 4. *&* 37. *vol.* 2. Et in proceſſu adeſt primus teſtis de fama Catherina de Viloia, quæ eſt pauperrima, & muliercula, vt eſt notorium, & Iudici non eſt abſconditum, cuius arbitrio probatio teſtium, eſt remiſſa, *l.* 3. *ff. de teſtib.* & non admictitur, vt eſt dictum. Secundus teſtis eſt Ferdinandus de Galaffio, qui dicit audiuiſſe publicè ab ipſamet Portia, & à quadam alia muliere tantùm, & non probat famam publicam, poſt quàm ſi teſtes huiuſmodi, quando veniunt ad indiuiduum, dice-
3 rent audiuiſſe à mille, † non propterea diceretur fama probata, quia non ſequitur; ergo à maiori parte, vt *Maſcard. ibid. num.* 6. & ſubſtinetur opinio *Bal. in d. cap. literas*, ex quo generaliter loquitur, dicendo *(audiuiſſe publicè)* & poteſt intelligi à maiori parte; vnde non poteſt coniungi teſtis iſte cum Catherina, dato, & non cōceſſo, quod illa non eſſet muliercula. Tertius teſtis eſt Antonius Ruſſus, qui eſt principalis paſſus prætenſam vſuram, & dicit audiuiſſe publicè, quòd paulò ampliùs d. Portia vendidit dilata ſolutione, qui teſtis non eſt admictendus, & non deponit delictum ex infra dicendis. Vnde clarè conſtat famam non eſſe legitimè probatam, & deficit ſalutare, ad finem vt dicatur manifeſta vſuraria; & Curia non potuit procedere. Et in tantum eſt hoc verum, vt ſi probaretur per duos, vel tres teſtes, quòd quis eſ-
4 ſet vſurarius, † niſi probetur communis opinio, non diceretur manifeſtus vſurarius, etiam ſi Codices ſui producerentur, *Graff. deciſ. Aur. par.* 1. *libr.* 2. *de pœnis ſtatutis contra vſurarios, cap.* 103. *num.* 7. *&* 8. ſequendo *Regen. de Ponte ibid. num.* 18.

Secundò, Omnes teſtes, qui deponunt contra Portiam de vſuris prætenſis, in ſpecie ſunt principales, & in facto proprio deponunt; & quanquam per *Reg. Pragmat. Quia nouiter, tit. de*
5 *vſurar.* decidatur, quod tres teſtes † principales, & in facto proprio admictantur, tandem ex *d. Reg. Pragmat.* requiritur, vt dicti teſtes ſint fide digni, ideſt, omni exceptione maiores, quæ qualitas eſt articulanda, & probanda, ſecundùm *Afflict. in conſtitut. ſi Iudex fraudulenter, §. Corruptela, num.* 5. *verſ. incip. non autem, Foller. ibid. de Franch. deciſ.* 644. *num.* 2. *p.* 4.

Inſuper dicti teſtes, vltra qualitatem probandam, debent renunciare proprio commodo, ideſt repetitioni vſurarum, aliàs non probarent, ſecundùm *Bald. in l. diſtantibus, verſ. Item facit ad aliam quæſtionem, C. de teſtam.* & ita ſemper practicauit *Foller. vt ibid.* Et hinc eſt, quod dictus tertius teſtis examinatus, & deponit de fama publica, non admictitur, quia habet intereſſe, &c.

Tertio, Curia magnum facit fundamentum in depoſitione Leonardi Scanelli Iurati, dicentis ad inſtantiam Portiæ emanaſſe banna pro cariùs vendēda recotia, dilata ſolutione; & nos reſpondemus, quod & ſi poſſit eſſe vera emanatio bannorum, & in hoc credendum ſit Iurato, ſed ſuper eo, quod dicat ſe banna feciſſe ad inſtantiam, & de mandato d. Portiæ non cre-
6 ditur; nam quanquam Nuntio † credatur de Citatione, *Gratian. deciſion. Rot. March.* 62. *num.* 9. non tamen creditur feciſſe de ordine Iudicis, niſi conſtet, vt intendit *Gand. de citation. facien. in fin.* Et quanquam Dominicus de Antodoro coadiuuet depoſitionē d. Leonardi, tamen non explicat, quod Portia mandauit, ſed quòd ita inter ipſos ſocios deliberauerant, qui ſocij omnes negant; & eſt regula, quòd magis eſt
7 ſtandum depoſitionibus plurium † teſtium, quàm pauciorum, *tex. eſt in cap. in noſtra, ver. mandamus, & ibi gloſ. & D D. ext. de Teſtib. Farinac. quæſt.* 65. *num.* 107.

Accedat, quòd ſi omnia hæc probarentur, & confiterentur, ex quo non

constat recotiam fuisse venditam dilata solutione pro carolenis quindecim, vt realiter non fuit,& si esset contractus efficaciter (vt non est) vsurarius,& cõtractus stipulatus fuisset, adhuc est firmiter tenendum, quod quousque non
8 exigantur vsuræ, † non potest quis de vsura puniri, ita tenet *Io. Andr. in capit. quanquam de vsur. lib. 6. in nouella, Roman. consil.* 238. *colum. penult.* refert *Marant.*& sequitur *consil.* 113. *num.* 4. *Farinac. de Falsitat. & simulation. quæst.* 163. *num.* 32. Et quanquam *Baiar. ad Clar. in* §. *vsura, num.* 32. afferat contrarium, tandem pro nobis habemus dictas authoritates, & casum decisum, vt testatur *Laurent. decis. Auenionen.* 48. *in fin.* quem refert *Rouit. in Reg. Pragmat. de vsurar. num.* 21. *Graff. decis. Aur. part.* 1. *lib.* 2. *de pœn. statutis contra vsurar. cap.* 103. *num.* 16.& ita *Gatt.* post hæc scripta visus resoluit pertractando materiam diffusè *in tractat. de credito cap.* 2. *tit.* 7. *à num.* 1534. *vsque ad* 1558. vbi resoluit in Regno hoc Iure nos vti, scilicet quòd si vsura non sit exacta, non puniatur aliquo modo inquisitus, ex quo in hoc conatus non est in consideratione, Et quanquam *Menoch. de Arbitr. cas.* 360. *num.* 83. teneat, quòd conatus in hoc crimine puniatur, tamen ibi loqui-
9 tur in Clerico, † ex *cap. quoniam nulli,* 4. *quæst.* 4. Et per hæc sit enucleatum primum caput inquisitionis.

Quò verò ad secundum, de bombicee carius vendita solutione dilata, præter opposita quo ad defectus fabricationis processus, qui in rei veritate illum prorsus destruunt; est dicendum, quod vendere merces ob dilatam solutionem carius, quàm valeant tempo-
10 re contractus, † quando adest dubium an tempore solutionis sint pluris, vel minoris valituræ, non est contractus vsurarius, *cap. in ciuitate, cap. consuluit, & cap. nauiganti, de vsur.* sequitur *Maran. d. consil.* 113. *num.* 2. Et quanquam *in d. cap. nauiganti* addatur (*si venditor non esset eas merces venditurus*) tamen *Couarr. variar. resolution. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 6. tenet, quod & si deficiat hæc vltima qualitas, adhuc non iudicaret contractum illicitum;& quando esset necessaria, assertione venditoris cum iuramento probaretur qualitas prædicta, si aliquo modo ex actis non constaret, cùm dependeat ab eius animo, vt notat *glos. in* §. *alia, institut. de action. & Maran.* in proprijs terminis loquendo in frumento, *d. consil.* 113. *num.* 3. Benè verũ est, vt dicit *Nauar. consil.* 18. *num.* 3. *de vsur.* refellendo *consil. Decij* 111. quòd iustum pretium non in puncto indiuisibili situm, habet enim latitudinem, cuius vnum extremum dicitur summum, siue rigorosum, aliud infimum, siue pium,& aliud medium: potest mercator vendere summo pretio ob dilatam solutionem, Et *Syluest. in sum. ver. vsura, ver. quartò,* dicit quod nõ peccat; quod secus esset, si vltra pretium supremum, seu summum, vt & confirmat *Graf. ibidem num.* 2. Ex quibus infertur, quod vendere cariùs dilata solutione non est illicitum;& ad finem vt sit illicitum, & probande delictum in genere, est deducendum quod vltra summum pretiũ fuit venditum, prout est *text. capitalis, in l.* 1. §. *Item illud, ff. ad Sylianian.* Et hinc etiam est, quod depositio Marci sancti Blasij, non officit, dicendo, quod dicta Portia paulo amplius vendidit, post quàm hoc (paulo amplius) potest esse intra fines supradictorum pretiorum permissorum; & hæc interpetratio est facienda contra producentem, cùm sit dubia depositio, *cap. in præsentia, ver. præterea, & ibi glos. in ver. dubium de probation.* Accedat ad corroborationem prædictorum, quod dicta Portia producit fidem multorum qui eo tempore, quo ipsa ad credentiã dabat, vendebant præsenti pecunia ad rationem granorum quindecim pro qualibet bombicis libra.

Ad tertium,& vltimum caput, quod dicta Portia dedit bombicem, lanam, & flandinam, & semel in partem pecuniam, & fecit obligare in tota pecunia ex causa mutui. In rei veritate dicen-

dum

puto, quod dare volenti, & petenti mu-
11 tuam † pecuniam in mercibus in toto, vel in parte iusto pretio, non est vsura, vt sumitur ex *Graffio decis. Aur. part. 1. libr. 2.* Quæ conditiones constituant vsuram *cap. 104. num. 13.* quod secus esset si recipiens mercibus non egeret; quibus adstipulatur *Maxill. super consuetud. Baren. tit. de Iure protbom. §. in permutationibus num.* 10. Rationem assignat, quia vsura est quidquid accedit sorti, *l. rogasti, §. si tibi, ff. si cert. petat.* & Doctores, qui loquuntur contra, intendunt quando res dantur maiori pretio, quàm valeant; & *Capyc. decis.* 175. & 49. exemplificat in eo, qui dat res steriles, & nomina debitorum inania, quæ non essent soluendo, & si accipiens velit vendere minori pretio, sibi imputetur.

Nec est creditor arguendus in eo, quòd non mutuauit solam pecuniam, nam non semper homines habent illam præ manibus; hæc per *Maxill. ibid.* in tantùm quòd sumus in claris. Benè verum est, quod per Curiam ex depositionibus principalium potest prætendi tantùm, quòd res fuerunt venditæ maiori prætio, quàm valebant, & nos dicimus quòd dicti testes nihil probant, & non debent admicti in eorum dictis ex rationibus desuper allegatis, & succedit regula *tex. in l. qui accusare, C. ede.* quòd accusatore non probante reus absoluitur.

Præterea & à fortiori; vbi ex forma, & tenore contractus non apparet verè vsura, sicut est quando sumus in con-
13 tractu mutui † puri, vt dicit *Marant. ibid. num.* 2. dato quod per aliquas cō-
14 iecturas † possit dici contractus illicitus, & in fraudem vsurarum, numquam tamen punitur quis de vsura in tali casu, ita tenet pulchrè *Dec. consil.* 170. *col. penul.* quem refert, & sequitur *Marant. ibid. num.* 4. Et quoniam obligationes, de quibus tractatur, non sunt simplicicter vsurariæ, ex rationibus allegatis; sed Curia per coniecturas ingreditur, proinde, & in hoc non potuit procedere. Et hæc sint dicta pro illis obligatis confessis à dicta Portia, quod habuissent bona; sed pro Petro Angelo Annecchia non intelligantur dicta; ex quo realiter pecuniam habuit, pro qua obligatus reperitur, non autem bona.

Et quoniam ipse renunciauit excep-
15 tioni † non numeratæ pecuniæ cum iuramento, restat dicendum, quod cum veniat contra illud sine absolutione, sit periurus, & non audiendus, vt nouissimè in terminis *Galter. in praxi Instrument. rubr. aut facta liquidatione, num.* 10. & 11. Ex quibus omnibus sequitur conclusio, quod contra dictam Portiam non poterat procedi nec ex officio, ex quo non est probata manifesta vsuraria, nec ad querelam, ex quo pro deductis in processu vsuras non commisit. Vnde est absoluenda; & ita Iuris esse censeo, salua semper sententia melius de Iure respondentis, ac correctione Sanctæ Matris Ecclesiæ, & eius ministrorum, quibus humiliter me submicto, &c.

Horatius Persius I.C.

Die ...... mensis Ianuarij 1614. dicta Portia fuit absoluta per Aloysium Mazziottam V. I. D. præclarissimum Terræ Ferrandinæ, & Capitaneum Ciuitatis Montis Caueosi, tempore quo erat vtilis Dominus d. Ciuitatis Princeps Sigismundus Loffreda meus amātissimus, & qui quotidiè meo consilio, & professione satis confidenter vtebatur.

CONSILIVM XVIII.

Pro Subdiacono Fabritio Sancta Maria Terræ Pomarici, inquisito de attentato recaptu, de ictu scoppictæ cum vulnere, de furto, & latrocinio in campanea, torto, & non confesso.

ARGVMENTVM.

Corpus delicti quomodo constare debeat,

beat, recensitis aliquibus speciebus delictorum. Confessio rei quando faciat indicium ad torturam. Tortura quomodo, & quando purget indicia. Ministri Iustitiæ quam probationem faciant contra reum. Scientia computi Lunæ necessaria Iudicibus, & Aduocatis, ob delicta nocturna.

SVMMARIVM.

1 *Corpus delicti debet præconstare liquidis probationibus, & vbi post delictum non remanent vestigia per coniecturas, & indicia.*
2 *Abesse quod aliquando contingit, non probat hoc esse.*
3 *Assertio offensi non probat corpus delicti.*
4 *Corpus delicti cuius vestigia post factũ non remanent, per famam publicam probatur.*
5 *Corpus delicti ita debet constare, vt si sequeretur confessio rei, etiam mala fama, non verificato delicto, non potest condemnari.*
6 *Confessio rei coram incompetenti, facit indicium ad torturam coram competenti, præcedentibus tamen coniecturis delicti.*
7 *Confessio extraiudicialis legitimè probata, facit indicium ad torturam.*
8 *Tortura purgat indicia, cùm persistens in illa puram veritatem dixisse præsumatur, etiam data protestatione citra præiudicium probatorum, &c. dum sit interrogatus de principali delicto.*
9 *Tortura purgat indicia etiam indubitata, & plenas probationes, quoad pœnam ordinariam, & corporalem.*
10 *Tortura ad sciẽdum complices, vel qualitates, debet esse lauis, aliàs est proficua conuicto.*
11 *Ministri Iustitiæ, vbi in loco possint adesse alij testes, non probant delictum, & ista qualitas est probanda ab allegante, quando non esset notoria.*
12 *Ministri Iustitiæ non conuincunt delinquentem, sed indiciant ad torturam.*
13 *Testes deponentes per eundem præmediatum sermonem, & sint malæ famæ, & non plures quam duo, sunt suspecti de falso; & nihil probant.*
14 *Lunæ computus pro delictis nocturnis detegendis.*
15 *Latrocinium in stratis publicis quomodo probetur.*
16 *Clericus nobilis in pœnis gaudet nobilitate, prout vtitur in foro sæculari.*

Dirigat Dominus verba mea.

SVbdiaconus Fabritius Sancta Maria Terræ Pomarici inquisitus de multis, ac diuersis criminibus prætensis, ita quòd tractabatur de eum tradendo Curiæ sæculari, tortus, & non confessus debet absolui; ex quo si aliqua fuerunt indicia, extant purgata per torturam non læuem, & simplicem, sed grauem, & qualificatam. Sed quoniam in quatuor delictis prætenditur per fiscum, & partem potentem secretam, indicia non esse euacuata, vnde adhuc condemnari debere, proinde videtur aliquid dicendum Iure suffultum, ad finem vt cognoscatur debere procedi ad liberationem.

In primis ex parte fisci dicitur, prædictum inquisitum esse conuictum de attentato recaptu in personam Stephani Saxi Ciuitatis Cartellaneti, fuit enim captus in fraganti cum alijs socijs, quorum vnus ad modum belli fuit laqueo suspensus, & in frusta diuisus Tarenti. Confessus fuit sponte iudicialiter coram Regio Gubernatore dictæ Ciuitatis; ac tempore capturæ extraiudicialiter coram pluribus diuersisque personis.

Et in hoc respondetur, quòd potissimum non constat de corpore delicti
1 prætensi recaptus, prout debet † præconstare, ad *text. in l. 1. §. item illud, ff. ad Syllan.* quoniam & si delictum prætensum sit tale, de quo post factum nõ relinquit de se vestigia, prout dicitur de furto difficilis probationis, ad tradita per *Farin. de Inquisit. q. 2. lim. 1. & 2.* vbi dicitur quod sufficit per coniecturas, & indi-

indicia de delicto constare, tamen perquisito processu, in dicto capite non inuenio coniecturas, & indicia de attentato recaptu; nisi velimus dicere, quòd sola captura hoc iudicaret; & nõ esset verum, nam non semper aliquis capitur ad finem recaptus perpetrandi, sed ad alios plures fines, & non pro-
2 bat hoc † esse, quod à communiter accidentibus contingit abesse, *l. neque natales, C. de probation.* vel quòd asser-
3 tio ipsius Stephani sit sufficiens; & similiter refellitur, & improbatur à *Farinac. ibid. num.* 16. Nec saltim adest fa-
4 ma † publica legitimè probata, quæ posset huiusmodi corpus delicti, de quo non remanent post factum vestigia, probare, vt *Farinac. ibid. num.* 27. Et in tantùm est hoc verum, vt si seque-
5 retur confessio rei † etiam malæ famæ, adhuc nisi verificato corpore delicti in genere suo, Iudex damnaret animam suam condemnando illum, ita *Farin. ibid. num.* 15. Dixi in genere suo, nam etiam in delictis facti transeuntis debẽt præcedere probationes delicti in genere, vt *Farinac. ibid. num. 7. ampliat. 5.*

Sed ex fisci parte dici potest, quòd dictus inquisitus est confessus iudicialiter coram Iudice sæculari delictum attentatum, & etiam extraiudicialiter coram alijs. Cæterum respondetur, prætensam spontaneam confessionem, cùm fuerit facta à persona Ecclesiastica coram Iudice sæculari, deinde corã competenti, præcedentibus tamen cõiecturis delicti, non facere nisi indiciũ
6 † ad torturam, vt *Farinac. de reo confess. & conuict. q.* 81. *num.* 207. 216. & 217. Et quò ad confessionem extraiudicialem dicitur non obstare, cùm nec legitimè sit probata per testes contestes, & quando etiam esset talis, non faceret
7 nisi indicium † ad torturam, vt *Farinac. ibid. num.* 209. & dato, & non concesso, quòd de corpore delicti constaret, & quòd adessent indicia, per torturam, in qua perstitit, puram veritatem dixis-
8 se præsumitur, † & purgata indicia intelliguntur, vt *Farinac. de indic. & tortur. quæstion.* 40. *num.* 1. & 2.

Et si ex parte fisci dicatur, quòd tortura fuit illata sine præiudicio probatorum, & confessatorum, & ad sciendũ complices, & fautores. Respondetur quod tortura purgat indicia etiam data protestatione, quando protestatio est contraria facto, & reus est interrogatus de principali delicto, vt *Farinac. ibid. num.* 10. Et quoniam de delicto principali, & de omnibus alijs principaliter fuit in tortura interrogatus, ergo, &c. De quo delicto, vt diximus nõ est conuictus, nec legitimè confessus.

Sed dato (& non concesso) quòd esset grauatus vrgentissimis præsumptionibus, non autem conuictus ex plenis probationibus, adhuc tortura purgat
9 † indicia indubitata, & plenas probationes quò ad pœnam ordinariam, & corporalem, vt *Farinac. ibid. num.* 13. & *seq.* ex optimis rationibus; & quoniam dictus inquisitus vt probauimus, non solùm non est conuictus ex plenis probationibus, sed vix simpliciter indiciatus, ergo tortura debet in totum, & per totum esse sibi proficua, eo maximè quo tortura non fuit læuis, sed per horam cum compedibus ferreis, & cuius sit ponderis, dicit *Farinac. de indic. & tortur. quæst.* 38. *num.* 50. postquam quando tortura datur ad sciendum cõplices, vel qualitates, debet esse † læ-
10 uis, & nõ vltra mediam horam, etiam in capitaliter bannito, vt dicit *Farin. d. quæst.* 40. *num.* 27. aliàs reo persistenti in tortura proderit quò ad delictum principale, de quo esset conuictus, vt *Farinac. ibidem num. eod.* 27. & ibi casus sua tempestate contingens.

Secundò, ex parte fisci prætenditur contra inquisitum de ictu scoppictæ cũ vulnere in brachio Henrici del frumento, de mense Augusti 1613. in Territorio Milonici.

Præter alios defectus legitimos testium deponentium circa hoc prætensum delictum, vt deponunt duo testes examinati ad defensionem Inquisiti, dicitur quòd omnes isti, qui examinan-

tur, erant tunc temporis ministri Iustitiæ, & de familia Mazziotti de Mazziotta Caporalis Campaneæ Regiæ Audientiæ Salerni, qui omnes incedebant in prosecutione delinquentium, & bannitorum, & cùm sint tales, vt dicit *Afflict.in Constitution.Reg.Humanitate, num.*28. non est illis adhibenda
11 fides, † cùm erant in loco, vbi adesse poterant alij testes, & aderant efficaciter, vt ipsemet Mazziottus deponit, & ab illis alijs veritas haberi poterat; & in tantum est hoc verum, quòd quando ista qualitas, quòd aliàs veritas haberi non potest, allegatur, debet probari ab allegante, vt dicit *Alexan.Trentacinquius consil.*26.*num.*10. Est benè verum, quod in praxi non seruatur, quando est notorium, veritatem aliàs non posse haberi, vt *Farinac.de testib.quæst.*62.*num.*61. & 58. sed quoniam hic sumus in loco, vbi poterat aliàs haberi, & actu erant testes extra birroarios, ergo, &c. Accedat, quòd si essemus in loco, vbi aliàs non poterat haberi, adhuc dicti testes ministri Iustitiæ non conuin-
12 cunt † delinquentem ad finem condẽnandi, sed ad torquendum tantum; & ita extat decisum, teste *de Franch.decis.*379. Et quoniam Inquisitus fuit hac re tortus, & perstitit, ergo, &c.

Tertiò ex parte fisci prætenditur, quòd dictus Inquisitus sub die septima mensis Augusti 1613. ad primam horã noctis in comitiua aliorum trium armata manu accessit ad maxarlam Caprarum D. Francisci Antonij de Aspello in Territorio Pomarici, & exinde quatuor capras cum socijs furatus fuit. Sed respõdetur, quòd duo testes scilicet Fabritius de Asculo, & Ioannes del Frumento, qui deponunt cognouisse, præsumuntur subornati, & de falso suspecti, ex duabus rationibus. Prima, Quia dũ reddunt causam scientiæ cognitionis, quæ est necessaria in nocte, deponunt per eadem verba (*E lo conobbi tanto alla voce, quãto alla faccia, perche mi fù vicino, e luceua la Luna*) Et præsumuntur deponere per eundem præmeditatum
13 sermonem, & vt de falso suspecti † nihil probant, cùm non sint bonæ famæ, & malę conditionis sint probati, & non sunt plures, quàm duo, & arbitrio Domini Iudicantis hoc est remissum, vt *Farinac. de testib.quæst.*65. *à numer.*24. *vsque ad* 27. & quãta fides sit illis adhibenda magis scire potest, &c. vltra quòd dicti testes dicunt tres qualitates in eodem tempore, quæ singulariter sufficerent ad cognitionem alicuius de nocte, scilicet cognoui ad faciem, & ad vocem, quia ex loco vicino, & propinquo, quia aderat Luna, vel Luna lucebat, & tamen isti testes statim deponũt per eadem verba, de omnibus qualitatibus non sine magna suspitione falsi, prout realiter sont ex sequenti ratione.

Secundò, Dicti testes deponunt, quòd furtum accidit ad primam horam noctis præcisam diei septimæ Augusti, & Luna lucebat, quod est falsum, nam in dicta hora Luna lucere non poterat,
14 siquidem currebat numerus † Epactæ octo, septem erant dies mensis, & sex erant menses lunationum, computando à mense Martij, ergo in die 7. Augusti 21. Lunæ, quod est secundum quartum, vnde in die prima d. mensis Augusti fuit plenilunium, oppositio, siue quintadecima, quo die Luna oriens capit Solem occidentem; & deinde ita Luna deficiendo procedit, vt singulis noctibus sequentibus, singulis quatuor quintis lucere desinit; & quinque quintæ faciunt horam, & sic de nocte in nocte augetur obscuritas vsque ad finem. Exemplum; si in dicta prima die Augusti fuit oppositio, siue quintadecima, die 18. Lunæ, & quarta mensis, Luna apparuit post duas horas, & duo quinta; & in die 21. Lunæ, & septima Augusti post quatuor horas, & quatuor quinta noctis Luna suum ortum habuit; & huiusmodi computatio sumitur *ex Bonardo in tractatu della grandezza delle Sfere cap.*55. vbi habetur, quod eodem mõdo in prima nocte post coniunctionem Luna lucet qua-

tuor

tuor quintis, & ſic creſcendo procedit vſque ad diem quintamdecimam. Vnde ſumitur, quòd tempore prætēſi furti ad primam horam noctis Luna lucere notabili diſtantia temporis non poterat, & ſic de facto dicti teſtes de falſa cauſa conuincuntur.

Quartò, ex parte fiſci prætenditur, quòd dictus inquiſitus de menſe Iunij, & feſto Sancti Viti in Territorio Milonici, & propriè, vbi vulgò dicitur (*al Ponte*) diſrubaſſet duos Materanos, qui illum recognoſcunt, &c. dicitur, quòd non conſtat de delicto in genere; nam diſrubatio prædicta liquet ex aſſertione ipſorum diſrubatorum, & *Foller. in practic. crimin. in ver. Capiatur informatio, num.* 12. dicit, quod ad probandum latrocinium, etiam in ſtratis publicis cōmiſſum, eſt neceſſe vt pro-
15 betur, quòd diſrubatus fuit † viſus exire de Ciuitate cum tali quantitate pecuniæ, & deinde fuit ſtatim viſus redire plorans, &c. vt ibi, & vult finaliter ſentire, quòd non ſufficiat aſſertio diſrubati, & hoc optima ratione, nam aliàs multæ fraudes committerētur, vt *Maſcatell. in Prax. crimin. tit. de fur. num.* 50. vbi aliæ qualitates requiruntur de bona fama diſrubati, qui non ſit mendax, & veriſimiliter poterat habere bona ammiſſa. Et quoniam hic in caſu noſtro adeſt aſſertio tantum ſimpliciter rapinam paſſorum, ergo, &c.

Accedat ad detegendam innocentiam d. Inquiſiti, quòd Io. de Carica ſulo, vnus ex teſtibus prædictis, dicit diſrubatorem illum habere inter naſū, & oculum, neſcit ſiniſtrum, an dexterum, ſignum, ſeu cicatricem, & ex ipſo aſpectu apparet, dictum Inquiſitum non habere ſignum aliquod in facie, nec veſtigium, quòd antea fuiſſet, & quòd amplius ille eſſet nigræ barbæ, hic autem eſt quaſi flauæ; vnde dicta & aſſerta, facto maiorem in modum aduerſantur. Reſtat ergo dicendum ex omnibus prædictis, in hoc etiam dictum Inquiſitum eſſe innocentem, & in alijs prætenſis delictis in proceſſu deductis non eſſe faciendam vim aliquam, cùm ſint leuiſſimæ præſumptiones pro illis, & ex tortura ſufficienter illata omnia remanent purgata, & non relinquendum dici operepretium eſſe duco, Inquiſitum prædictum eſſe nobilem ex origine parētum, prout eſt probatum, in quem nobilem Clericum Iudex circumſpectè procedere debet, ad differentiam plebei, vt dicit *Genuen. in praxi Archiepiſcopali Neapol. tit. de Clericorum nobilium pœn. cap. 30. in princip.* Ita quod ex omnibus iam dictis innocentem eſſe iudicandum cenſeo dictum Inquiſitum, &c. ſaluo ſemper, &c.

Horatius Perſius I. C.

Die 22. menſis Martij 1614. dictus Subdiaconus fuit abſolutus. Verùm pro attentato recaptu, & fractura carceris, cū conſpiratione, de qua non loquuti ſumus, cùm non habebamus exceptionē, fuit condemnatus ad remigandum per quinquennium; Vicario Generali Domino D. Antonio de Mattheis, &c. à quo ſeruitio receſſit ad Terram Pomarici, & ibi quietè viuendo conſecutus fuit ſacerdotium.

CONSILIVM XIX.

Pro Clerico Horatio Tricchinella Terræ Romarici inquiſito de homicidio, receptatione bannitorum, participatione furtorum, ac de auxilio præſtito ad fracturam carcerum dictæ Terræ conſocijs, qui fuerunt ſuſpenſi.

ARGVMENTVM

Corpus delicti hominis occiſi quomodo debeat conſtare, & an confeſſio rei iudicialis ſufficiat; & multa de confeſſione extraiudiciali; & de informatione captà per Iudicem laicum, quam probationem faciat contra Clericum coram ſuo competenti, & de purgatione per torturam.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Corpus delicti hominis occisi non dicitur constare nisi cadauer subijciatur oculis Iudicis, cùm possit, nec sufficiunt, si testes viderint, & deponant.*

2 *Confessio rei iudicialis non sufficit, nisi constet legitimè de corpore mortuo.*

3 *Fama publica debet esse inconcussa, solida; excellens, non vaga, non contraria, &c.*

4 *Delicti caussa cessante, cessare debet omnis delicti præsumptio.*

5 *Confessio extraiudicialis facit indicium ad torturam, sicut fama publica in delictis occultis, & difficilis probationis.*

6 *Iudex Ecclesiasticus non tenetur stare informationi capta per incompetentem contra Clericum, nisi quoad aliqualem informationem.*

7 *Repetitio socij criminis est facienda in tormentis specialiter quoad consocium.*

Dirigat Dominus verba mea.

CLericus Horatius Tricchinella Terræ Pomarici inquisitus de pluribus delictis, pro quibus de tradendo eum Curiæ sæculari tractatur; & in primis quòd vna simul cum Ferdinãdo Ciardullo interuenisset ad homicidium perpetrandum in campanea, in primo die veneris Quadragesimæ anni 1613. in Territorio Montis Caueosi, in contrata della Stirpina, in personam cuiusdã Ioannis de Amenta Terræ Turturellæ Vaccarij, & contra eundem Clericum adsunt duo testes, qui recognoscunt eum, & fuit vnus de duobus, qui ceperunt dictum Ioannem cum armis à loco vbi aderat ad custodiam Vaccarum, & duxerunt à longe, & de die sequenti repertus fuit dictus Ioannes occisus prope siluam. Adest fama publica, ac confessio extraiudicialis ipsius Clerici, & tamen est dicendum, quòd in hoc capite Curia non potest formare specialem inquisitionem contra dictũ Clericum, nec eum citare, casu quo nõ esset in fortijs, ex quo non constat legitimè de corpore delicti in genere. Sumus enim in delicto, de quo post factum remanerent vestigia, & in hoc non per coniecturas, & indicia constat illius corpus, sed debet constare per liquidas, & plenas probationes, & non
1 dicitur constare † de delicto, nisi Iudex vel illius Curia corpus oculis subijciat, ad hoc vt Iudex sit certus de homine mortuo; & non potest procedere, nisi viderit corpus, quod proprijs oculis subijci potest; & in tantum est hoc verum, quod procedit etiam si habeat testes deponentes de visu super homicidio commisso; hæc sunt congesta per *Farinac. de Inquisition. quæst. 2. n.* 6. vbi allegat *Brun. de Indic. 2. par. quæst. 5. num. 10. Clar. quæst. 4. vers. quando verò, Blanc. in prax. in princip. num. 3.* cum alijs, &c. & hęc est communis praxis, vt *Clar. ibid.* Cum ergo in casu nostro corpus delicti non subiecit oculis Iudicis, nec alterius de Curia, & potuit subijci, etiam quod testes vidissent homicidium, prout non viderunt, non dicitur constare delictum in genere, & procedi non potuit, *ad text. in l. prima, §. Item illud; ff. ad Syllanian.* Et in tantum est hoc verum, quod defectus probationis corporis delicti non sup-
2 pletur per Rei confessionem † dicentis se deliquisse, nisi aliter de homine occiso constaret, *Farinac. ibid. num. 7.* vbi debet intelligi de confessione Iudiciali, & eo maximè; ergo in casu nostro, in quo adsunt prætensæ confessiones extraiudiciales, quæ de earum natura quando sunt legitimæ probatæ, indicant tantùm ad torturam, vnde hic ad nihil pro fisci intentione valent, cum deficiat fundamentum, & per eandem rationem corruit prætensa fama publica probata, quæ adhuc non est, vt esse
3 debet, inconcussa, † solida, excellens, non vaga, non læuis, & non contraria, vt dicit *Mascard. de probation. vol. 2. concl. 748. num. 10.* Nam Angelus Ca-

patius

patius teſtis fiſci deponit de fama pu-
blica contra Ferdinandum Ciardullũ
& non nominat dictum Clericum. *Si-*
militer dicta fama habuit ortum ab ini-
micis dicti Ioannis de Armenta, ſcili-
cet à Ioanne Camillo Cancellerio, cũ
quo habuit verba iniurioſa in platea
publica, qui potuit hoc agere malitio-
sè, & ad ſe exonerandum, ſiquidem
contra eum erat præſumptio, & habe-
ret aliqualem cauſam perpetrandi de-
lictum; ſed dictus Clericus penitùs
nullam habebat cauſam committendi,
4 & ceſſante † cauſa delicti, ceſſare etiam
debet omnis delicti præſumptio, quia
ſine cauſſa nemo delinquit, vt *Farinac.
de indic. & tortur. q.* 50. *num.* 31. *& q.* 52.
num. 150.

Secundò, prætenditur contra eun-
dem Clericum, quòd conuerſationem
habuiſſet cum Iulio Lauria, & Ioanne
Camillo Longo, publicis bannitis, &
diſrubatoribus ſtratarum, & quod di-
ctus Clericus guidaſſet, participaſſet
de furtis, & recaptis, ac cum illis per
campaneam armaſſet ad modum fora-
ſcitorum. Sed eſt præſciendum, quòd
d. Clericus cooperatus fuit ad captu-
ram dictorum Iulij, & Io. Camilli, qui
vt publici latrones fuerunt laqueo ſu-
ſpenſi, & proinde mater, ſoror, frater, &
vxor reſpectiuè dictorum Iulij, & Io.
Camilli teſtes examinati ſunt, inimici
capitales dicti Clerici, & ex eorum de-
poſitionibus in proceſſu ſumitur, quod
ex conuerſatione, quam habuiſſent di-
cti Iulius, & Io. Camillus cum d. Cleri-
co fuiſſent denique ſuſpenſi; vnde quis
non exiſtimet dictos teſtes eſſe inimi-
cos, & odioſiſſimos, & à teſtimonio
penitùs repellendos? vt *in l.* 3. *ff. de
teſtib.* Imò ſunt tales, qui vellent quòd
dictus Clericus ſimiliter laqueo ſuſpẽ-
ſus fuiſſet, vt infamia eſſet communis,
& ſic vindicta ſuorum ſumerent.

Non eſt ergo aduerſus has legitimas
præſumptiones aliquid dicẽdum, nam
palpantur; & quò ad confeſſiones ex-
traiudiciales non ſunt legitimè proba-
tæ, nam teſtes ſaltim duo non ſunt cõ-
teſtes de eodem loco, & tẽpore prout
ſumitur ex depoſitionibus eorum, ſed
quando eſſent tales, adhuc dicta con-
5 feſſio non faceret indicium † niſi ad
torturam, vt *Farinac. de reo confeſſ. &
conuict. quæſt.* 81. *num.* 209. Sic etiam
dicimus de fama publica, quòd quan-
do eſt legitimè probata, habeatque
ortum ex aliqua veriſimili cauſa, & in
delictis occultis, & difficilis probatio-
nis, faciat indicium ad torturam, *Fari-
nac. de indic. & tortur. quæſt.* 47. *num.* 11.
& 12. quę omnia extant purgata ex
tortura ſufficienter illata. Nec in ſcrip-
tura vbi ſunt deſcripta bona, &c. eſt fa-
cienda aliqua vis ex parte fiſci, poſt-
quàm ex lectura ipſius apparet fuiſſe
ſcriptam in facto aleno, & Ferdinandi
Carazzæ, penès quem fuit reperta, &
qui cùm ad indultum aſpirabat, erat
neceſſe, vt haberet memoriam de om-
nibus patratis, ad finem illa publican-
di in Tribunali, aliàs in non confeſſatis,
non gauderet indultu, prout omnes
ſciunt in huiuſmodi materia non igna-
ri. Ita quòd in hoc non eſt delictum,
& puram veritatem dictus Clericus faſ-
ſus eſt ſcripſiſſe, ſcilicet ad finem iam
dictum. Imò & inſuper dicẽdum, quòd
& ſi dictus Clericus confeſſus eſſet ex-
traiudicialiter participaſſe furtis, & cõ-
uerſationem habuiſſet, & auxilium
præſtaſſet dictis publicis latronibus, di-
co quòd & cum hic (dato, & non con-
ceſſo) quod tractaretur de delictis fa-
cti tranſeuntis, quod adhuc debet li-
quere de delicto in genere, ſaltim per
indicia, & coniecturas ad finem proce-
dendi, & quod confeſſio eſſet iudicia-
lis ad finem condemnandi, vt *Farinac.
de inquiſition. quæſt.* 2. *num.* 7. nam con-
feſſio extraiudicialis nihil aliud agit, ni-
ſi indicium ad torturam, vt ſupra dictũ
eſt, & dicere contrarium daretur abſur-
diſſimum. Vnde cùm dictus Clericus
eſſet tantùm indiciatus, ſequitur ergo
quòd cum tortura purgauit indicia,
quatenus laboraſſent contra illum.

Ter-

Tertiò, Quòad auxilium præstitum in fractura carcerum Terræ Pomarici; affertur fama publica, quod interuenisset, & confessio extraiudicialis, quæ tãtùm indicarent; & quanquam adsint depositiones Iulij Lauriæ, & Io. Camilli Longi suspensorum, ac Lucæ Ferrarij, qui essent omnes socij criminis, & non obstant, tum quia depositiones dictorum suspensorum factæ coram incompetenti respectu dicti Clerici, non probant in tribunali Ecclesiastico, ex quo
6 illis non tenetur † Iudex competens stare, nisi quò ad aliqualem informationem, vt *Carauit. in rit. 235. num. 12. Clar. quæst. 36. num. 44. vers. vltimò quæro:* tum quia dicti testes non sunt repetiti respectu dicti Clerici, & repetitio dictorum suspensorum, & examinatio d. Lucæ, vt sociorum criminum debe-
7 bat fieri in tormentis † specialiter quò ad ipsum Clericum, vt *Farinac. de indic. & tortur. quæst. 47. num. 134. & 137* quanquam possit dici, quod respectu mortuorum repetitio non sit in consideratione, ex quo probarẽt, cùm mors habeat vim iuramenti, vt *Farinac. de testib. quæst. 72. num. 129. & seqq.* tandem, *num. 133.* tenet cum *Nacta consil. 395. num. 21. & seqq.* quod nihil probent etiam quòad indicium, præsertim in criminalibus; quæ tortura specialis fuisset danda à Iudice competenti dicti Clerici dictis consocijs, præcedente legitima repetitione in præsentia Iudicis sæcularis, & in eius Curia, in cuius posse consocij reperiebantur, postquàm alio modo præstari non poterat. Et quoniam nihil de supradictis ergo, &c. in tantùm quod omnia prætensa indicia remanent purgata, & proinde dictus Clericus debet absolui. Et ita Iuris esse, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius I. C.

Die 22. mensis Martij 1614. dictus Clericus fuit ab omnibus absolutus; verùm pro homicidio fuit condemnatus relegatus per quinquennium in locum declarandum in diœcesi; & fuit laudata sententia, Vicario Generali Domino D. Antonio de Mattheis aliàs memorato.

CONSILIVM XX.

Pro V. I. D. Horatio Martha Iudice criminali M. C. V. & alijs Ciuitatis Grauinæ, citatis per Episcopalem Curiam ad dicendum causam quare non debebant declarari incursos in Bulla Cœnæ Domini ob citationem Clericorum.

ARGVMENTVM

Iudex Laicus potest citare Clericum vti laicum, & ille tenetur comparere, & petere remissionem. Verùm si reperiatur in fortijs sui competentis, non tenetur, & in hoc casu Iudex laicus vti ignarus citatum esse Clericũ, non incidit in Bullam Cœnæ Domini, neque instigatores etiam scientes.

SVMMMARIVM

1 *Iudex laicus potest citare Clericum, vti laicum, qui tenetur comparere, & suum allegare clericatum, & remissionem petere.*
2 *Clericus in fortijs Episcopi, citatus à Iudice laico, non cogitur comparere personaliter, verùm remissio peti debet, quæ est concedenda.*
3 *Clericus, vt à Iudice laico inquiratur, non facit, vt illius inuestigatores in Bullam Cœnæ Domini incidant, quanquam peccent.*
4 *Iudex laicus inquirens, vel citans Clericum sibi notorium, incidit in Bullam Cœnæ Domini.*
5 *Appellatio à declaratoria excommunicationis suspendit executionem sententiæ, quod fallit in notorijs.*
6 *Notorium est, quod ex actis, & processatis constat.*

Diri-

Dirigat Dominus verba mea.

VI. I.D. Horatius Martha Iudex Criminalis M. C. V. Commissarius deputatus per S.E. ad instantiam Illustriss. Ducis Grauinæ ad capiendas informationes contra Sindicum, & Electos, ac alios dictæ Ciuitatis, fecit citare aliquos laicos ad informandum, qui prætendunt esse Clericos. Vnde ad instantiam Promotoris fiscalis, Curia Episcopalis dictæ Ciuitatis decreuit, ac relaxauit citationem contra dictum Commissarium, ac eius Actuariũ, instigatores, & complices, vt sub pœna excommunicationis ipso Iure, ipsoque facto incurrenda, quæ in scriptis ad cautelam feritur, non procedant contra præfatos Clericos, nec procedi faciant, sed acta ad ipsam Episcopalem Curiam transmictere habeant statim, & incontinenti; & quoniam tam dictus Commissarius, & Actuarius, quàm Lutius Pandus, Franciscus Maioranus, Ludouicus Maioranus, ac Nuntij, seu Satellites immiserunt falcem in messem alienam, sunt citati ad dicendum causam quare non debeant declarari incidisse in excommunicationes inflictas à Bulla Cœnæ Domini.

Et per d. Episcopalem nullo modo potuit procedi, prout processit, ex quo d. Commissarius, vigore Ritus M.C.V.
1 65. potuit citare Clericum vt laicum, † siquidem ex actis non constet eum esse Clericum, nec aliquo modo est vt talis notus Commissario. Vnde quanquam talis sit, tandem vigore d. Ritus, & Rit. 235. tenetur comparere coram Iudice citanti, & suum Clericatum allegare, prout etiam dicit ibidem *Carauit.* Nec indiget alia expositione, cum passim quotidiè obseruatur in d. M. C. V. Ita quod cùm d. Commissarius vsus sit Iure suo, & lege permictẽte non potest aliquo modo redargui. Benè verum est, quòd si hoc fecisset scienter incideret in peccatum, ac etiã in censuras. Sed quoniam hoc in casu nostro dependet à conscientia Cõmissarij, propterea non est discutiendum. Et quanquam dictus Commissarius sit sciens factus post citationem; adhuc debet seruari Ritus prædictus 65. cùm non sufficiat peti remissio per Episcopum, sed per ipsum Clericum comparentem, & edocentem de Clericatu legitimè; benè verum est, quòd huiusmodi cognitio est extraiudicialis; &
2 quando Clericus esset in fortijs † Episcopi, & peteretur remissio, esset concedenda, prout dicit *Tap. in d. Rit. 65. n. 1. tit. de Episcopis, & Cleric. in Iure Regni.* Vnde per Curiam Episcopalem non potuit fieri præceptum sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, prout fecit, quoniam esset destruere Ritum prædictum, & obseruantiam M.C.V. in casu prædicto, quæ in dies practicatur.

Nec pro eisdem rationibus potuit Commissarius, & cæteri citari ad dicẽdum causam quare nõ debeant declarari incidisse in censuras Bullæ Cœnæ, cùm citatio ad informandum contra prætensos Clericos fuit ignoranter, vt præsumitur relaxata, qui Clerici prætẽsi debent in petitione remissionis Ritũ prædictum obseruare.

Nec etiam Lutius Pandus, & cæteri
3 instigatores † potuerunt citari ad dicẽdum causam quare, vt supra, nam & si scienter hoc egissent, peccarent tantũ, sed non inciderent in Bullã Cęnæ Domini, & pręsertim in excommunicationem 15. in ordine incip. *Quiue ex eorum pratenso officio, &c.* nam d. excommunicatio habet locum in illis, qui autho-
4 ritate officij † hoc agunt, & non extenditur ad illos, qui trahi faciunt, & procurant, prout perbenè declarat *Sayr. in Thesaur. cas. conscient. lib. 3. sub tit. de Iudicib. secul.* qui personas Ecclesiasticas ad sua tribunalia trahunt, *cap. 19. n. 6.* vbi per hæc verba: *Illa autem verba. (trahi faciunt, aut procurant) coniũgi debent cum illis primis verbis Canonis (Ex eorum pratenso officio.)* Vnde solùm cõprehendunt eos, qui authoritatiuè faciunt

ciunt trahi, aut trahunt, aut procurant trahi, adeò vt ipsa met pars, quæ hoc procurat, non incideret in hanc censuram; & ita etiam intendit, *Nauarr. de Excommunic. Bulla Cœna Domini, cap.27. num.71. vers. declaratio prima.* Vnde est clarum, quòd tam d. Commissarius, & Actuarius, quàm etiam d. Lucius, & socij instigatores nō inciderunt in Bullam, & nulliter fuerunt citati, & absque fundamento. Et per consequens per d. Curiam Episcopalem non potest procedi ad excommunicationem in vtroque casu, scilicet tam in primo, si acta contra prætensos non fuerunt transmissa statim, quia debet peti remissio seruata forma Ritus; quàm in secundo, ex quo Bulla Cœnæ non habet locum.

Verùm si per d. Curiam fuerit processum ad declarationem tam in 1. quā in 2. cap. debet appellari à declaratoria,
5 quæ appellatio † suspēdit excommunicationes nō solùm à Iure, sed etiā in præcepto hominis contentas, ita dicunt *D. Ancharan. & Franc. in cap. is cui, de sentent. excommunic. in 6. Idem Franch. in cap. pastoralis §. verùm, num. 27. de Appellat. Nauar. in relectione cap. cùm contingat de rescriptis, quinta decima causa, num. 1. & per totum, ac in consil. 6. num. 3. & consil. 9. num. 5. de sentēt. excommunicationis.*

Et quanquam possit opponi, quòd in facto notorio non suspenditur excommunicatio per appellationem à declaratoria, vt *in cap. peruenit de Appellation. & per Innoc. Ant. Abbat. Frāch. & Præposit. in d. §. verùm.* Tamen respectu dicti Commissarij exteri, & penitus
6 ignari de prætensis Clericis, † notoriū est quòd ex actis, & processatis coram ipso resultaret, ita *Menoch. de Arbitrar. cas. 166. num. 6. cum ibi allegatis.* Vnde apparet per d. Episcopalem Curiam non potuisse procedi; & in casu processionis ad vlteriora, appelletur ad hanc nostram Metropolitanam, vt sup.

Horatius Persius I.C.

Visis, & discussis supradictis allegationibus, non fuit per Curiam Episcopalem Grauinen. processum ad vlteriora, prout renunciauit mihi V.I.D. & Canonicus Marius Fasianus dictæ Ciuitatis.

CONSILIVM XXI.

Pro D. Rainaldo Aspello Terræ Pomarici, inquisito de Iniurijs, pugnis, & verberibus illatis cuidam in actu defensionis possessionis V.I.D. Io. Francisci Aspelli sui fratris.

ARGVMENTVM.

Possessio potest defendi propria authoritate contra volentem occupare de facto. Imò ad illam defendendam possunt vocari socij, extranei, vicini, & coniuncti. & omnes sunt impunibiles, sicut ipse principalis, dummodo non excedatur in defensione.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum vti possidetis nititur naturali æquitate.*

2 *Possessor iustus, & iniustus est tuendus in possessione, in qua reperitur.*

3 *Possessio potest defendi propria authoritate, tamen cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

4 *Possessio à pedum positione dicitur.*

5 *Possidenti licitum est vulnerare in itinere illum, quem scit deliberatè accedere ad fundum pro capienda possessione de facto.*

6 *Excessus in rixa in modico non punitur.*

7 *Possessor, cui est licitum propria authoritate se defendere, & recuperare possessionem, potest conuocare amicos, & coniunctos, vt eorum opere adiutus eam recuperet, & non veniunt puniendi.*

8 So-

8 *Socij itineris, vicini, & alij, vt infra, impunè possunt repellere alterius iniuriam.*

9 *Armorum delatio permissa Clericis pro defensione proximi.*

Dirigat Dominus verba mea.

DVm Doctor Io. Franciscus Aspellus Terræ Pomarici erat, prout est, in possessione cuiusdam cellauinariæ, in qua vinum habebat, & exinde illud portari faciebat; accessit quidam Octauius Carusius, vt procurator prætensus Victoriæ Carusiæ, ad dictam cellauinariam, & intendebat eijcere dictũ Aspellum, prout verbis eiecit, qua de re dictus Aspellus illum baculo percussit; & D. Rainaldus frater, qui cum illo erat, pugnis, vt in possessione defenderetur.

Quæritur vtrum d. D. Rainaldus veniat aliquo modo puniendus à Curia Archiepiscopali, à qua reperitur per hæc inquisitus, & detentus; & dicitur quòd non. Sed pro rei veritate indaganda, sunt prænarranda Iura dicti Doctoris, à quibus pendent leges d. Rainaldi.

Est equidem dicendum, quòd hoc interdictum, vti possidetis, est remediũ defensorium, nam Prætor prohibendo fieri possidenti vim, defendit ipsum in
1 possessione; vnde hoc † interdictum nititur naturali æquitate, cùm defensio sit de Iure naturali, ita dicit *Marant. ex l. 1. § quod ait prætor, ff. vti possidet. in tract. de remed. possessor. num.* 74. Ex quo *tex.* prædictus, iuncta *l. 2. ff. eod.* di-
2 cit, quòd non solùm iustus, † sed iniustus possessor est defendendus in possessione sua, & non est de facto ab illa remouendus, *cap. licèt Episcopus, de preb. in 6. Menoch. de adipiscend. possess. remed. 4. num.* 448. quæ habent locum etiam in prædone, vt *ibid. num.* 564. sed non quando esset notorius, & ex actis constaret, vt *Menoch. recuperan. rem. 1. num.* 113. Ratio est, quia eo ipso, quo possidet habet plus Iuris, quàm is, qui non possidet; & hinc dicimus quòd etiam prædo tuendus est in possessione sua, concordat *tex. in cap. in literis*, & ibi plenè per *Abb. & DD. de restitution. spoliat.* & refert *Marant. ibid. num.* 89. *Maluasia consil. 54. num.* 1. quibus Iuribus addo *tex. & glos. in l. 1. ver. Rectè, C. vnde vi*, vbi *Bal. Salyc. & Angel.* per quem
3 *tex.* propria † authoritate possessionem defendi posse habetur.

Sed à parte aduersa responderi potest, quòd per d. *tex. l. prima, C. vnde vi*, defensio est facienda cùm moderamine inculpatæ tutelæ; & quoniam hic non fuit seruatus ordo defensionis, & legis; nam baculo, & pugnis multis fuit affectus dictus Octauius, ergo prout excedentes in defensione, pro excessu puniri debet d. D. Rainaldus, ad tradita per *Bald. in repetit. d. l. prima, C. vnde vi, num. 27. ver. nono quæritur*. Tamen respondetur, quòd fuit omninò seruatus ordo dictæ legis, nam d. Octauius intrando cellauinariam animo capiendi possessionem, turbauit Doctorem, & hæc est prima vis turbatiua; deinde alta voce dicens pluries (*Che fate voi quà?*) intentauit vim expulsiuam, à quibus viribus non erat cautum dicto Doctori possidenti verbis se defendere, & tueri in possessione, sed verberibus; ex quo cùm dictus Octauius persistebat intus cellauinariam, per actum stãdi capiebat actualem, & corporalem
4 possessionem, cùm possessio dicatur † à pedum positione, *l. 1. ff. de acquirend. vel amittend. possess.* & huic actui erat resistendum non aliàs, quàm cùm verberibus. Et in tantùm est hoc verum,
5 vt si constet possidenti † aliquem velle accedere ad fundum suum pro capienda possessione, & non præsumeretur, quod pœnituisset, ex quo deliberauerat velle ire, licitum est vulnerare eum in itinere, ita dicit *Bald. in repetit. d. l. prima, C. vnde vi, num. 37. vers. septimò quæritur*. Et quoniam dictus Octauius efficaciter accessit ad possessionem, ergo sumus in casu explicito, & fortiori, in quo verberare licebat. Nec potest

dici, quòd dictus Octauius multa recepit, vnde fuisset excessum in defensione, ex quo licitum est defendenti se hoc modo defendere, & donec, & quousque turbans, & inuadens possessionẽ se disponat relinquere vacuam, & expeditam possessionem possidenti, nec Iudicis arbitrium in hoc potest secus regulari ex regula, quòd quando conceditur aliquid, videtur esse concessum id totum, per quod peruenitur ad illud, *l. oratio, ff. de sponsalib.* Accedat, quod defensio prædicta non poterat esse minus, quàm cum baculo, & pugnis, &
6 dato † citra præiudicium veritatis, quod esset excessum, tamen cum esset in rixa, & in modico, non meretur aliquam pœnam, vt dicit *Gramat. consil. criminal.* 56. *numer.* 17. *& seq.* & refert *Baiar. ad Clar. §. homicidium, n.* 107.

Viso ergo sicut dicto Doctori fuit licitum se defendere modo, vt supra, restat videre an dicto D. Rainaldo fuit etiam & licitum? & dicitur quod sic;
7 nam est clarum in Iure, quòd cui † sua authoritate possessionem ablatam recuperare licet, amicos etiam conuocare potest, vt eorum opere adiutus eã recuperet, ita respondit *Alexan. consil.* 94. *num.* 12. *libr.* 5. & docuit *Socc. sen. in l. rem quæ nobis, num.* 8. *de acquirend. possess. remed.* 9. *quæst.* 19. & refert *Menoch. de adipiscend. possession. remed.* 6. *n.* 6. vbi *num.* 5. habetur, quòd nec adhibiti socij pœnam merentur, ita respondit *Capoll. consil.* 4. *colum. penult. in criminalibus, & idem Menoch. de Arbitrar. quæst.* 80. *num.* 182. *& cas.* 347. *num.* 15. *de Ponte consil.* 98. *num.* 31. *& seq.* Et si licet conuocare amicos, eo maximè coniunctas personas, quæ tenentur defendere coniunctos, vt latiùs dicit *Gramat. consil.* 68. *num.* 4. & refert *Clar. §. homicidium, num.* 22. *vers. Item locum.*
8 Imò, † & socius itineris potest defendere socium iniuriatum. Et ratio est, quia iniuria communis est, vt notatur *ff. de iniur. l. item apud Labeonem §. tenetur,* & dicit *Bald. in repetit. d. l. primæ, C. unde vi, num.* 24. *vers. sextò an quis possit, & Petr. de Ancharan. in cap. dilecto filio, de sentent. excommunic. in 6. in princip.* multos refert casus, in quibus alterius iniuria repellitur licitè ab alio, & præsertim à vicino. Imò pro defen-
9 sione proximi permittitur Clericis † vsus armorum, *Panorm. in cap. Clerici de vita, & honest. cleric.* & possunt secum deferre familiares armatos ad eorum defensionem, *Dec. consil.* 151. *num.* 22. licèt aliàs Clericis arma deferre sit prohibitum, & per satellites Iudicis secularis possint carcerari, armis spoliari, & remitti ad Iudicem Ecclesiasticum absque vllo incursu censurarum, *Panorm. cap. vt famæ, de sentent. excommun. Nauarr. consil.* 27. *eod. tit. Riec. in prax. pœn. resolut.* 314. *num.* 4. vbi refert *decis. Viu.* 27. quanquam circa spoliationem armorum, *Genuens. in prax. Neapolitan. cap.* 75. *num.* 6. teneat contra. Et sublato, quòd dictus D. Rainaldus non esset frater, saltim esset socius, vel vicinus in actu iniuriæ ipsius Doctoris, siquidem quando casus accidit, erat simul cum fratre. Ex quibus omnibus concluditur, dictum D. Rainaldum esse absoluendum, & impunibilem declarandum, prout ita iudicandum censeo, saluo semper, &c.

Horatius Persius I. C.

Die 22. mensis Septembris 1614. Vicario Generali D. D. Antonio de Mattheis fuit iudicatum, quòd detentio per Ciuitatem Materanam per paucos dies succedat in locum pęnæ, &c.

CONSILIVM XXII.

Pro D. Io. Petro de Cillo Terræ Cancellariæ inquisito de stupro commisso in virginem.

ARGVMENTVM

Corpus delicti in stupro puellę quomodo probandum, & per quot obstetrices. Multa in materia repetitionis testium, ac

ac variationis, contrarietatis, & additionis in repetitione.

Correctio testis quando detur, & quando concordia inter testem, & partem, quando testes possint repeti, tam ad finem declarandi, quàm addendi. Testes infames non admictuntur sine tortura; & inhabiles quando admictantur.

SVMMARIVM

1 *Corpus delicti ante omnia debet constare.*

2 *Corpus delicti in stupro puellæ quomodo probetur.*

3 *Obstetrices seu alij periti quot debeant esse pro probando delicto in genere.*

4 *Testis dicens in repetitione se non recordari ita dixisse in primo examine, nihil probat.*

5 *Stupratæ dictum nihil operatur, nisi in tortura purgata fuerit eius infamia.*

6 *Testis vnicus, & contrarius in eodem testificatu, quando iurauerit dicere veritatem super tota causa, nihil probat.*

7 *Testis dicens nihil velle addere primò examini, & deinde addit contraria est de falso suspectus.*

8 *Iudex ecclesiasticus non tenetur stare informationi capta per Iudicem laicum contra Clericum.*

9 *Testis dicens hoc tantum scire nihil postea potest addere.*

10 *Testis correctio ex interuallo non admictitur.*

11 *Concordia non datur inter partem, & testes, ad effectum vt probent.*

12 *Testes officio Iudicis possunt repeti, tam ad effectum, vt declarent, quàm vt addant, cum distinctione, vt infra, & resolutione.*

13 *Lenones, & lenæ non debent admicti in testimonium sine tortura.*

14 *Testis inhabilis admictitur vbi aliàs veritas haberi non potest, si deponant de gestis per alios, secus per ipsos.*

Dirigat Dominus verba mea.

DOminus Io. Petrus de Cillo Terræ Cancellariæ inquisitus de stupro commisso in personam Lucretiæ de Otranto virginis, debet absolui, & liberari, ex quo nihil ex processu apparet legitimè probatum. Et reassumptis informationibus, scilicet tam capta à Capitaneo d. Terræ, quàm à Curia Archiepiscopali ex testium repetitione est dicendum.

Primò, Corpus delicti in genere non constare, & cùm hoc deficiat, corruit † totum, ad *tex.* ad quem omnes habent manus *in l. 1. §. Item illud, ff. ad Syllanian.* Probatur enim corpus delicti † in stupro commisso cum virgine per obstetrices, quæ videant puellam in claustris virginalibus corruptam fuisse; ita dicit *Farinac. de Inquisition. q. 2. num. 24. ex Clar. quæst. 4. num. 3. vers. quomodo verò in fin.* & cùm dicitur per obstetrices, † & in numero plurali, opus est, vt saltim duæ existant, cùm pluralitas duorum numero contentatur, *cap. pluralis locutio, de regul. Iur. in 6.* & ita in similibus *Carrer. in pract. crimin. §. Circa, num. 329.* loquens in Ciuitate, & loco, vbi sint plures; nam si vnus tantum adesset medicus, vel peritus, illius dicto standum esset; verùm si iste vnus non esset bonæ famæ, non staretur. Et quoniam in dicta Terra Cancellariæ sunt plures obstetrices, scilicet Balsama de Amelia, & Hyppolita Picciana, vt constat in processu fol. 5. restat vt ab ambabus recognitio fieri debeat. Et quanquam possit dici quod fuit à dictis iugiter facta de ordine Capitanei, tamen respõdetur, quod dicta Hyppolita in repetitione negat, & dicit se non recordari fecisse recognitionem prædictam, nec alias. Vnde restat, quod nihil probet, † quanquam saluetur à contrarietate, tam si primum examen esset, quàm non esset legitimũ, scilicet non citata parte ad videndum iuramentum, &c. & vltimum vtique, ita

ita dicit *Farinac.de testib.quæst.67.num.* 330. Remanet ergo sola Balsama, quæ præter quod sit vnica, etiam si essemus in loco vbi tantùm ipsa adesset, non esset credendum eius dicto, siquidem non solùm non est bonæ famæ; verùm pessimę, ex quo constat Archiepiscopali Curiæ fuisse pluries inquisitam, vt maleficam, & pro tali abiuratam, ac etiam repulsatam in processu contra D. Donatum Antonium Pelosa de eadem Terra,& materia inqusiitum. Vnde liquet corpus delicti in genere non esse probatum.

Secundò, Nec etiam in specie dictum stuprum contra inquisitum legitimè constat, nam testes repetiti sunt varij,vacillantes, & de falso suspecti; & apprimè depositio Lucretiæ principalis prætensæ stupratæ nullius est roboris, postquam asserenti se esse stupratã cum alijs adminiculis,facit indicium
5 contra stuprantem, siquidem † stuprata, sicut omnes alij socij criminis, ob delicti confessionem redditur infamis, & nunquam admittitur sine tortura, vt dicit *Farinac. de Indic. & tortur. q. 43. numer. 99. & 134.* latius probat. Cùm ergo dicta Lucretia non reperitur torta,nec in suum,nec in caput alienum, scilicet dicti Ioannis Petri, nihil contra ipsum operatum

Nec Beatrix, & Domincica de Guglielmutio testes repetitæ aliquid legitimè probant in eo quòd viderunt dictum D. Ioannem Petrum ingredi domum Rosæ, & Dianæ, vbi præsupponitur stuprum commissum, nam dictæ mulieres sunt variæ, & testis varius
6 & contrarius in aliqua parte in totum reputatur varius,& contrarius, & nihil probat, nam varietas, & contradictio in eodem testificatu notoriè arguit calumniam, & falsitatem testis, vt *Aretin. in cap. in nostra, num.5. & seqq. & ibi Abb.num.9.ext. de testib,* & refert *Farinac. eod.tit. quæst.66. num.19.* Et non solùm si esset variatio in facto principali, verùm etiam & in accessorij, quando iuratum est dici veritatem super toto causa,& hoc ratione iuramẽti,quod est indiuiduum, *Farinac. ibidem num. 27.* Et quoniam dictæ mulieres in repetitione ratificant primum examen sibi ipsis lectum, in quo super toto facto, & causa fuerunt examinatæ, & dicunt nolle illi aliquid addere,vel minuere,
7 ergo si dicant † aliquid addendo, vel variando, & contrariando,tam in principalibus,quàm in accessorijs,nihil probant, imò sunt de falso suspectæ, & puniendæ,tam in eisdem depositionibus, quàm in diuersis, vt *Farinac. d. quæst. 66. num.59.& seqq.* Et si fuerit dictum
8 quod depositionibus † factis coram Capitaneo,& Iudice incompetenti;nõ teneatur stare Iudex Ecclesiasticus cõtra Clericum, vt dicit *Clar.quæst.26.in fin.*& iuramentum ibi pręstitum sit nullum respectu d.D.Ioan. Petri, tamen quia fuit ratificatum examen coram Ecclesiastico, restat vt illud sit approbatum,vt iacet,&

In primis hic variatur per dictas mulieres de Guglielmutio circa præsentiã Rosæ, nam in primo examine deponũt fuisse præsentem, & in repetitione negãt,& aduersantur depositionibus Lucretiæ principalis,& Magistri Francisci Antonij de Nuce testis repetiti,qui deponunt,& affirmant dictam Rosam fuisse præsentem, & illam cum Diana eius matre vocasse Lucretiam,&c.

Et quanquam Beatrix circa præsentiam Rosæ in repetitione examinis dicat non fuisse præsentem, & deinde dicat nihil dicto examini ratificato velle addere, vel minuere, tam dicta Dominica soror, lecto sibi examine simpliciter approbat illud,& dicit nolle aliquid addere, vel minuere, & postea interrogata,dicit nõ fuisse præsentem Rosam, sed Dianam tantùm,& istam vocasse Lucretiam, & postea in fine eiusdem examinis dicit de eadem vocatione non recordari; vnde quis dubitet dictã Dominicam in eodem examine, & iudicio non esse variam, & sibi ipsi contradicentem? Et quò ad illud,scilicet de ingressu d. D. Ioannis Petri ad domum

mum dictarum Rosæ,& Dianæ,& paulò post Lucretiæ, est etiam dicendum, quòd dictæ mulieres sint variæ,& contrariæ, & nihil probent; ratio videtur dicenda, nam illa verba,non velle addere,nec minuere aliquid, sonant tantum,quantum si diceret testis ipsa,hoc tantùm scire, & hoc tãtùm scire verum
9 esse,quo casu nihil addi † potest,sed reputatur testis varius,contrarius,& non probat,vt dicit *Farinac.de testib.quæst. 67.num.365.* Eo maximè, quando testis loquutus fuit cum parte, vt ibid. & quanquam in processu non constet partem fuisse loquutam cum testibus, tandem sumus post publicationem primi examinis in foro laicali,& in hoc casu testis non potest se corrigere, quia tunc correctio dicitur facta ex interual-
10 lo, † & præsumitur testis loquutus cũ parte *Farinac. d. quæst. 66. num.* 254. Vnde non sine magna suspitione falsitatis mulieres recedunt à primo examine. Et quo ad præsentiam dictæ Lu-
11 cretiæ principali, & inter testes, † & partem non datur concordia,sed testes tanquam falsi nihil probant, ad tradita per *Farinac.de testib.q.65.num.*101.

Et stante, quòd testes inter se ita contradicuntur, non datur concordia in criminalibus ad effectum, vt probet contra reum, licèt secùs forsan ad effectum euitandi periurium *Farinac.ibid. quæst.65.num.*106.

Et quanquam possit dici quòd in
12 criminalibus testes † officio Iudicis possint repeti, non solùm vt declarent, sed vt etiam addant, tanquam melius recordati, ex *Farin.ibid.quæst.66.num.* 315. tamen contrarium voluit *Ioan. Andr. in cap.cum clamor, num.4. de Testib.* vbi dixit quod testes non possunt repeti nec ad mutandum, nec ad addendum, sed tantùm ad declarandum, quod intelligo post publicationem, sed non ante, & prius quàm essent loquuti cum parte, nam tunc procederent, per ea quæ dicit *Foller. in prax. crimin.rub. Et demum repetantur testes, num.*5. cum ergo simus longè post publicationem, restat in robore opinio Ioannis Andreæ.

Verùm pro parte fisci potest dici quod etiam existente parte Iudex ex officio potest post publicationem in causa recipere testes, & plenius inquirere veritatem ad offensam, & punitionem delinquentis, prout adest *decis. Thes.*262. & refert *Farinac. de testib. q. 85.num.*414. Et pro hac ratione potuerunt interrogari dictæ mulieres de ingressu d.D.Io.Petri ad domum Rosæ, & Dianæ.

Sed respondetur, quòd dictus *Farinac.ibidem num.*418. non benè residet cum *decis.Thes.* nisi cum distinctione, scilicet quando Iudex est certus nullã adesse subornationem, & concurrit etiam aliqua iusta, & magna causa, & quoniam hic nescitur si Iudex sit certus, nec apparet de vrgenti causa, ergo,&c.

Accedat, quòd dicta Iura loquuntur de nouis testibus recipiendis, nos autem sumus in diuerso, scilicet in testibus eisdem repetitis, sed variantibus contradicentibus ita, & taliter, vt mereantur reprobari.

Tertiò, Non obstat depositio Belli Antonij Basilidis dicentis, pluries vidisse intus domum Rosæ, & Dianæ dictum D.Ioannem Petrum iocosè agere, & inhonestè cum dicta Lucretia, nam ipsa principalis in sua depositione dicit fuisse aliàs vocatam à dictis Rosa, & Diana ad instantiam D.Ioannis Petri, & renuit accedere, ita quòd negat aliàs commercium, seu colloquium habuisse, & iam est dictũ quòd inter partem, & testes non datur concordia, maximè in substantialibus, prout sunt hæc,&c.

Quartò, Nec etiam officiunt depositiones Rosæ, & Dianæ, nam lesæ reputantur in facto de quo tractatur, & pro talibus fuerunt condemnatæ ad fustigandum. Vnde sunt infames,& non
13 admictendæ † penitùs, vt *Farinac. d. quæstion. 56. num.* 364. Et si fuerit dictum, quod quando tractatur de actu

facto in prostribulo, qui non potest sciri nisi à talibus, sunt admittendi, vt *Farinac. ibid. num.* 52. & 53. tamen *num.* 56. dicit, admittuntur infames, sed cum tortura. Vltra quod si non essent infames, sed inhabiles, adhuc esset dicendum, quòd inhabilis testis admittitur, quando aliàs veritas haberi nō potest,
14 dummodo † deponant de gestis per alios, secus si de gestis per se ipsos cum alio, quia tunc non probant, secundùm *Gramat. cons. crim.* 45. *num.* 24. & *consil.* 58. *num.* 10. *Farinac. de testib. quæst.* 62. *num.* 70. Et quoniam dictæ Rosa, & Diana essent cooperatæ in lenocinio, & in perpetratione delicti, ergo, &c. Ex quibus teneo pro absolutione d. D. Io. Petri, saluo semper, &c.

Horatius Persius I. C.

Die 11. mensis Octobris 1614. fuit dictus D. Ioannes Petrus absolutus Domino D. Antonio de Mattheis Vicario Generali, &c.

CONSILIVM XXIII.

Pro D. Ioanne Domicico Pacello Terræ Vineolæ, Diœcesis Potentinen. Inquisito de iniurijs, & pro illis excommunicato.

ARGVMENTVM

Excommunicatio, vt legitimè feratur, quæ requirantur; & quomodò contumacia contrahatur, & multa notabilia circa excommunicationem iniustam, & nullam, & de illius appellatione, & pœnis iniustè, & nulliter excommunicantis.

SVMMARIVM.

Primi Responsi.

1 *Excommunicationis declaratio regulariter non infertur, nisi citato excommunicando ad dicendum causam quare, & quando dicatur nulla, & quando iniusta.*

2 *Excommunicatio requirit citationem personalem, vel bis domi.*

3 *Excommunicatio potest fieri contra contumacem manifestam, & verum sine alia citatione.*

4 *Contumax verus est, qui personaliter citatur, & contra ipsum incusatur debita contumacia.*

5 *Citatus bis domi, bis contumax fieri debet.*

6 *Citatio ad excommunicandum debet esse personalis, vel bis domi.*

7 *Condemnatio ad pœnam extrinsecam, & non respicientem processum, non debet fieri, nisi citata parte ad dicendum causam quare, &c.*

8 *Dolus, & contumacia purgantur etiam iniustis causis, dum non fiat in contemptum.*

9 *Excommunicationis nullæ, vel saltim iniustæ, fit absolutio simpliciter, & statim.*

10 *Absolutio ad cautelam impartitur quādo sit dubium in exceptionibus propositis.*

SVMMARIVM.

Secundi Responsi.

1 *Monitio debet præcedere sententiam excōmunicationis, cùm fertur pro præteritis culpis, secùs pro futuris, sed quomodo procedat, dicitur infra.*

2 *Cap. sacro, de sentent. excōmun. habet locum in Iudice procedente vt Iudex, non vt pars.*

3 *Citatio non est necessaria vbi præcipitur aliquid sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.*

4 *Excommunicationis sententia nulla reperta, quæ sint partes Iudicis ad quem; & causa non debet remitti Iudici à quo.*

5 *Excommunicans nulliter, vel iniustè incidit in pœnas cap. sacro, §. caueat de sent. excommun.*

SVM-

SVMMARIVM.

Tertij Responsi.

1 *Appellatio à sententia excommunicationis interposita post decem dies non parit effectum deuolutiuum.*

2 *Appellationis interponendæ tempus currit à die scientiæ, & notificationis sententiæ.*

3 *Cedulones nihil aliud agunt, nisi publicare excommunicatum.*

4 *Edictum speciale notificationis sententiæ in casu suo est necessarium, ad finem vt currat decendium ad appellandum.*

5 *Præsentem in iudicio præsumi citatum, quomodo intelligatur?*

6 *Stilus Curiæ inferioris contra Ius commune non valet, nisi præscriptus.*

7 *Monitionem non esse necessariam in absentem per malitiam.*

8 *Iudici à quo grauanti non est remittenda causa per Iudicem ad quem, ne ex eadem facto pœnam, & præmium consequatur.*

Dirigat Dominus verba mea.

D. Io. Dominicus Pacellus Terræ Vineolæ, Diœcesis Potentinen. reperitur excommunicatus vt cõtumax, ex quo præsupponitur fuisse citatum ad informãdum Curiam Episcopalem Potentinen. super quibusdam iniurijs prolatis in personam Scipionis Galterij, & eius vxoris, sub pœna vntiarum 25. & in subsidium excommunicationis; & quoniam fuit facta excussio in bonis, & non fuerunt inuenta, extitit excõmunicatus, & per cedulones publicatus, à qua sententia, & publicatione, sentiens se grauatum, ad hanc Metropolitanam Materanam appellauit, & de nullitate dixit.

Et præcalendato processu est dicendum dictam excommunicationem esse nullam, vel saltim iniuustam.

Primò est enim regulare, & ferè vulgare, secundùm communem opinionem DD. quod declaratio excommu-
1 nicationis debet fieri parte citata † ad dicendum causam quare non debeat declararari excommunicata, aliàs est nulla, allegatur *gloss. in Clement. præsenti, in ver. constiterit de censib. & Abb. & Felin. in cap. Rodulphus, de rescript. num. 41.* quæ habent locum in declaratoria excommunicationis latæ à Iure, sed quando fit ab homine sine dicta citatione est iniusta, vt distinguendo dicit *Menoch. de arbitrar. cas. 542. num. 18. & sequ.*

Secundò, Ad excommunicandum
2 requiritur citatio † personalis, vt *Innocent.* communiter receptus *in cap. final. de eo qui mittitur in possession. Felin. in cap. cum sit Romana de Appellat. Couarr. in cap. Alma Mater, prima parte, §. nono*, vel bis domi secundùm *Ritum Curiæ Archiepiscopalis Neapol. 17.* quod de Iure posse procedere firmat *Hyeronimus Campanil.* & ita refertur per *Genuens. in Praxi Archiepiscopal. Neapolit. cap. 24. num. 16. & 12. in tertia impressione.*

Quibus sic prænarratis est dicendũ quòd dictus D. Ioan. Dominicus non fuit citatus personaliter, nec ad dicendum causam quare, &c. ergo corruit vt nulla d. excommunicatio, vel saltim vt iniusta.

Cæterùm dici potest pro parte aduersa, & Fisci, quòd dictus D. Ioan. Dominicus fuit citatus bis domi, vt constat ex processu, & fuit reputatus contumax legitimè, & contra contu-
3 macem potest ferri † excommunicatio sine alia citatione, vt dicunt *Innocent. & Anton. in cap. primo de Iudic.* & præcisè *Abb. num. 28.* & refert *Genuen. ibidem cap. 28. num. 4.* ergo, &c. quanquàm Curia Archiepiscopalis Neapol. non vtatur dicta praxi ex benignitate.

Et tamen respondetur hoc modo ad prædicta. Non ignoratur, quòd verus † contumax est ille, qui personaliter citatur, *Tessaur. decis. 265. num. 5.* & fictus qui domi, *Marant. Rubr. &*

 quan-

quandoque appellatur, *numer.* 285. & 288. Et ad efficiendum aliquem contumacem, tam verum quam fictum, & tam in ciuilibus, quàm in criminalibus sunt incusandæ moræ, seu contumaciæ debitis temporibus, vel per partem accusantem, vel per procuratorem fiscalem, *ad textum in l.properandum, §.primo, ibi, instante parte, C.de Iudicib.* & vberrimè, & distinctè *Alexander Trentasinq. variar. resolution. titul. de Iudic. resolution.* 12. *per totum*, allegans *decisionem Tessaur.* 19. & cùm citatio ad finem excommunicandi in contumaciam debeat esse personalis, vel bis domi, est intelligendum, vt in locum personalitatis citetur bis domi, & bis consti-
5 tuatur † in mora legitimè, ita quòd in vtraque citatione sunt incusandæ debitæ contumaciæ, vt sumitur ex Iuribus paulò ante allegatis, & sic cùm dicimus bis domi citatus, supple, & bis factus contumax legitimè, aliàs non videretur ratio quare in vltima citatione essent incusandæ, & in prima non, stante quòd probauimus moram non contrahi, nisi incusetur.

Atque ideo est dicendum, dictum Dominum Ioannem Dominicum ex bina citatione domi non esse contumacem, & cùm non sit contumax, respondetur nunc, non habere locum doctrinam aliorum, & *Abb. in dicto capit. primo de Iudici.* quæ suum vellet vindicare locum, quando essemus in manifesto, vero, & notorio contumace, scilicet in mora legitimè constituto, vt ibidem est videre, & dicit *Couarr. in dicto cap. Alma Mater, §.nono, numer.* 6. Cum ergo simus in diuersis, restat, vt illatio non procedat.

Tertiò, dato citra præiudicium veritatis, quòd dictæ citationes domi fuissent legitimè factæ, & nihil ipsis deficiat, adhuc dicendum, quod vt dictum est, Doctores præcitati in *dicto cap. primo de Iudic.* loquuntur in vero, & manifesto contumace, prout est casus *dicti cap. primi*, & nos sumus in ficto; nam non credo, quòd bina citatio domi faciat verum, sed tantùm fictè verum, ex præsumptione legis, scilicet quod per binos actus magis præsumatur ad notitiam rei peruenisse citationem, ad finem vt censura possit ferri, & ad obuiandum fraudibus, quæ possent fieri. Vnde etiam in casu nostro erat decernenda citatio ad dicen-
6 dum causam quare, &c. & hanc † debere esse personalem, vel bis domi legitimè factam, de qua dicunt Iura præallegata, non autem citationem ad informandum, cum comminatione pœnæ, & censuræ, vt in casu nostro; nam *Innocent. in dicto cap. fin. de eo, qui mittitur in possession.* cum alijs allegatis per *Genuensem* loquuntur de monitione, & citatione ad excommunicationem ferendam, sicuti probatur in *cap. Sacro, de sentent. excommunication.* & ita dicit *Couarr. in dicto cap. Alma Mater, §.nono, num.* 4. Ratio est, nam dictæ citationes contra dictum D. Ioannem Dominicum fuerunt directè ad comparendum, & informandum sub pœnis, & censuris, non autem ad excommunicandum; excommunicandi enim causa requirebantur citationes directè ad illam infligendã, vt sumitur ex dictis Iuribus, & præcisè à *Couarr.*

Qua de re omninò tenendum excommunicationem esse nullam, & nulliter in ea fuisse processum; sicut & etiam fuit factum circa pœnam vntia-
7 rum 25. nam non debebat † sic præcipitanter procedi ad condemnationem, & absque etiam alia citatione ad dicendum causam quare, &c. nam dicta pœna comminata debebat incusari per partem, vel per Fiscum, & per Curiam erat facienda alia monitio ad allegandum causam defensionis, cùm fortè posset haberi iusta causa, vel impedimentum, vt est *tex. & ibi Bart.*

Bar. in l. 3. num. 17. ff. si quis in ius vocat. non ierit. & adest *decis. Afflict. 3.* quæ ad hoc propositum allegatur, vt ibi dicunt *Aldentes, Ioan. Angel. Pisanell. & Marc. Anton. Pulverin.* & eo maximè quo agitur de pœna extrinseca infligenda, & non respicienti processū, vt dicit *Afflict. in constitut. Reg. edictorum, num. 45. vers. tertiò fallit, Gabr. commun. opin. tit. de citation. conclus. 1. num. 163. Deci. d. cap. 1. de Iudic. num. 194.* & omnis Curia, in qua iudicium, & iustitia refulget, huic praxi innititur, & eò maximè hoc agendum cum ficto contumace, quia propter absentiam legitimas habere potest excusationes,
8 quæ etiam si essent iniustæ † (vbi non fiat per contemptum) excusant à dolo, & contumacia, vt est *gloss. magna in fin. in l. unica, §. hoc Iudicium, ff. si quis Iusdicen. non obtēperauer.* quę communiter est sequuta à DD. vt dicit *Cauall. in commun. contra commun. quæst. 149.* sicut iustas, & legitimas poterat habere, vt habuit infirmitatis ipse D. Io. Dominic.

Cum ergo sententiam excommunicationis constet esse nullam, vel saltim
9 iniustam debet fieri absolutio † simpliciter, & statim, vt dicunt *Couarr. in cap. Alma mater, §. 7. num. 7. vers. quarta conclusio, & Ioann. Andr. Domini Anchar. & Franch. in cap. solet, de sentent. excommunic. in 6.* postquàm si esset nulla non indigeret absolutione, *Henriq. de excommunicat. lib. 13. cap. 15. num. 4.* Verùm si de dictis nullitatibus iam
10 expressis sit aliquod dubium † (vt non est) vel probabile dubium Iuris, vel facti Domino Iudici, debet saltim absolui ad cautelam, vt per *Genuens. ibidem cap. 5. num. 2. & 3. Couarr. ibid.* Et ita Iuris esse, &c. saluo semper, &c.

Secundum Responsum.

EVis subtiliter obiectum per Dominū meum Aduocatum partis ex aduerso ex allegatione *Lapi. 73. in principio*, in qua habetur quò ad illud, quòd mo-
1 nitio † debet præcedere sententiam excommunicationis habet locum cum fertur pro præteritis culpis, ita *Innocent. & Ioan. Andr. in cap. Sacro de sentent. excommun.* cum alijs Iuribus, &c. secus si pro futuris culpis feratur, quia in futurum tempus monet *5. q. 1. c. quidam.* Et quoniam excommunicatio, de qua tractatur, est pro futuris culpis, scilicet venias sub pœna excommunicationis, vt in similibus casibus per *Lapum* allegatis, ergo si D. Io. Dominicus non fuit citatus ad dicendum causam quare, &c. nihil refert. His tamen respondetur triplici ratione, quòd dicta allegatio *Lapi* non faciat ad casum nostrum.

Primò, Quia Iura allegata, & casus positi per *Lapum* loquuntur in pœna excommunicationis latę sententiæ de agendo aliquid in futurum, & in his nō est necessaria monitio, vt etiam quotidiè experimur in praxi, & ita intelligūtur, *Innocent. & Ioan. Andr.* & etiam *Felin. ibid. num. 5.* nam Iura, quæ allegant ita disponunt.

Secundo, Monitio fit ex dispositio-
2 ne *d. cap. Sacro*, quòd † tàm in monitione, quàm in pœna ibi statuta habet locum in Iudice, idest, quando is qui excommunicat procedit vt Iudex, scilicet aliquid præcipiendo ad instantiam partis, secus est, si vt pars suum officiū exercet, scilicet vt Prælatus præciperet subditis aliquid agi, ita dicit *Lapus ibidem num. 4.* & refert, & sequitur *Menoch. de arbitr. cas. 543. num. 29* Et quoniam Curia Episcopalis processit ad instantiam Promotoris fiscalis, & vt Iudex, ergo, &c.

Tertiò, Sententia excommunicationis, de qua tractatur, est pro præterita culpa, scilicet pro prætensa contumacia iam contracta; nam fuit factum mandatum sub pœna excommunicationis simpliciter; & in hoc casu, si id quod præcipitur non fit, contumax nō est excommunicatus. Vnde ad excōmunicādum indigeret citatione, quod secus esset, si diceret, alias te noueris

3 excommunicatum, † vel latæ sententiæ, nam in hoc casu indigeret citatione, vt est dictum in prima responsione ad allegationem *Lapi*, & sumitur ex *Afflict. in constitution. Reg. Edictorum num.* 48. vbi allegatur *Andreas Istern. prope finem, vers. Item cum mandatur, Abb. in cap. relatum de Iur. patronat. Innocent. & Ioan. Andr. in nouell. in d. cap. Sacro*, ac alia Iura, & doctrinæ, vt ibi. In tantùm quòd *Lapi* allegatio non officit Iuribus primo loco productis pro dicto D. Ioanne Dominico, qui ob nullitates petit reuocationem, & declarationem nullitatis assertæ sententiæ excommu-
4 nicationis, † & defixionem cedulonû, per ea, quæ dicit *Abb. in d. cap. Sacro, num.* 11. & 12. & *Menoch. de arbitrar. cas.* 542. *num.* 29. Et stantibus nullitatibus, & grauaminibus prædictis, quibus iustificatis non debet remitti causa aliquo modo ad dictam Episcopalem, cû esset contra *cap. vt debitus honor de appellat. & ibi Franch. num.* 46. *& Decin.* 71. *& Bal. num.* 15. & sequitur *Couarr. practicar. qq. cap.* 9. *num.* 6. *vers. Illud sanè*, & contra ea, quæ dicit *Ioan. Andr. in d. cap. Sacro, col.* 2. *circa medium*. Ratio est, nè Iudex grauans ex eodem facto pœnam, & præmium consequatur; postquàm tam iniustè, quàm nulliter excommunicans venit puniendus pœna *d. cap. Sacro §. caueat*, ex opinione *Io. Andrea, Abbat. & Lapi*, vt refert, & sequitur *Menoch. ibid. n.* 32.

Tertium Responsum.

PRomotor fiscalis Curiæ Episcopalis Potentinen. adhuc super quatuor obiectionibus se fundat aduersus D. Io. Dominicum, videlicet,

1 *Sententiam excommunicationis ob non appellationem interpositam infra decem dies facere transitum in rem iudicatam, ita quod non pariat effectû deuolutiuum.*

2 *Cedulones gerere vices citationis per edictum.*

3 *Stilum esse d. Curiæ Episcopalis non accusare contumacias, nisi in vltima citatione de dubus.*

4 *Monitionem ad dicendum causam quare, &c. non esse necessariam in futuris culpis, nec in malitiosè absentis.*

Prætereat vt vera conclusio prima oppositio, quòd appellatio à sententia
1 † excommunicationis interposita post decem dies non pariat effectum deuolutiuum, vel vt admittatur secundû *gloss. in cap. ad reprimendum*, & ibi *DD. de officio Ordinar.* cùm alijs congestis per *Genuens. in prax. Archiepiscop. Neapolit. cap.* 24. *num.* 13. vbi declarationes, quæ non faciunt ad casum nostrû. Sed illi decem dies concessi ad appellandum non currunt nisi à die scientiæ
2 † intimationis sententiæ, *Gloss. Bart. & Bal. & omnes alij in Authent. hodie, C. de Appellat.*

Quæ scientia, intimatio, seu notificatio sententiæ nullo modo apparet ex processu quo tempore sit; vnde non potest adscribi d. D. Io. Dominico, quare infra legitima tempora non appellasset, ea propter quàm primum habuit notitiam, appellauit, &c.

Nec est proficuum asserere, cedulones affixos subsistere vices citationis
3 iam dictæ, siquidem illi † affiguntur vt excommunicatus ab alijs euitetur, & videns præcaueri, ac aspiciens confusionem suam, erubescat, & conuertatur, *cap. 1. de excep. in 6. cum alijs per Genuens. ibidem in principio*. Ita quòd ad finem vt excomunicatus denuncietur, cedulones adinuenti sunt, non ad finem vt subintrent in locum citationis per edictum. Nam ad finem vt intimetur sententia per edictum, opus est edicto
4 † speciali in casu suo, & in locis debitis intimationis sententiæ, ad hoc vt currat decendium à die intimationis, ita dicit *Bal. in l. scire oportet, §. 1 ad finem, ff. de excusat. tut. & Angel. in Auth. hodie, C. de Appell.* quos sequitur *Felinus cap. quò ad consultationem, num.* 38. *distentem.*

tent. & re Iudic. & sumitur ex *Alexand. Trentacinq. variar. resolut. tit. de citatib. resolut. 3. num. 21. lib. 2.* Vnde cùm habeamus remedia propria, relinquendi sunt cedulones pro publicatione excommunicati, non autem pro intimatione sententiæ excommunicationis.

Minus etiam obstat, quòd stante modica distantia locorum, possit considerari cedulones peruenisse ad aures d. D. Ioan. Dominici, ita quòd infra legitima tempora potuisset appellare, nam etiam præsens in iudicio non præsumitur citatus, nisi appareat, seu constet de citatione: & licèt soleamus dicere, quòd ille qui est præsens in iudi-
5 cio † præsumitur citatus; tamen hoc est verum, quando actus qui fit in iudicio respicit fauorem ipsius præsentis, *argumen. l. qui patitur, ff. mand.* secus quando actus tendit contra eum, quia licèt sit præsens, non præsumitur citatus, *argum. l. hæredes, §. in testamentis, ff. de Testament.* cum alijs relatis per *Afflict. in Constitut. Regn. Si quem nostrorum, num. 5. vers. sed iuxta hoc quæro.* Vnde tantò magis non debet præsumi contra dictum D. Io. Dominicum, quã eò quòd non solum non in iudicio, nec in eadem Terra, sed extra propriũ domicilium moram trahat, & traxerat tempore cedulonum affixionis, cùm non appareat de notitia illorũ, & ignorantia præsumatur in facto alieno, *l. verius, ff. de probat.*

Restat ergo respondendum ad obiecta facta Iuribus, & rationibus primo loco allegatis pro dicto D. Ioan. Dominico.

Ad primum dicitur, quòd & si non reperiatur expressis verbis Iure cautũ bis domi, bis deberi in mora constitui, tamen satis fuit probatum Iuribus, & rationibus, quod contrarium asserere non esset Iuri consonum; eò maximè, quò praxis dicat (*bis domi citetur*) & si dicta verba essent capienda prout sedent; non opus esset nec in prima, nec in secunda contumacias accusare. Sed quia secundùm Iura sunt interpetranda, & in praxi exercenda, ea propter in primam sententiam eundem esse firmiter teneo.

Secundò, Quod huiusmodi modus constituendi in similibus contumacem sit stilus d. Curiæ Episcopalis, non credo quòd in casu nostro aliquid releuet; primò, quia stilus, seu practica in ordinatorijs dictæ Curiæ est contra Ius commune, nam probauimus in primis allegationibus Iure cautum esse, quem contumacem non posse constitui sine accusationibus contumaciarũ,
6 & cùm sit talis, non potest induci † per Iudicem dictæ Curiæ, qui est inferior, & nullo modo habet potestatem condendi legem, nisi stylus prædictus esset legitimè præscriptus, nam tunc valeret vt consuetudo, quæ etiam contra ius valet, concurrentibus alijs requisitis, vt per *DD. in cap. fin. de consuetud.* & refert *Carauit. in Rit. 1. num. 21 & seq.* Cùm ergo non sit allegata præscriptio, restat vt stilus sic allegatus, & probatus nihil releuet. Secundò, dato, citra veritatem, quòd esset stilus legitimè præscriptus, vel quòd contumaciæ essent legitimè incusatæ, adhuc est dicẽdum, quòd hoc modo citatus do- 8
mi, sit fictus contumax per Iura, quæ primo loco fuerunt allegata, & cum talis sit, non est dubium, quòd ad hoc vt possit excommunicari, esset citandus ad dicendum causam quare, &c. nam doctrina *Abb. & aliorum in allegat. cap. 1. de Iudic.* habet locum in manifesto, & notorio contumace; cùm ergo simus in ficto, & non in manifesto, & vero, restat obiectio infirma.

Et quanquam iterum dicatur, monitionem ad dicendum causam quare, &c. non esse necessariam, nam tractatur de futuris culpis, & non de præteritis ex *allegation. Lapi 73.* tamen satis est dictum, quòd *Lapus* loquitur in casibus latæ sententiæ, & penitus diuersis à nostro, & quando Iudex vt pars procedit, non autem vt Iudex, vt ibi, vnde illatio refellitur.

Nec est dicendum, monitionem non esse

esse necessariam in absente per malitiam, allegando *Genuens. in d.cap.* 24. *num.* 12. nam *Genuens. ibidem*, primò ponit regulam, quòd citatio ad excommunicandum debet esse personalis, & deinde referendo fallentias, quando domi fit valida, dicit de eo, qui malitiosè se absentat. Vnde fallentia non procedit pro Promotore fiscali, eò maximè, quò *d. Genuensis ibid. num.* 16. firmat specialem regulam de citatione ad dicendum causam quare, &c. & omninò, ac penitus diuersas assignat fallentias; vltra quod non constat de absentia malitiosè facta, nam tunc esset aliquid dicendum per *cap. quoniam, §. porrò, vt lite non contest. & Alexan. Trentasinq. variar. resolution. tit. de citation. resolut.* 2. *n.* 27.

Cùm ergo infra legitima tempora est præsumendum, appellationem esse interpositam, & nulliter, & iniustè processit d. Curia Episcopalis ad excommunicandum, debet reuocari, & nulla declarari asserta sententia cum defixione cedulonum, vt *Menoch. d. cas.* 542. *num.* 29. Et non debet remitti dictus D. Ioannes Dominicus ad dictam
8 Curiam Episcopalem, nè Iudex † grauans ex eodem facto pœnam, & præmium consequatur, vt est dictum in secundis allegationibus; & ita, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius I.C.

Patrocinium hoc assumpsi ad instantiam Illustriss. D. Ioann. Baptistæ Caraccioli Marchionis Brientiæ; Et die 6. mensis Octobris 1614. fuit decisum sententiã excommunicationis fuisse iniustam, & dictum Dominum Ioannem Dominicum esse absoluendum ab Archipresbytero Potentinen. & causam esse remanendam in Archiepiscopali Curia, Vicario Generali Domino Antonio de Mattheis, &c.

CONSILIVM XXIV.

Pro Francisco Topatio, & alijs tresdecim de familia Illustriss. Ducis Grauinæ, inquisitis, & excommunicatis ob fractionem Palatij Episcopalis, & violentas manus iniectas in Clericos, & Sacerdotes, & bona Episcopi amota.

ARGVMENTVM.

Monitio de excommunicando quid operetur, & quando sit necessaria. Quid sit officium Assessoris, & Consiliarij, & quam potestatem habeant, & an vnum & idem sit Assessor, & Iudex? & multa de notorio.

SVMMARIVM.

1 *Monitio de excommunicando non operatur vt ipso facto inferatur excommunicatio.*

2 *Monitionem non esse necessariam, quando excommunicatio fit pro defensione Iurium.*

3 *Monitio de excommunicãdo non est necessaria quando tractatur de excessu notorio, sed quando procedat dicitur infra.*

4 *Notoria multa dicuntur, quæ non sunt.*

5 *Verbum* (Excommunico) *adaptatur, quando censura est in præcepto hominis.*

6 *Assessoris, & Consiliarij officium est solùm consulere, & omni prorsus caret iurisdictione.*

7 *Laicus non potest esse Vicarius Episcopi, etiam Clericus coniugatus, sed Consultor, & Assessor vtique.*

8 *Assessor, & Consiliarius, quando impedito Magistratu fungatur partibus ipsius?*

9 *Assessor, & Iudex simul, & semel habet Iurisdictionem.*

10 *Absolutio ab excommunicatione non est necessaria, vbi excommunicatio sit nulla.*

Dirì-

Dirigat Dominus verba mea.

DVm in vltimo vitæ spiritu existebat Reuerendiss. Vincentius Iustinianus Episcopus Grauinen. dudum prædefunctus, Franciscus Topatius, ac alij numero trium super decem de familia Illustriss. Ducis Grauinæ, prętenditur quòd accessissent manu armata ad ędes Episcopales, & illinc extraxissent, & ad Palatium d. Ducis duxissent quosdam equos dicti Episcopi, cum effractione portarum, & stabuli, & ædium Episcopalium, ac cum insultu, iniurijs, contumelijs, & manuum violentarum iniectionibus cum pugionibus, & ensibus euaginatis in Sacerdotes, & Clericos. Vnde Archipresbiter Palumbus Consultor ordinarius Archidiaconi Amati Vicarij absentis, ad omnia hæc præsens oretenus pluries acclamando præcepit, vt sub pœna excommunicationis à prædictis committendis desisterent, & non destiterunt. Ea propter d. Vicarius cum consilio d. Palumbi declarauit per sententiam, quod in actu manifestæ violentiæ, & vim vi repellendo illos excommunicauit, & cedulones affigi mandauit, prout affixi fuerunt. A quibus omnibus fuit appellatum in forma ad hanc Metropolitanam per dictos excommunicatos; postea aggrauatos, & reaggrauatos, cum quibusdam solemnitatibus, quæ temporũ diuturnitate in desuetudinem abierunt.

Prænarratis in facto sic stantibus absque multiloquio est dicendum non solùm, quòd excommunicatio sit nulla, imò veriùs quòd prorsus excommunicatio, seu mauis illius sententia non existat, & quòd dictus Consultor nullam habuit iurisdictionem excommunicandi, cõstat enim ex processu dictum Archipresbiterum consultorem, dixisse duntaxat (*sub pœna excommunicationis*) per quæ verba non
1 fertur ipso facto † excommunicatio in transgredientem, sed potius est quædã monitio de excommunicando non obedientem; & denique excommunicatio comminata appellatur. ita quòd taliter monitus venit excommunicandus, vt omnes sciunt, qui sacros Canones saltim summo digito gustauerunt, *ad gloss. fin & ibi Abb. num. 5. in cap. relatum, §. ad hoc de Iur. patron.*

Cæterùm audio Promotorem fiscalem Episcopalis Curiæ Grauinen. allegantem allegata per *Genuens. in praxi Archiepiscopal. Neapolit. cap. 18. in 2. impression.* vbi habetur non esse necessa-
2 riam † monitionem, quando fit excõmunicatio pro defensione Iurium, ex *Felin. in cap. sacro de sentent. excommunicat. Io. Andr. & alij in cap. dilecto eod. tit. in 6. & Lapus allegat. 73.* & est communis opinio. Et ponitur exemplum de Episcopo in actu visitationis excommunicante resistentes, & Notarius scribit in actis, quòd die, &c. Reuerendiss. Episcopus in actu manifestæ violentiæ, &c. excommunicauit, & cedulones affigi mandauit, &c. prout fecit Vicarius, qui transcripsit verba dictæ praxis.

Insuper non est necessaria monitio,
3 † quando tractatur de excessu notorio, & quãdo factum pręsupponitur pro indubitato, potest allegari *cap. peruenit il 1. de Appell. & Rom. consf. 482.*

Sed pace sua, non benè concordat psalterium cum cithara. Iura enim præallegata longè distant à facto, de quo agitur; cum illa loquantur quando præceptum excommunicationis fit latæ sententiæ, & non comminatiuè prò futura culpa, quia tunc legitimè procedit in casibus pręd ictis, vel similibus & statim ligat, & non indiget alia excommunicatione, nisi publicatione per cedulones ad finem vt innotescat, & euitetur excommunicatus à Christifidelibus, & ita dicit, & intelligi debet *Genuens. ibid.* Et cùm in casu nostro nõ adfuit excommunicatio latæ sententiæ non valuit dicere Vicario per verbum præteriti temporis (*illos excommunicauit*) quia hoc non est verum, nisi vellemus intelligere grossè, comminatam

ex-

excommunicationem pro lata sententia, quod absit.

Quò verò ad notorietatem facti, & manus violentas in Sacerdotes, & Clericos, præter quod multa dicuntur
4 tur † notoria, quę non sunt, vt dicit *Imol.in cap.extirpanda,de præbend.* cùm notoriũ sit id quod nullo modo celari potest, & ex actis cõstat, vt *Menoch. de Arbitrar. Iudic. cas. 166. nu.4. & 6.* Et in tantùm est id verbum *(notorium)* præiudiciale, vt quãdo factum aliquod esset declarandum notorium est pars interressata citanda, quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt, vt dictum est, imò à sententia Iudicis declarantis factum esse notorium, potest appellari, *Nauarr. consil.9. num.5. de sentent. excommun.* Vnde semper est tutiùs citare, est etiam dicendum, quòd neque illud verbum *(excommunicauit)* rectè cõcipitur, nam excommunicatio ob manus violentas in Clericos est lata à Iure, vt in quotidiè ventilato, *cap. si quis suadente, 17.quæst.4.* & Iudex nihil aliud agere debet nisi declarare quemquam incidisse in dictum Canonem, & non vti illo verbo simpliciter *(excommunico)*
5 *co)* quòd tantùm conuenit † quando in præcepto hominis censura existat.

Vlterius, citra veritatis præiudiciũ, dato quòd dictus Archipresbiter consultor concepisset legitimè excommunicationem prædictam, non video substineri posse defectum suæ Iurisdictio-
6 nis, officium enim Assessoris, † & Cõsiliarij est solum consulere, secundùm *gloss. in l.1.ff.de offic. Assessor.* & omni prorsus caret iurisdictione, vt dicit *Bal. & Paul.in Authent.ad hæc, C.de Iu-*
7 *dic.* Hinc est quòd laicus † non potest esse Vicarius Episcopi in spiritualibus, etiam Clericus coniugatus, *Sbroti. de offic.Vicar.quæst.31.num.5. Bertacch in repertor.ver.Clericus coniugatus, Barbos. de offic. & potestat. Episcop. part.3. allegat. 54. num.6. Bellec.disquisition.Clerical.tit.de fauore Cleric. real.§. 3.num.20.* Sed vtique Assessor, & Consiliarius, ita intendit *Rip.in cap.decernimus,* cum ibi allegatis *num. 57. ext. de Iudic.* & quanquam *Bal.ibid.* dicat quòd quan-
8 do Magistratus est impeditus † ob publicas occupationes, isti Consiliarij Assessores funguntur partibus ipsius, tamen limitatur, præter quàm in principio, medio, & fine, quæ tempora declarantur per *Paul.ibid.num.2. & 4.* scilicet tempore contestationis litis, in receptione testium, & in sententia, & in reliquis potest in casu prædicto cõmicti Assessoribus audientia causarum; & est amplius notandum, quòd *Paul.* vtitur verbo *(commictere)* scilicet quod nec Assessores sine commissione Magistratus possint procedere in causa, etiam extra tres prænotatos actus. Vnde cùm dictus Archipresbyter sit Cõsultor, & simplex Assessor, & in actu tã graui proferendæ sententię excommunicationis, & omni caruit Iurisdictione, propterea non potuit Vicarius asserere, quòd ipse illos excommunicauit, & efficaciter fuit absens, quod se-
9 cus fuisset, si dictus Consultor † esset simul Iudex, nam vt talis potuisset iudicare, vt dicit *Paris. de Puteo de Sindic. ver. Assessor. num. 27.* & sequitur *Carauit. rit. 295. num. 2.* Restat ergo concludendum etiam ex hoc capite fuisse perperàm processum in causa. Vnde debet declarari per hanc Audientiam prætensos excommunicatos, non fuisse tales, & per consequens non
10 indigere absolutione, † *Henriq.de excommunic. lib. 3. cap.15. num.4.* & cedulones desigendos. Et ita, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius I. C.

Ad instantiam Illustriss. D. Ducis Grauinæ defendi excommunicatos, qui die 13. mensis Nouembris 1614. fuerunt liberati, ex quo fuit declaratum non adesse sententiam excommunicationis in processu, propterea cedulones desigendos, &c. & dictos inquisitos fore, & esse citandos hic in Audientia

ad

ad dicendum cauſam quare, non debeant declarari excommunicati ob violentiam, &c. & manuum iniectionem in Sacerdotes, &c. Delegato ab Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Archiepiſcopo D. Lelio Ricchitio V. I. D. &c.

CONSILIVM XXV.

Pro D. Carolo Gatto Terræ Latertiæ, inquiſito de inſultu in campanea armata manu, incendio Tugurij ruſtici, verberibus, & vulneribus.

ARGVMENTVM.

De corpore delicti in genere quando eſt facti permanentis, & quomodo debeat conſtare. Multa de defectu teſtium. & præſumptiones delicti quem effectũ contra inquiſitum faciant.

SVMMARIVM.

1 *Corpus delicti debet ante omnia conſtare.*

2 *Carcerans Clericum antequam conſtet de delicto, Vicarius, vel alter officialis Eccleſiaſticus, incidit in excommunicationem.*

3 *Doctori teſtanti de conſuetudine debet credi in loco, in quo loquitur.*

4 *Delicta facti permanentis, & eorum corpus debet ſubijci oculis Iudicis, ſeu Curiæ, ita quod per teſtes de viſu non ſufficit probari, & de praxi.*

5 *Accuſans, & offenſus nihil probat.*

6 *Domeſtici teſtimonij fides improbatur, & quando, num. 8.*

7 *Inimicus etiam præſumptus repellitur à teſtimonio, & in omni caſu non eſt integræ fidei.*

8 *Teſtis habens plures exceptiones nunquam probat.*

9 *Teſtis deponens inueriſimilia, & impoſſibilia eſt ſuſpectus de falſo.*

10 *Teſtis vnus contradicens alteri, nihil probat.*

11 *Reus quis ſit ex pluribus, nè contingat innocentem moleſtari, omnes debent liberari; imò ſi caſus eſſet talis, neque torquendi.*

12 *Teſtis de auditu alieno, tantùm probat, quantum author.*

13 *Teſtis deponens cognouiſſe ad vocem, debet dicere, ſibi benè notam, ita quod decipi non poſſet.*

14 *Præſumptionibus nemo corporaliter cõdemnandus.*

15 *Præſumptionibus conuictus admittitur ad purgationem cum iuramento.*

16 *Aſſociatione vt quis ad delictum teneatur, neceſſe eſt, vt conſtet de deliberatione ad delictum illud inſimul committendum, aliàs caſu præſumitur interueniſſe.*

17 *Querelans calumniator expreſſus, vel præſumptus, debet in expenſis, & damnis condemnari.*

Dirigat Dominus verba mea.

INquiritur D. Carolus Gattus Terræ Latertiæ, ſub prætextu, quòd die 18. menſis Septembris proximè collapſi 1614. non admodum poſt Solis ortum in comitiua Illuſtriſſ. Domini D. Ioſephi de Azzia Marchionis dictæ Terræ, ac aliorum, acceſſiſſet ad fines territorij Terræ Genuſij, in contrata nuncupata delle Macinelle, & ibi combuſſiſſent Tugurium ruſticum Caprariorum Achillis Crucinij, cum omnibus bonis illatis, & mox receſſerunt parum à longè, & inuenientes Caprarios d. Achillis, Hieronimum Carpignanum ſcilicet & Paſchalem della Dagha, & eripientes d. Marchio, & D. Carolus bacula à proprijs manibus Caprariorum, illos verberare cęperunt, ita quod d. Marchio Paſchalem percuſſit baculo, & pugnis ad ſaturitatem, & D. Carolus dictum Hieronimum vulnerauit in capite cum magna ſanguinis effuſione, & brachium ſiniſtrum multis ictibus, & vſque ad maximum liuorem affecit.

Perpenſo ergo huiuſmodi proceſſu, videtur dicendum, & firmiter tenendũ, dictum D. Carolum non debuiſſe affici, prout etiam afficitur tam longa car-

ceratione; & si processus sit cartosus, tamen apparebit ex infrascriptis rationibus, non iure fuisse carceribus mancipatum.

Vulgaris enim quasi, & trita est conclusio, quod ante omnia debet Iudici
1 constare de delicto † in genere, vt est *tex.* ad quem omnes habent manus *in l.* 1. §. *Item illud, ff. ad Syllanian.* & facit *text. in l.* 3. *ff. ad l. Aquil. ibi.* Non enim sufficit occisum, sed oportet iniuria id esse factum, *Farinac. de Inquisition. quaest.* 2. *num.* 1. Et in tantùm est hoc verum, quod nisi constiterit de delicto vt supra, non potest procedi ad capturam, & praesertim in Clerico, & aliter officialis capiendo incidit in excom-
2 municationem, † ex doctrina Ioannis Andreae communiter recepta in *cap. si Clericos, in ver. commissos, de sentent. excommunic. in* 6. *Clar. in pract. crimin. quaest.* 28. *num.* 5. *sub ver. Quaero nunquid, Farinac. ibid. sub num.* 2. *ver. & in Clerico, & de Carcerib. & carcer. quaest.* 27. *num.* 74. Et quanquam *Clar. ibidem* dicat, quòd consuetudine malè obseruetur; tamen *Farinac.* in dictis locis loquitur simpliciter, & non esset bonum consilium in materia censurarum à *Farinac.* recedere, & *Clar.* allegans con-
3 suetudinem † debet intelligi in loco, in quo loquitur *Gabriel commun. opin. tit. de probation. conclus.* 4. *num.* 3. *Ambrosin. super constitution. Gregor. xiiij. de Immunit. Eccles. cap.* 10. *num.* 4.

Stantibus igitur his, dicitur quod corpus delicti, de quo tractatur, non constat. Est enim clarum, quod vulnus, percussio baculi cum liuore, & incendium, seu locus combustus, sunt delicta facti permanentis, & non transeuntis, vt patet ad sensum, & enarrat *Clar. quaest.* 4. *num.* 2. *& 3. ver. scias tamen, & ver. Quando verò.* Et quando delictum est tale, scilicet facti permanen-
4 tis, † & cuius remanent post factum vestigia, non dicitur legitimè constare de delicto, nec potest procedi, nisi Iudicis, seu Curiae corpus ipsum delicti seu locus incendij oculis subijciat, etiā si haberet testes de visu ita sentit *Farinac. de Inquisition. d. q.* 2. *num.* 6. *ex Clar. d. quaest.* 4. *num.* 3. *ex Brun. de Indic.* 2. *par. quaest.* 5. *num.* 10. *& ex Blan. in practic. in princip. num.* 3. Et ita quotidiè in praxi seruatur, ad tradita per *Ambrosin. in processu informat. cap.* 1. *num.* 4. *&* 28. *& Francisc. Bernardin. addiction. ad dictum Ambrosin. in schol. d. cap.* 1. *in princip. ver. Redeundo modo,* dicit quod *d. § item illud,* pertinet ad Iudicem, cuius propriè est cognitio, & non alterius, licèt soleat aliquando micti notarius, allegat *Moscatell. de probationib. delictor. in prooemio.* Et quoniam in hoc processu nihil de his apparet, sed tantùm per assertas depositiones quorundam sub imagine Chirurgorum, scilicet Christiani Marinelli Aromatarij fol. 5. Magistri Michaelis Macellarij Chirurgi fol. eod. & Petri Antonij de Notarijs Barbitonsoris fol. 6. de percussionibus in personas Hieronymi, & Paschalis; & de incendio, per depositiones ipsorum assertorum offensorum, Caesaris Grassi Massarij Caprarum dicti Achillis, & Io. Iacobi Carpignani, qui omnes asserunt quòd à longè viderunt. Ergo cùm corpus delicti legitimè non constet, debet corruere totum, vt omnes sciūt, & supra probatum est. Sed dato citra praeiudicium veritatis, quòd corpus delicti legitimè constaret in genere, in specie verò expressè contra dictum D. Carolum negatur.

Non credo quòd ambigatur Hieronymum, & Paschalem principales offensos, & accusantes (& dicant quic-
5 quid velint) nihil probare, † *ad tex. in c. cùm P. Manconella. de accusat. & Marant. cons.* 6. *n.* 14. *ver. praeterea;* & vbiq; passim haec reperiuntur.

Nec Caesar Grassus Massarius fol. 3. aliquid probat, tum quia est Massarius, & per hoc domesticus Achillis asserti damnum passi, & domesticorum te-
6 stium fides improbatur, vt est *text. in l. etiam, C. de testib. & ibi glos. Farinac. eod. tit. quaest.* 55. *num.* 1. tum quia facit

se persequutum, & per hoc inimicum; asserit enim audiuisse à Io.Baptista Bono, & Petro Albanense gentem æquitantem, quam & ipse Cæsar vidit perquisisse eundem Cæsarem, qui propterea timore ductus, ne offenderetur, fugam arripuit, & renunciauit omnia, quæ vidit, & audiuit Dño, & non solũ
7 inimicus verus † repellitur à testimonio, sed etiam præsumptus, *Farinac. de testib. quæst.* 53. *num.* 24.

Et quanquam possit dici in obiectũ quòd testes domestici admictuntur in casu, in quo aliàs veritas haberi non possit, scilicet in loco vbi alij testes, nec actu, nec habitu adesse possint; tamen dicitur, quòd locus non est talis, nam actu, & habitu possunt adesse alij testes; sed quando talis esset, adhuc testes huiusmodi non sunt omni exceptione maiores, & integræ fidei, vt dicit *Farinac. quæst.* 55. *num.* 61. Vltra quod debet intelligi quando iste testis non haberet aliam exceptionem, scilicet inimicitię; nam tunc etiam vbi aliàs veritas haberi non possit, & in casibus
8 exceptuatis non probat, † vt *Farinac. d. quæst.* 53. *num.* 7. Insuper potest obijci, quòd testis domesticus admictitur, quando proceditur ex officio, & non ad instantiam Domini quærelantis, vt *Farinac. d. quæst.* 55. *num.* 27. Et quoniã hic non proceditur ad instantiã Achillis, ergo, &c. sed respondetur quòd hoc est falsum, vt *idem Farinac. d. quæst.* 54. *in fin.* per rationes ibi allegatas. Restat ergo dicendum, depositionem d. Cæsaris nihil officere, sicut nec officit depositio, Io. Iacobi Carpignani fol. 7. tum quia est filius d. Hieronimi principalis offensi, & quærelantis (& si hoc in examine occultetur) procedit de plano, tum quia deponit inuerisimilia, imò impossibilia, vnde est suspectus
9 de falso † vt dicit *Farinac. de testib. q.* 65. *num.* 144. & 148. dicit enim quòd cum ipse distaret à longe per spatium vnius milliarij circiter, vidit equitantes ex equis descendere, vbi erant capræ, non vidit quemquam verberare, cum stabat sic in abscondito, verùm audiuit illinc vociferationes verberatorum, & sic hoc veritate niti possit, scilicet quod ita à longe aliquis vociferando de die audiri possit, & non videatur, dicat Apollo; est ergo iste testis de falso suspectissimus.

Sicut & aliam falsitatem deponit Paschalis, quòd brachium sinistrum d. Hieronimi erat confractum, de quo non conqueritur principalis, prout in veritate non fuit, & ratione iuramenti indiuidui, falsus in vno, falsus in omnibus, vulgatis iuribus, &c.

Videamus quæso, si reliqui quatuor alij testes aliquid probent. Io. Baptista Bonus fol. 10. deponit vidisse gentem equitantem, & quòd vnus presbiter ipsi, & socio petijt vbi essent capræ, & deinde vidit à longè Tugurium comburens, & non aliàs d. presbiter quærebat Cæsarem, prout ille deponit audiuisse à d. Ioanne Baptista. Vnde cum inter istos sit contrarietas, & vnus vni contradicat, restat vt non probent,
10 † vt *Farinac. de testib quæst* 65. *num.* 3. & 6. Et quanquam dictus Io. Baptista deponat de vno presbitero, tamen nõ est de necessitate arguendum esse D. Carolum, ex quo in comitiua erat etiã D. Paulus Parisius, vt dicit Oliuerius Scaratus fol. 13. & cum ignoretur quis eorum petijsset de capris, nè contingat innocentem molestari, vtrique sunt li-
11 berandi, † nec si casus esset talis, essent torquendi, *l. absentẽ ff. de pœn. Alciat. de præsumpt præsumpt.* 44 *num.* 4. Ratio est quia sumus in dubio, quo casu fauore absolutionis est præsumendum, vt latè per *Egid. Boss. tit. de fauorabil. defensionib.*

Laurentius Sambone fol. 11. deponit de auditu à Petro de Octauio, & proinde tantùm valet, quantùm ipse
12 Petrus, † *ad text. in c. licet ex quadã ext. de testib.* dicit ergo Petrus de Octauio fol. 12. audiuisse (inter cæteros) conqueri ab intus eius domo D. Carolum Gattum de damno quod dabãt Canes Massariæ Caprarum vnis vinearum; iste

6 *Testis qui tractat de se exonerando nihil probat.*
7 *Testis Vassallus pro Domino repellitur.*
8 *Causa cessante cessat effectus.*
9 *Informationi capta per Iudicem laicum non tenetur stare Iudex Ecclesiasticus, nisi quò ad aliqualem informationem.*
10 *Relatum est in referente cum omnibus suis qualitatibus.*
11 *Birroarij, & Nuntij pari passu procedunt, & illis vltra eorum officia non creditur, nam vt plurimum sunt infames, & non admictuntur in criminalibus, nisi in tormentis.*

Dirigat Dominus verba mea.

AD quærelam Polisenæ matris Antonij Bonuini Terræ Milonici, reperitur in Archiepiscopali Curia Materana inquisitus D. Bernardinus de Maiore V. I. D. Terræ Genusij, sub prætextu, quòd induxisset dictum Antonium ad perpetrandum homicidium proditorium in personam quondam Donati Antonij de Benedictis, aliàs Cierniuiento, asseuerando illum fuisse foriudicatum, ac habere ducatos mille & quingentum Tallionis soluendos à dicto de Maiore in casu sequuti homicidij, præter alias pecuniarum quantitates, & quòd rem gratam faceret Domino Marchioni Terræ Latertiæ Iosepho de Azzia.

De mense ergo Augusti præteriti 1614. præsupponitur homicidium prædictum; & cùm dictus Antonius putasset magnum egisse seruitium Regiæ Curiæ; ex quo etiam disrubauerunt in stratis publicis, & præcisè duas equas, posuit in pera caput dicti Donati Antonij, quod obtruncauerat, & cum dictis duabus equabus viam Regiæ Audientiæ Tranensis petere incepit. Et cùm peruenisset ad Terram Terlitij, fuit ita captus vti suspectus, & ductus à familia Capitanei dictæ Terræ ad dictam Regiam Audientiam, vbi cum exponeretur seruitium, idu fuit inuentum dictum de Benedictis non fuisse foriudicatum, nec dictum Antonium posse gaudere aliquo indultu, ita quòd fuit tortus, & confessus de mense Septembris sequentis, & demum furcis laqueo suspensus.

Producuntur contra dictum de Maiore infrascripti testes, scilicet D. Ioseph Lõgus Archipresbiter Terræ Milonici, qui fol. 3. deponit audiuisse à Regio Aduocato fiscali dictæ Regiæ Audientiæ dictum quondam Antonium in homicidio perpetrato fuisse deceptum à dicto D. Berardino modo vt supra, & ita in tormẽtis fuisse confessum.

Dominus Ioseph de Azzia Marchio Terræ Latertiæ fol. 8. & 9. deponit habuisse duas litteras à dicto quondam Antonio, quem non cognouerat, continentes, vt sibi auxilium præstaret, & & in vna dictarum literarum, scilicet in vltima, vt fol. 27. conquærebatur de Vicario Genusij, ex quo illi scripsit, dictum de Benedictis fuisse foriudicatum, & habere Tallionem, & sic induxit ad homicidium commictendum, qui etiam Dominus Marchio deponit dictum de Maiore petijsse ab ipso, vt ad fauorem d. Antonij scriberet Domino Præsidi d. Reg. Audientiæ.

Ioannes Felix Burdus famulus, & Vassallus Domini Marchionis fol. 12. deponit audiuisse legere d. vltimam literam, ac de accessu Vicarij ad Dominum Marchionem pro d. litera impetranda.

Nicolaus de Lucia similiter famulus, & Vassallus fol. 11. idem de accessu Vicarij, sed audiuisse ab alijs famulis de litera petita ad fauorem, &c.

Ioannes Bernardinus Aminò f. 11. idem de accessu, sed audiuisse à Ioanne Felice Burdo de litera petita, quæ quidem fuit scripta d. Dom. Præsidi per D. Paulum Parisium, qui fol. 19. deponit de accessu Vicarij, ac de litera scripta per eundem tunc temporis à secretis d. Domini Marchionis.

Paulus Grecus famulus, & laccheus fol. 12. deponit portasse literam d. q. An-

Antonij de ordine Dom. Marchionis d. Vicario.

D. Lucius Lucianus fol. 13. deponit de inimicitia capitali inter d. Vicarium & q. de Benedictis, & reddit causam scientiæ, s. proiectionis vini.

D. Curtius festa, fol. 18. idem.

Post has depositiones, adest fol. 25. litera missiua d. quondam Antonij d. Dom. Marchioni simpliciter sub die 11. Augusti 1614. continens, vt dictus Dom. Marchio auxilium præstasset, pecuniam micteret, nè fame periret, & solueret Carolenos duodecim Tabellario.

Adest alia litera fol. 27. sine data, & subscriptione.

Adest etiam à fol. 35. vsque ad 38. copia depositionis d. Antonij in tormentis factæ in dicta Regia Audientia sub die 24. mensis Septembris 1614. in qua quidem continetur dictum Dominum Marchionem misisse plures literas ipsi Antonio in Ciuitate Tarenti, in quibus precabatur, vt interficeret dictum de Benedictis, quia ipse Marchio, & Vicarius Genusij soluerent illi ducatos 1500. & etiam quòd cùm dictus Marchio accessisset deinde ad dictam Ciuitatem Tarenti, allocutus fuit cum dicto Antonio, & dixit oretenus quicquid per literas scriptum extitit. Vnde d. Antonius se induxit ad homicidium perpetrandum.

His sic in facto sistentibus, est quidem dicendum, & firmiter tenendum, non esse aliquam substantiam delicti contra Inquisitum, qui ex eisdem actis non solùm absolui, verùm sibi titulus inquisitionis deleri debet. Et ad finem vt veritas ad lucem prodeat, est sciendum quod tota vis istius inquisitionis pendet primò à litera fol. 27. sine data, & subscriptione.

Secundò, ab accessu Vicarij ad Dominum Marchionem pro impetranda litera ad fauorem Antonij.

Tertiò, ab inimicitia, quæ prætendebatur capitalis inter Vicarium, & d. de Benedictis.

Quartò, à depositione in tormentis facta per d. Antonium.

Et quò ad primum dicitur, quòd ex tribus rationibus dicta litera nihil officit; prima, quia non probatur esse literam d. Antonij, scilicet nec scriptam eius manu, nec de eius ordine; & ad finem vt scriptura probetur esse manu alicuius, vel de eius ordine scripta, erit
1 necesse probari † per testes, qui dicant fuisse præsentes, quando scriptura scribebatur, nec sufficeret si dicerent notam manum, & tractum scribentis habere, secũdùm *Bart. in l. scripturas, num. 4. ver. & deponunt se fuisse præsentes, ff. qui potio. in pign. habeantur*. Et hæc est communis opinio *Rot. Perus. decision. 7. num. 17. par. 1. Afflict. decis. 181. Mascard. de probation. conclus. 985.* Ex quibus sumitur, quod eadem militet ratio, quando aliena manu fit scripta, vt probetur mandatum expressum facere scribentis. Secunda, dato, & non concesso, quòd esset dicta litera, adhuc nihil probat, nam esset dictum socij criminis, seu mandatarij, qui pari passu procedunt, vt dicit *Farinac. de indic. & tortur. quæst. 44. num. 24.* quod dictum
2 socij, † seu mandatarij ad finem, vt noceat consocio, seu mandanti, opus est, vt sit in tortura confirmatum, *Clar. pract. crim. quæst. 21. ver. scias etiam*, & est commun. *Farinac ibid. quæst. 43. num. 134.* & hæc ita sunt vera, vt non sufficeret illa prima tortura generalis, sed requiritur quò ad socios, vt specialis adhibeatur pro confirmatione suæ depositionis, vt bene inquit *Clar. quæst. 45. ver. Cæterum si reus, Farinac. ibidem num. 137.* Tertia, dictus Antonius dixit medio iuramento in tormentis cõtrarium eius, quod primò in litera prętensa asseritur, & huic iuratæ, † & iudi-
3 ciali depositioni esset standum, vt est magis communis opinio, per ea quæ refert *Lancellot. in rubr. dicta testium assumendo num. 18. glos. est sing. in capit. cum causam in fin. de testib. & ibi Ioan. Imol. num. 10. & in cap. cum in tua, num. 5. titul. eod. & ibi per Felin. num. 3. & 8.* vbi

vbi de communi, & veriori teſtatur *Bald.in cap.per tuas,num.4. in fin.& ibi Abb.num.11.de probation.& Salicet.in l. nullum num.6.C. de teſtib.* non enim noceret dicta confeſſio extraiudicialis,niſi confitenti, vt hæc omnia refert *Claud.Tutt. allegat.39. num.17.& ſeq. & allegat.34. num.1.ex cap.1.de confeſ. Caſtrenſ. in l. vnica in fin.C. eod. Bero. conſil.193.num.34.vol.3.* Et in dicto rigoroſo eſamine dicit à Domino Marchione fuiſſe ſibi pluries ſcriptum, & ſemel alloquutum, vt perpetraret homicidium cum illis promiſſionibus, & quanquam adderet quod ille,& Vicarius ſoluerent pecunias, tamen d.Dominus Marchio ex ſuo capite potuit dicere, & vti illo Maccaronico carmine,

Ad malum paſſum ſemper bonora compagnum.

Nam in hoc dictus Dominus Marchio eſſet mandatarius,& Vicarius mādans, & cùm mandatum ſit quid facti, mandatum allegans, illud probare te-
4 netur, vt dicit *Dec. conſil.437.vol.2.* Et cùm in toto proceſſu aliquid de mandato non conſtet, reſtat vt litera prædicta nihil prorſus officiat dicto Vicario.

Ad ſecundum, de acceſſu Vicarij pro impetrāda litera,&c. dicitur quòd tam depoſitio Marchionis, quàm eius famulorum, & Vaſſallorum,non ſolùm non ſunt alicuius momenti, verùm ſuſpectæ; ſiquidem ex depoſitione in tormentis facta per dictum Antonium videtur ad preces,& promiſſiones Marchionis homicidium perpetraſſe de menſe Auguſti, & confeſſum fuiſſe de menſe Septembris, & ipſe Marchio de menſe Februarij 1615.vnà cum ſuis famulis vult ſarcinam ex ſuis exonerare humeris,& alijs imponere. Quod corroboratur ex literis per eum præſentatis; nam ex prima fol.25. dictus Antonius audacter petit ab eo auxilium, & pecuniam, nè fame pereat,& vt Tabellario ſoluat Carolenos 12.ex ſecunda fol.27. dicit, velle potius carnem ſui corporis tormento funis ſuſpenſam relinquere, quàm confiteri; quæ literæ plenè probant contra producentem,
5 † ſicut dicimus de eo, qui producit teſtem, qui etiam vnicus plenè probat contra producentem, *Farinac. de teſtib.quæſt.62. num.237.& ſeqq.* & in proprijs terminis, ſcriptura priuata, contra quam non fuit oppoſitum aliquid à producente expreſsè, vel tacitè ipſo facto plenè probat contra illum ita dicit ſingulariter *Iacob. Aretin. in l.2. C. ſi cert.petat. Alexan.conſil.185. in fin.vol.6. Maſcard.de probation. concluſ.1294.n.18.vol.3.*

Inſuper, quando aliquis producit ſcripturam obſcuram, ſemper debet fieri interpretatio contra ipſum producentem, ad *text. in l.veteribus, ff. de pact.* Ex quibus omnibus ſumitur inter Antonium,& Dominum Marchionem fuiſſe aliquod tractatum, cùm non ſit veriſimile, illum ſic tutè pecuniā quærere, & iactari non confiteri, niſi intereſſet dicti Marchionis, qui propterea eſt teſtis, vnà cum ſuis famulis,qui tractat de ſe exonerando, & alium incul-
6 pando, † & nihil probat, vt dicit *Farinac.de teſtib.q.60.num.19.*

Accedat, quòd d. Dominus Marchio erat (vt eſt) tempore depoſitionis inimicus capitalis d.Vicarij,ex quo dictus D. Marchio de menſe Septembris eiuſdem anni 1614.vnà cum multis alijs famulis laicis,& Clericis accedens ad fines territorij Terræ Genuſij, fecit comburere (vt fertur) Tuguria Caprariorum Achillis Crucinij Nepotis d.Vicarij, qui ægrè ferens Nepotis iniuriam, & damnum de menſe Octobris ſequentis inſtetit apud Illuſtriſſ.& & Reuerendiſſ. Dominum Archiepiſcopum, & fecit inquirere contra D. Carolum Gattum, ſub prætextu,quòd eſſet vnus ex conſocijs dicti Domini Marchionis in combuſtionne, & verberatione Caprariorum dicti Achillis, & per multos menſes dictus Carolus extitit carceribus mancipatus ex inqui-

quisitione prædicta, in qua fuit dictus Dominus Marchio pluries nominatus, vt principalis delinquens, & abinde inimicus extitit d. Vicarij, saltim præsumptus, & repellitur à testimonio, *Farinac. de testib. quæst.* 53. *num.* 24. Et hinc est, quòd cum sub velamine testis dictus Dominus Marchio sit principalis inimicus, & offendens Vicarium, sui famuli, & Vassalli non admictuntur in testes, cum sint domestici, *ad text. in l. etiam, C. de testib.* & faciunt quæ dicuntur per *Farinac. eodem tit. quæst.* 60. *n.*
7 68. Vltra quod Vassallus † familiaris pro Domino non admictitur, dicit in proprijs terminis *Afflict. decision.* 304. *in fin.*

Ad tertium de inimicitia capitali inter dictum Donatum Antonium, & Vicarium dicitur breuiter, quod dicta inimicitia non est vera, nam & si dictus Donatus Antonius in comitiua Augustini Cattanei proiecisset vinum, tamẽ à dicto Augustino mediantibus communibus amicis fuit solutum integrum pretium longè ante mortem dicti Donati Antonij. Vnde cessante causa
8 inimicitiæ, cessat & illius effectus, *arg. cap. cum cessante, de appellat.*

Ad quartum de depositione Antonij in tormentis facta, dicitur, quòd nõ obstat, tum quia informatio capta per incompetentem non probat in Tribunali Ecclesiastico, ex quo illi non te-
9 netur competens Iudex stare, † nisi quò ad aliqualem informationem, vt dicit *Carauit. rit.* 235. *num.* 12. tum quia dictus Antonius non repetitus in tormentis specialiter, vt requiritur, & dictum est; tum etiam quia ex dicto Domini Marchionis, & mediante illius persona, nominat Vicarium, non autem immediatè. Et quoniam non constat aliquo modo dictum Vicarium commisisse Domino Marchioni aliquid circa homicidiũ prædictum, restat vt depositio sit nullius roboris, & momenti. Et hinc infertur quòd depositio Archipresbiteri Terræ Milonici est suspecta de falso, siquidem inuerisimilia deponit, postquam (bone Deus) Aduocatus fiscalis non poterat scire, nec dicere, nisi ea quæ deposuit Antonius, & ita dixit quod deposuit; vnde refert
10 se ad depositionem, & sic relatum † in referente, *l. asse toto, ff. de hæredib. instituen.* Deposuit enim contra Dominum Marchionem directè in omnibus de mandato, & promissionibus, & ex assertione dicti Domini Marchionis nominat Vicarium, & d. Archipresbiter dicit totum oppositũ, scilicet quod Vicarius mandasset, & promisisset. Cùm ergo deponat inuerisimilia, scilicet quæ non potuit dicere Aduocatus fiscalis, est suspectus, vt dictum est, de falso, ad tradita per *Farinac. de testib. quæst.* 65. *num.* 144. Restat ergò dicendum ex omni parte contra d. D. Bernardinum, seu Vicarium non esse aliquid momenti, & sic debet sibi deleri titulus inquisitionis ex eodem processu absque vlla defensione, cum fiscus non habeat suam intentionem fundatam.

Sicut etiam in alia inquisitione ad quærelam D. Ioannis Clementis Terræ Latertiæ, ob prætensam indebitam carcerationem, & laceratam quandam prouisionem; nam nihil legitimè constat. Et si adsit tantùm depositio Guglielmi de Bitetta Iurati, tamen non afficit, nam Birroarius, & Nuntius pari passu procedunt, vt sumitur ex *Farinacio de testibus quæstion.* 56. *numer.* 381.

Et Birroarijs, & Nuntijs vltra eorũ
11 officia † non creditur, nam communiter apud homines sunt reputati infames, & huiusmodi exercitio, vt plurimum non nisi vilissimi, & omni vitiorum genere aspersi applicentur. Vnde non solùm non esse idoneos testes, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, sed etiam nõ admictendos, & omnino repellendos, & præsertim in criminalibus, ita communiter à DD. receptum est, vt dicit *Farinac. ibid. num.* 370. *& seqq. & in fine quæst.* dicit, quòd non admictuntur nisi in tormentis, & cùm

cùm dictus Guglielmus sit Iuratus, vt ipsemet fatetur,& talis præsupponitur, ergo, &c.

Et ex his restat dicendum, dictum D.Ioan. Clementem non solùm fuisse in præsumpta, verùm in manifesta calumnia quærelandi Vicarium,& proinde in vtroque casu, vt temerarius debet condemnari in expensis, damnis, & interesse, vt dicit *Farinac. de Accusation. quæst. 16. num. 10. 15. & 17.* Eò maximè, quo constat in actis ex eius apoca recepisse iuuencum de mense Septembris 1614. à Massario d. Vicarij,& deinde de mense Februarij 1615. exponit quærelam de prætensa carceratione, & laceratione prouisionis obtemptæ ex causa iuuenci, iam ex tot mensibus præhabiti. Propterea in omnibus prout est probatum in Iure, iudicandum teneo pro dicto D.Berardino, &c. saluo semper,&c.

Horatius Persius I. C.

Die 10. mensis Decembris 1615. dictus D.Berardinus fuit ab omnibus absolutus, & deletus titulus, Commissario delegato Abb. Iulio Cæsare Giminello Decano, & Vicario Generali Materano tempore Archiepiscopi Spillæ.

CONSILIVM XXVII.

Pro D.Petro Antonio Appio Cantore Terræ Bernaldi, inquisito de mandato ad homicidium cum assassinio in personam Io.Baptistæ Zaccari eiusdem Terræ, pro quo multi fuerunt suspensi,& vnus Materæ capite obtruncatus.

ARGVMENTVM

Socij criminis dictum quando faciat indicium ad torturam. De testibus mortuis, & absentibus non habitis pro repetitis. De exculpatione Rei in patibulo constituti. Fuga, & contumacia quomodo,& quãdo faciant indicium. Et de Clerico sonante, vel facienti sonare campanam ad arma, an incidat irregularitatem in casu mortis captorum.

SVMMARIVM.

1 *Socij criminis dictum cum alijs adminiculis facit indicium ad torturam in criminibus exceptis.*

2 *Socij criminis dictum non repetiti, sed mortui, vel absentis, & non habiti pro repetito, non facit indicium.*

3 *Declaratio habendi testes Curiæ pro repetitis præter mortuos, & absentes, est in viridi obseruantia in Romana Curia, & de ratione.*

4 *Iudex solet supersedere in tradendo morti reos, donec consocij profugi capiantur, vt non effugiant repetitionem consociorum.*

5 *Socius criminis ad finem afficiendi consocium debet habere specialem torturam, & non sufficit generalis.*

6 *Socius criminis periurus non solùm non facit indicium ad torturam, verùm nec ad inquirendum, nisi abundauerint adminicula grauiora.*

7 *Exculpatio Rei in patibulo constituti, quem effectum pariat ad beneficium inculpati.*

8 *Fuga quando aliquid operetur contra fugientem, & num. 13.*

9 *Testibus duobus deponentibus de negatiua ad defensionem magis creditur, quàm mille ad vindictam.*

10 *Fama publica vt afficiat debet esse vni-*

13 *formis, & eadem in toto populo, & non varia, & diuersa, aliàs si aliqui deponant de fama, & alij non, vltimi reprobant primos.*

11 *Fama, si fuit probata habuisse ortum ab inimicis, vel alijs fidem non facientibus, tantum probat, quantum testes, à quibus ortum habuit.*

12 *Fuga ob seueritatem Iudicis, metum, & minas nõ facit indicium ad torturam, & cùm de seueritate, metu, & minis constat, statur iuramẽto fugientis, quòd propterea aufugit.*

14 *Contumacia cum alio adminiculo facit*

cit indicium ad torturam, sed quando?

15 *Contumacia vt afficiat, opus est vt accusentur contumacia, vel per partem querelantem, vel per fiscum.*

16 *Testes inimici, vilissimi, meretrices, & infames repelluntur à testimonio.*

17 *Clericus sonans, vel faciens sonare Campanam ad arma pro captura delinquentium, si capti condemnentur ad mortem, fit irregularis.*

18 *Periurus etiam emendatus non admittitur in testimonium.*

19 *Fama bona tollit præsumptionem delicti.*

Dirigat Dominus verba mea.

PRæsupponitur, quòd Io. Baptista Zaccara Terræ Bernaldi de die 25. Iunij 1610. ad horam vesperarum sub porticu portæ maioris eiusdem Terræ cum ictu archibusetti fuit interfectus à Cæsare Appio, aliàs Marrese, auxiliatoribus Nardo Fanuzzo, & Donato Mangione, de mandato Ioannis Dominici Fanuzzi, Doctoris Santori Appij, Matthei Parisij A. M. D. & D. Petri Antonij Appij Cantoris dictæ Terræ.

Per Dominum Proregem fuit delegata causa cum præheminentijs M. C. V. vsque ad sententiam, & illius executionem inclusiuè V. I. D. Iulio Mastrillo, qui mediante accessu ad dictam Terram, impinguando processum, applicauit tormentis dictos Cæsarem, Nardum, Donatum, Io. Dominicum, & Santorum; & cum confessi fuissent, illos vltimo supplicio condemnauit, & demum suam exequutus fuit sententiam.

Reperitur itaque in hoc processu inquisitus dictus D. Petrus Antonius, & contra ipsum per partem instantem, & Promotorem fiscalem afferuntur multa.

Primò, quod postquam Commissarius Mastrillus accessit ad dictam Terram, Cantor se absentauit, & fuit publicè auditum, quòd vnà cum fratre Santoro Appio conuenisset, vt principalis mandans ad homicidium perpetrandum. Deponunt

D. Io. Dominicus Angelilli Pezzolæ fol. 33.

Clericus Iacobus Loporchio f. 35.

D. Io. Baptista Chiore, f. 37.

D. Io. Dominicus Colellæ Pezzolæ, f. 38.

Clericus Ioannes Maria Sciaraffa, fol. 39. &

D. Nicolaus Maria Magnanimus, fol. 41.

Secundò, Quòd cum in eodem tēpore homicidij, Capitaneus dictæ Terræ misisset Petrum de Montecaluo Iuratum ad Ecclesiam maiorem, pulsandi gratia Campanam ad arma, ad finem coadunandi gentem in persecutionem sicariorum, dictus Cantor illic præsens se opposuit, & etiam paulò post dicto Capitaneo eadem petenti à dicto Cantore, ad quem spectabat licentiam pulsandi; dum præsens reperiebatur. Deponunt, Petrus de Montecaluo, fol. 94. Petrutius de Lena, fol. 96. Io. Dominicus de Rugerio, fol. 98.

Tertiò, Quod post homicidium, tres dies circiter noctis tempore interfectores ingredi visi fuerunt domum Santori, & Cantoris, & istius cubiculo moram trahere. Deponunt Berardinus Mancipius, fol. 147. Portia Resimine, fol. 334. & Cristalda Mincieri, f. 336.

Quarto, quòd eodem die, quo homicidium successit, circa horam prandij fuit visus exire Cantor è propria domo, associatus à Cæsare, Nardo, & Donato, & incedere versus Portam maiorem. Deponunt Dominica Repucci, fol. 330. Rosella Squillace, fol. 334.

Quintò, quòd resolutio interficiendi Io. Baptistam fuit facta in domo Io. Dominici Fanuzzi cum dictis Ioanne Domico, Nardo, Donato, Cæsare, Io. Dominico Capone, Santoro, & Cantore, qui omnes tres vltimi promiserũt omne auxilium præstare, prout opus fuerit; & quod in die homicidij de ma-

ne

ne ficarij fuerunt in domo Cantaris, & indè egressi sunt cũ illo, & quod post homicidium commissum statim fugam arripuerunt, & quod per spatium dierum octo vagantes armati incesserunt per territorium, & deindè per literas d. Io. Dominici Fanuzzi se ipsos receperunt in montem S. Angeli, seù Gargani, vbi fuerunt capti. Deponunt in tormentis, & extra sunt ratificati Cæsar Appius fol. 340. Io. Dominicus Fanutius fol. 371. Santorus Appius fol. 379.

Sexto Quod Cantor petijsset Francisco de Gioya arma ficariorum, quæ in abscondito tenebat, & illa denegauit habere, prout ita denegauit in prima examine corã Capitan. & quod si ille detegisset minatus fuit occidere, & q̃ erat publica fama dictos occisores commisisse homicidium etiam de mandato dicti Cantoris, deponunt Frãciscus de Gioya fol. 387. & Io. Baptista Golizza, fol. 392.

Septimo; Quod dictus Cantor ex causa dicti mandati ad homicidium fuit per Archiepiscopalem Curiam citatus ad Informandum bis, bisq; mediante decreto declaratus contumax & condemnatus ad poenas in citationibus contentas, vt fol. 28. & 55.

Quibus pro viribus perpensis vna cum defentionibus, videtur dicendũ ex infrascriptis Iuribus, & rationibus contra Cantorem non laborare aliquod indicium ad Torturam, etiam ex tanta mole processus, & propterea stãte diuturnitate carcerationis, ac peregrinationis fori, & esse liberandum, & absoluẽdum ab imposttura, circa homicidium prædictum. Et vt vera pandantur discutiendum esse puto circa ea in quibus pars e aduerso, & fiscus magnum agunt fundamentum.

Basis ergo processus informatiui cõtinetur in quinto capite .s. Confessione in tormentis sociorum criminum, & mandatariorum, siquidem dictum socij criminis † cum alijs adminiculis facit indicium ad torturam in criminis bus exceptis, vt *Farinac. de indic. & tortur. q. 43. à nu. 145. vsque ad numer. 155.* Verum dicti prætensi socij, & mãdatarij, & eorum confessiones plures patiuntur defectus ita quod sunt nullius roboris, & momenti.

Primo dicti ficarij fuerunt laqueo furcis suspensi, & sic mortui; & Cantor non habuit testes mortuos, & absentes pro repetitis, & rectè examinatis idest parte citata. Vnde illi non 2 faciunt in criminalibus indiciũ † prout consuluit, & firmis rationibus concludit *Natt. consil. 395. num. 21. quem sequitur Farinac. de testibus quast. 72. num. 133. & dicit Regens Rouit. super prag. 1. de bonis prodit. numer. 32. in addictio.*

Et quod dicta praxis & cautela Aduocatorum non habendi testes absentes, & mortuos pro repetitis, & rectè examinatis sit in Curia Romana fre-3 quentatissima † dicit *Ambrosin. in processu informat. lib. 3. cap. 1. à num. 32. vsque ad 42. Farinac. de testib. quast. 72. n. 143.* quamquam in Regno, & in nostris Tribunalibus sæcularibus hodiè sit limitata, ex prag. Comitis de Lemos Capitum 89. in cap. 83. quod dicta clausula, & protestatio non sit valida, si testes Curiæ sint mortui durante contumacia rei. Sed quoniã sumus in Tribunali Ecclesiastico propterea dicto Cantori, cũ dicta clausula fuerũt copiæ repertorum concessæ, Ratio est omnium prædictorum, nã testes examinati parte non citata, & non repetiti, & non habiti expresè pro talibus, regulariter nihil probant, vt *Farinac. ibid. Foller. in praxi crimin. rub. & demũ repetantur Testes in princip. & Maran. consil 6. num. 17. & consil. 18. num. 5.* & nemo est, qui de hac regula dubitet. Imo dictus *Regens Rouit in prag. 1. de persequens malefact. num. 7. & seq.* dicit quod vigore dictæ pragmaticæ declaratio de habendis testibus Curiæ pro repetitis nõ officit reo respectu consociorum, qui non fuerunt realiter repetiti postquam pragmatica requirit

realem repetitionem consociorum, & hoc probat more suo validissimis rationibus;& in tantum est repetitio huiusmodi necessaria, & magni momen-
4 ti, vt debeant esse cauti Iudices † & supersedere intradendo morti confessum de se, & socijs donec fuerit repetitus legitimè contra nominatum consocium, per eaque dicit *Salic. in l. fin. col.2.circa medium C. de censibus, & refert Campag. in cap. Reg. incipien. frequens num.62. de testimon.publicorum disprobator.*

Secundo socius criminis tunc,& eo casu cum alijs adminiculis facit indicium, & non aliàs, si purgauerit infamiam ratione criminis contractam, in tortura, non quidem in illa generali, verùm, in speciali, quo ad socium,
5 † pro confirmatione suæ depositionis, vt *Farinac.de Indit.& Tortur. q.43. à num.134.vsq.ad num.*140.

Tertio dicti asserti socij criminis sũt periuri, vt apparet ex eorum depositionibus, nàm primo cum iuramento negarunt commisisse delictum, & dein de in tormentis fatentur, quo casu non solum, non faciunt indicium ad tortu-
6 ram † verum nec ad inquirendum, nisi abbundauerint adminicula grauiora, vt *Farinac.d.q.43.num.*185.*&* 184.

Quarto dicti sicarij, & si in tormentis confessi sunt Cãtorem interuenisse, vt mandantem; tandem constituti in articulo mortis .s. in patibulo exculpauerunt Cantorem, Santorum/Appiũ, & Mattheum Parisium, asseuerantes ob atrocitatem tormentorum inculpasse, vt deponunt Io. Baptista de Bellisario fol. . . . . & Iacobus Basstonus fol. . . . . quæ exculpatio
7 † taliter enèruat vires inculpationis, vt is primo loco inculpatus nullo modo torqueri posset,vt per *Gramat. post Andream de Isern. quam allegat vot. 3. nu. 15.& seq.& vot.11.nu.11. in fin.* Quæ vera sunt nisi præter exculpationem huiusmodi,ad sint, & concurrant alia indicia legitima pro quibus possit procedi ad torturam, & hoc fœdere distinctionis concordat aduersas opiniones *Farinac. de indic. & tortur. q. 46. à num.68.vsq. ad* 73. Restat ergo concludendum depositiones. sicariorum, & prætensorum sociorum criminis nõ officere ex omni latere Cantorem, Imò in exculpatione prodesse.

Secundo principaliter, ad corroborandam postremam vtilitatem exculpationis, est dicendum,quod nec sunt aliqua alia indicia sufficiẽtia ad torturam; & potissimè prætensa fuga Cãtoris de qua pars ex aduerso,& fiscus magnum festum faciunt, nihil obest.Nàm tunc, & eo casu fuga aliquid operatur
8 † quando succedat ante formatam Inquisitionem seù porrectam accusationem,secus si post; primo .n. casu apertè colligitur, quod fuga causatur ex propria criminis conscientia; secundo autem ob timorem molestiarum, & vexationum, quæ ex Inquisitione, & accusatione proficiscũtur, & quas nõ omnes subire volunt, etiã, quod Innocentes sint *Bart.in l.1.num.1.ff.de bonis eorum*, cum omnibus alijs Iuribus, & doctrinis cõmunibus allegatis,per *Farinac.de Indic.& tortur. q.*48.*num.*21. *& seq.*sed Cantor non solum non aufugit ante formatam Inquisitionem,verùm post multos menses à die homicidij accessit ad Ciuitatem Tarenti, & coram Commissario Mastrillo, cum quibusdam prouisionibus Collateralis Consilij ad fauorem Santori fratris.Et quoniã dictus Cõmmissarius non ostẽdit se paratum obedire, Ideo fuit opus Cantori mictere tabellarium ad Ciuitatem Neap.& è Tarento venit Materam pro inueniendo tabellario prædicto. Nam in terra Bernaldi non confidebat inuenire ob potẽstam partis aduersæ, & ob causam quia dicta pars carcerare fecit quẽdam alium tabellàrium, ex quo seruiuit Cantori. Ita deponit in defentionibus Paulus Barbaritus fol.523.& de accessu Materã & de inuẽtione, & missione tabellarij, deponunt Iacobus Barbetius fol. 542. Notarius Franciscus de Leo fol. 551.

An.

Andreas de Helia fol. 553. & Iacobus Bastonus fol. 537. ex quibus depositionibus reprobantur depositiones testium capitis primi in informatiuo. Vltra repulsam personarum afferentium Cantorem tempore accessus Commissarij ad dictam Terrã fuisse ibidem, ex quo magis creditur duobus in negatiua ad defensionem,
9 † quàm mille ad vindictam *Boer.decis.* 100.*Alciat. regul. 3.præsumpt.* 44.*num.*8. *de præsumption. Farinac.de testib.q.*65.*nu.* 154. *&* 234. vbi ponitur quarta limitatio regulæ scilicet, quod magis testibus affirmantibus, quam negantibus,&c. Et cum ad effectum prædictum Cantor moram traheret Materæ,interim superuenit ad Terram Bernaldi Cõmissari[9], & statim scilicet infra paucos dies, & post tormenta illata sicarijs, insurrexit fama contra Contorem,prout deponunt Io. Baptista de Bellisario fol.504. Iacobus Bastonus fol. 536. Nicolaus Angelus Iacouellus fol.514. Paulus Barbaritus fol.518.& Frater Petrus Sicilianus fol. 529. & sic testes isti sunt contrarij illis in primo capite descriptis, qui nituntur deponere formam non habuisse ortum à prætensis consocijs; quamobrem
10 forma non est vniformis † & eadem in toto populo,sed varia,& diuersa,nec in criminalibus, nec in ciuilibus suum operatur effectum, vt *Farinac.de indic.q.* 47.*num.*163.*vbi numer.* 170.dicit vnum notabile, quod si aliqui deponunt de fama, & vltimi interrogati respondent nihil scire, reprobãt primos, ratio vt ibi, ac decisum Rotæ Romanę coram Pamphilio, & Pegna, & testes nostri non solum respondent nihil scire, verùm dicunt habuisse ortũ à prætensis consocijs. Vnde fit, quod sicut dicta sicariorum contra Cantorẽ est probatum esse nullius momenti, ita & aliorum testium deponẽtium ex di-
11 ctis eorum † *ad tex.in cap. licet ex quadam ext.de testib.*Non enim admictuntur dicta eorum, quorum repelluntur authores. Quid amplius? Non solum tunc temporis insurrexit simpliciter fama, sed per Ciuitatem Materæ ferebatur sæuitia Commissarij in tormẽtis inferendis, & quod vt caperetur Cantor erat imposita Tallia ducatorũ 300. vnde fuit monitus, vt se absentaret, & aufugisset Iram, quia tractabatur de assassinio, & Iudex laicus poterat eum capere; deponunt Petrus Antonius de Lillo fol. 550. Notarius Frãciscus de Leo fol.551. & Iacobus Barberius fol. 554. Itaq; iusto timore ductus nè caperetur de facto à Commissario communiter reputato seuero, & ob timoremm contrariæ factionis potentissimæ metum, & minas fuga
12 non facit Indicium ad torturam *Farinac. d.q.* 48.*num.* 36.*&* 47. quæ omnes sunt probabiles causæ discedendi, & non ob delicti timorem, de quo discessu,& probabilius causis, esset standũ Iuramento dicti Cantoris,quod offert,ex quo in processu constat de illis; postquam nisi constaret, secus diceretur, vt per *Farinac.ita distinguentem d.q.*48.*nu.*37.*&* 44.

13 Vltra, quod ad finẽ,† vt fuga faciat indicium; opus est, vt contra quem fama laborat sit famæ malæ, conditionis,& vitæ, secùs si sit bonæ, prout est probatus Cantor, ad tradita per *Farinac. de indic. & tortur. quæstion.* 48. *num.*56.

Accedat, quod dictus Cantor non simpliciter ex dictis probabilibus causis sè absentauit,sed quia expectabatur nouus Pastor,quo vacabat, tunc temporis sedes Materana per multos dies in Ciuitate Altamuræ, ad finem coram illo se præsentandi, & quoniam non ferebatur expectatus aduentus, deliberauit Romam petere, & illi obuiam ire,prout deponũt Carolus Maluindus fol. . . . & Rodulfus de Angelis fol. . . . sicut efficaciter discessit Romi peta, & errans ouis Pastorem inuenire non valuit. Cumque ita factum sit, formidansq; potentiam partis aduersæ, & casum, Capitisq; obtruncationem Santori fratris Innocentis, & Innocentiam suam demon-

demonstrare non valens, ad Regnum, & ad patriam non reuerti rectè putauit. Sed Perusij moram traxit, & in domo Marchionissæ de la Valle, cuius erat familiaris, illius filijs litteras indicando, existimans annorum Curriculo res aliquo modo mutari, odium, & rancorem partis mitigari, & veritatem detegi.

Eò maximè, quò etiàm si sè præsentasset Vicario Generali, Capitulari nunquam esset tutus è manibus regiorum, coram quibus erat opus remissionem petere stante prætensa Inquisitione assassinij, & sè in carcerem ipsorum includere, vigore Rit. M. C. V. 65. & 235.

Tertio principaliter dictus Cātor est bis contumax Archiepiscopalis Curiæ ob causam d. homicidij, & contu-
14 macia cum alio adminiculo † facit Indicium ad torturam *Menoch. de præsumpt. lib. 1. quæst. 89. numer. 41. relatus per Farinac. de Inquisit. quæst. 11. num. 76. in fin.* Verùm supradicta intelligenda sunt cum grano; nam dictus Menoch. ibid. & in calce numeri, dicit quod hoc procedit quando contumacia fuit legitimè contracta, & sic quando ab ea contumax ob aliquam causā sè excusare non potest. Sed quando potest ob quamlibet impedimēti causam, non torquetur, ita dicit *Farinac. ibid.* post *Menoch. n. 81.* & quoniam dictus Cantor ostendit multas probabiles causas, vt in rationibus allegatis circa fugam, ergo dicta contumacia nihil operatur.

Insuper ad finem, vt aliquis citatus reputetur contumax, opus est, vt contumaciæ rei absentis accusen-
15 tur † *per tex. in l. properandum §. & sic quidem ibi actoris absentia C. de Iudic. ita refert Mascard. de probat. conclus. 447. num. 7 & 8. vol. 1.* quæ omnia procedunt etiam in causis criminalibus, vbi proceditur per inquisitionem, & & ad instantiam procuratoris fiscalis, vt dicit *Osas. decisio. 149. numer. 8. & Thes. decis. 19. in fin. Carauit. rit. 223. num. 5.* Et quoniam contumaciæ contra Cantorem nō reperiuntur in cusatæ legitimè restat etiam, vt contumax dici, & reputari non possit.

Quarto principaliter, Non obstant depositiones Dominicæ Repucciæ, & Rosellæ Squillacis, ex duplici ratione, prima quia sunt probatæ inimicæ capitales, ex quo de mēse Septembris 1610. exponunt quærelam de atrocissimis iniurijs contra Cantorem in Archiepiscopali Acherontina, & de eodem mense fuit capta informatio, vt in processu fol. 7. & 8. vnde repelluntur
16 † à testimonio. *Farinac. de testib. quæst. 53. num. 3. & 4.* secundo insuper sunt probatæ vilissimæ conditionis, & famæ, imò meretrices, & sic infames, vt deponunt Ioan. Baptista de Bellisario fol. 504. Dominicus de Eustachio fol. 510. Paulus Barberitus fol. 517. Marcus Scorza fol. 126. & Iulius Macria fol. 546. quo casu non admictuntur, vt infames *Farinac. ead. quæst. 56. num. 259.*

Quinto principaliter; Nec etiam officiunt depositiones Berardini Mācipij, & Cristaldæ Minceri, tùm quia vnus est absens, & altera mortua, & sic nō repetiti, & per consequēs nihil probant, per Iura superius allegata. Tùm quia sicarij in eorum confessionibus dicunt per octo dies immediatè post homicidium discurrisse, & vagasse armatos per campaneam, & de aduentu, & mora in domo Cantoris verbum nullum; & non est verisimile, quod cum omnia per extensum confessi fuissent, non confiterentur, (si esset verum) istā aliam qualitatem aggrauantem Cantorem, & fratrem.

Sextò principaliter, & minùs, q dictus Cantor prohibuisset pulsari cāpanam ad arma, cum ei licentiam petijt primo Iuratus, & deinde Capitaneus; postquam nisi petijssent licentiā Cantor tacuisset, sed quia petierūt denegauit, & rectè, nam si concessisset poterat incidere irregularitatem, ex quo sonus Campanæ adarma vim habet

auxi

auxilij, & si persequentes sicarios armatos, vel aliquis illorum, vel ipsi sicarij ex aggressu remanerent occisi, exponeret Cantor, si veniam pulsandi di concessisset, se periculo inciden-
17 irregularitatem, † cùm esset offerre opem, ob quam contrahitur irregularitas, *cap. sententiam, Nè Cleric. vel Monac.* & dicit *Nauarr. consil.* 11. *num.* 5. *de homicid.* Vnde cum probabiliter poterit dubitari de aliqua sua culpa, non est de hoc arguendus, quia nemo tenetur se prodere, *Sylu. Nuptia. ver. Monitoria*, *num.* 42. Et in proprijs terminis, quòd Clericus sonans, vel sonare faciens Campanam ad arma pro capiendis Bannitis morti tradendis, incidat irregularitatem, dicit *Scarsella in horto Summistarum part.* 2. *cap.* 25. *num.* 163.

Septimò principaliter, Nec obstat depositio Francisci de Gioia, quia est periurus; siquidem in primo examine coram Capitaneo negauit medio iuramento arma, quæ tenebat in abscondito sicariorum, & deinde coram Cõmissario Mastrillo cõfessus fuit; & per-
18 iurus nunquam admittitur † etiam emendatus, *cap. testimonium de testib. Farinac. eodem titul. quæst.* 56. *num. primo, & seqq.*

Octauò principaliter. Demum D. Ioannes Dominicus Angelilli Pezzollæ, & D. Io. Dominicus Colellæ Pezzollæ sunt repulsati tanquam consobrini cum Io. Baptista Zaccaro occiso. D. Iacobus Loporchio, D. Ioannes Baptista Chiore, D. Ioannes Maria Sciaraffa, & D. Nicolaus Magnanimus consanguinei Antoniæ vxoris d. Ioannis Baptistæ occisi, & aliàs odiosi Cãtoris, & Flaminius Trincellitus, vt famulus, qui cum archibusetto, & pugione incedebat apud dictum quondam Zaccarum, qui omnes testes præter quod nihil momenti deponunt cõtra Cantorem, nisi aliquas præsum-
19 ptiones, quæ † per bonam famam Cãtoris perfectè probatam tolluntur, vt per *Bald. in l. fin. ff. de hæred. instituen.* idem *Bal. in cap. cum innitaris de constitution.* tamen & ad vberiorem cautelam probatum est habere alias legitimas exceptiones, ob quas sunt repellendi; & nè videar eadem Iura transcribere, breuitatis causa omittuntur, cum sint notissima Domino Iusdicenti, cuius partes sunt in liberando, & absoluendo dictum Cantorem; & ita Iuris esse censeo, saluo semper, &c.

Horatius Persius I. C.

Die 19. Ianuarij 1616. dictus Cantor fuit vocatus, & ductus ad torturam, appellauit formiter, & edocuit quòd erat admittendus, prout fuit admissus.

Die 9. Mensis Augusti eiusdem anni, ex quo dictus Cantor habuit exculpationes, fuit transactus pro ducatis 50. & & sic liberatus, Vicario Generali D. Francisco Antonio Abbati Ciuitatis Montispelusij, viro integerrimo, & peritissimo.

CONSILIVM XXVIII.

Pro D. Iacobo Lo Porchio Terræ Bernaldi, inquisito de libello famoso, contra S.T.D. D. Io. Camillum Mongellũ Archipresbiterum d. Terræ.

ARGVMENTVM.

Confessio erronea in criminalibus an possit reuocari; & an edocto de errore confitens sit liberandus. & quomodo probetur confessio erronea, multa in discursu elucidantur; & an causa erroris sit necessariò probanda. & quando potius principali, quàm testibus credatur.

SVMMARIVM.

1 *Confessio erronea siue spontanea, siue per torturam, quando est erronea potest reuocari, & reuocata non nocet, etiam iurata, deliberata, geminata, & ratificata.*

2 Con-

2 *Confessio probatur erronea, probando factum aliter se habere.*

3 *Error confessionis probatus in parte, in totum præsumitur.*

4 *Præsumptiua probatio ad defensionem habetur pro plena, & concludenti.*

5 *Errorem confessionis non sufficit probare, sed causam, quare fuit confitens motus ad sic confitendum, secundùm vnam opinionem.*

6 *Erronea confessionis reuocatio, etiam sine causæ probatione à iure permittitur.*

7 *Opinionum diuersarum DD. in concursu in criminalibus, ea tenenda est, quæ imponit mitiorem pœnam.*

8 *Principali magis creditur, in sui præiudicium, quàm testibus.*

9 *Inuerisimilia deponens suspectus est de falso.*

10 *Non probat hoc esse, quod contingit ab esse à communiter accidentibus.*

11 *Herculei vnico anhelitu currebat stadium.*

12 *Excusatio sociorum criminis, consocij erroneam confessionem demonstrat.*

13 *Confessio debet verificari in omnibus circumstantijs, & qualitatibus, præcisè substantialibus, aliter confitenti non nocet.*

14 *Testis deponens quod aliquis semper, vel continuè possedit, non vitiatur etiam si per aliquod tempus, & interuallum illud non possederit.*

Dirigat Dominus verba mea.

Libellus famosus, continens capitalia crimina ad literas maiusculas in papiro exaratus, contra S.T.D.D.Io. Camillum Mongellum Archipresbiterum Terræ Bernaldi, repertus extitit affixus intus Ecclesiam maiorem d.Terræ, in Confessionali D. Nicolai Tranchedi sub die 18. mensis Iunij proximè præteriti, festo Dominico de mane, & dum ad Matutinum in Choro conueniebant Presbiteri, & Clerici, diuino pro decantando officio. Et exinde dicto libello defixo, ac coram astantibus publicato per Vicarium foraneum d.Terræ, fuit capta informatio de illius inuentione quò ad corpus delicti, ac de inimicitia inter libellatum, & Diaconum Robertum Gigantem Cantorem d.Terræ pro speciali inquisitione, ac de alijs adminiculis, vt in processu præcedente querela dicti Archipresbiteri aduersus dictum Gigantem, qui carceri mancipatus, & constitutus in hac Ciuitate Materæ sub die 25. mensis Iulij etiam proximè præteriti coram Domino Vicario Generali, vt fol. 38. spontè videtur confiteri delictum, scilicet quòd cum de præcedenti die, quæ fuit 17. eiusdem mensis Iunij in Sabato ad horam 22. circiter stetisset apud Crucem Sancti Antonij extra portam eiusdem Terræ, illuc accesserunt D. Iacobus Lo Porchio, & Clericus Petrus Fuina, qui asserentes eodem die, & paulò ante, verba contumeliosa habuisse cum dicto Archipresbitero, institerunt pro libello famoso componendo, quibus consentisse Cantor, & locum vnanimiter designauerunt, in quo in abscondito, & secretò libellum composuissent, idest hortū quondam Notarij Camilli Appij, qui est extra Terram circa centum quinquaginta passus, sic fuit actum, & cùm aceruum iniuriarum fecissent, dictus D.Iacobus scribebat. Et cùm deinde sciscitabatur, quo in loco affigendus erat, intus Ecclesiam maiorem fuit resolutum. Et sic cùm venissent ante dictam maiorem Ecclesiam ad primam horam noctis cum dimidia circiter dictus Clericus Fuina ascendit de foris Campanile per Casalenum Ecclesiæ propè domum Iulij Cæsaris Alferij, ingressus fuit Ecclesiam; & egressus renunciauit consocijs affixionem iam dictam. Et interim dictus Cantor, & D.Iacobus in pallijs inuoluti, ac cum lupinis biretis more seculari, nè à transeuntibus recognoscerentur, circumspicientes, nè aliquis veniret, moram traxerunt ibidem; quo expleto iugiter discesserunt, & ex platea vnusquisque ad propriam domum se recepit.

Die

Die verò 26. eiuſdē Menſis Iulij ſimiliter dicti D.Iacobus & clericus Fuina conſtituti coràm eodem Domino Vicario ſponte (vt videtur exactis) Cōfeſſi ſunt idem,& ſunt in omnibus conteſtes,vt fol.41.& 44. Imò ratificaueuerunt dictus Clericus Fuina, & Cantor vt fol.46.

Lite per quelibet ſic conteſtata, & habitis defenſionibus, & accerſito mè pro patrocinio, ac alio Domino meo Collega, & auditis confeſſionibus, & ratificationibus ſpontè factis in iudicio in delicto,tam graui prō quo pœna mortis irrogatur *ex tex. in l.1. C. de famoſ. libell.Roman.conſil 96.num. 3. Couarr.var. reſolut lib.2.num.6.de Frāch. deciſ 533.num.7.* prima facie fuit viſus terribilis caſus, & non obſtante, quod inquiſiti, & ſic confeſſi nobis faterentur confeſſos fuiſſe falſitatem, & id qđ in veritate non agerunt, ſed perterriti ex præſentia, & increpatione Domini Archiepiſcopi primo Cantor, & deinde alij ab illo vocati, ad dictam falſam confeſſionem inducti fuerunt, meus Dominus collega requiſitus de conſilio in humeris sè reſtrinxit, quaſi diceret,non fuiſſe locum defenſioni; verũ ego capiendo anſam erroris confeſſionis feci allegare falſas,& erroneas fuiſſe cōfeſſiones factas,& cauſas confeſſionum huiuſmodi exprimere,& pœnitentiam, & conqueſtum ſtatim poſt cōfeſſiones factum articulari diligenter pro defenſionibus,caſus enim erat arduus, & partes Iudicis non erat niſi in condemnando reos confeſſos *ex l. vnica C. de confeſſ.* viſis quæ dictis defenſionibus,videtur intrepidè dicēdum, dictos Inquiſitos ſic confeſſos eſſe abſoluendos, & liberandos ex infradicendis rationibus, & allegandis Iuribus.

Et primo non eſt dubium,quod cō-
1 feſſio † ſiuè ſpontanea, ſiuè per torturam, quando eſt erronea poteſt reuocari, & reuocata non nocet,etiam Iurata, deliberata, geminata, ſeù ratificata, vt *Farinac. de Reo confeſſ.& conuicto q.81. par. 9.nu. 316. 313. 324.& 326.* ex magis cōmun. opinio.Ita quæ inquiſiti legitimè allegauerunt errorē,
2 & falſitatem,qui error † probatur,probando factum alitèr ſe habere, *Farinac. ibidem numer.243. & in conſil. crim. 129 numer.5.& conſil. 171. num. 12.*

Et quod ſit probatum ex abbundāti rem alitèr sè habere, non reuocatur in dubium.Nàm.

Primo omnes probauerunt eodem die 17. menſis Iunij ab hora 20. vſque ad ſecundam noctis, in quo tempore confeſſi ſunt perpetraſſe delictum,fuiſſe in diuerſis locis,diſiiunctim,& ſeparatim,& nimis longè vnus ab altero,& à loco delicti per negatiuam coarctatã loco,& tempore.

Secundo ex falſa cauſa allegata in tempore, vnde eſſent moti dicti D. Iacobus,& Cler. Fuina ad libellum ſuadendum, componendum, & affingendum.

Tertio ex loco compoſiti libelli,ſcilicet in horto quondam Marij Camilli Appij.

Quarto ex aſcenſu ad Campanile,& deſcenſu ad Eccleſiam pro libello affigendo.

Quo ad primum Cantor probauit ab hora 20. vſquè ad 22. fuiſſe cum multis diuerſis, quæ perſonis extra portam maiorem ad videndum aliqua iuga bouum, cū curribus onuſtis aſcendentium viam per difficilem. Et ab hora 22. vſque ad 24. aſſiſtiſſe loquens cum diuerſis in platea publica. Ita deponit Notarius Pirrus Aloyſius Santangelus fol.92.& 93.Nardus Tācleda fol.96. Dycon. Petrus de Serio fol.eod. & quod d. Cantor ab hora 24. vſque ad ſecundam noctis cenauit in domo Io.Donati Cataldi, deponit idem Io.Donatus fol. 105.D.Stefanus forte fol.107.D. Io. Baptiſta Chiore fol. 109. Domitius de Benedicto fol. 110. Cler. Petrus Fuina probauit, qđ ab hora 20.circiter, ab Eccleſia exiuit cum alijs iuitque ad hortum ſuum pro

colligendis amingdolis, & cum socijs assiduè stetit partim in dicto Horto, partim in Ecclesia Sancti Antonij reformatorum à dicta hora 20, vsque ad horam 23. & illinc ad aliam dimidiam horam fuit visus in platea; deponit D. Io. Antonius Lauria fol. 125. similiter ipse Cler. ad dimidiam primæ horæ noctis fuit visus in propria domo, vnde fuit vocatus a Diacon. Petro Antonio Fischetta cum quo discessit, & post dimidiam alterius horæ cum eodem ad eandem domum reuersus deponit Nardus Padula fol. 124. Margarita Cerasola fol. 127. Portia Bell'Antuono fol. 128. dicit quod prædicti Clericus, & Fischetta steterunt deambulãtes in via tamen non discesserũt illinc.

D. Iacobus lo Porchio probauit à tẽpore post expletas vesperas vsque ad horam 24. fuisse apud Lamiam D. Nicolai Antonij Trãchedi, & astitisse ad videndũ ludere pilis deponit Io. Baptista Fischetta fol. 138. Cler. Robertus Lombardus fol. 141. & quod ad primã horam noctis, & in illius principio cenauit in domo Nepotis deponit Angelella Crimina fol. 142. Angelella de Antinodizzo fol. 143.

Quo ad secundum præter tertium depositiones, quod dicti D. Iacobus, & Archipræsbiter ad primam horam noctis eiusdem die 17. Mensis Iunij habuissent a d inuicem aliqua verba iniuriosa, non tamen alicuius ponderis; adest depositio eiusdem Archipræsbiteri fol. 16. quæ est iuxta articulum d. D. Iacobi, & altera depositione non indiget.

Quo ad tertium satis est probatum per omnes ferè testes, hortum, & locum in quo libellum asseritur fuisse scriptum esse in tam loco publico, & detecto ex omni parte, vt nemini verisimile videatur dictos inquisitos ad præfatum effectum in dicto loco conuenisse, vltra quod Siluester de Rito, Hortolanus fol. 101. deponit in eodẽ tempore fuisse ibidem cum vxore, & filijs, & si inquisiti illuc accessissent, vtique vidisset illos.

Quo ad quartum per plures testes fuit facta vis ascendendi ad campanile & nemo potuit, præterquam quidam Stefanus de Elia coniunctus Archipræsbiteri, qui prius ascendere non valebat, licet demùm ascendit, ex quo est validissimus Iuuenis staturæ non mediocris, læuis vitæ, & assuetus ad pedestrem cursum pro brauijs accipiẽdis, vt idemmet deponit fol. 149. vltra plures alios testes, qui ob causam breuitatis non recensentur.

Facti specie in defensionibus sic prę narrata est in iure dicendum, quod ex negatiua coarctata loco, & tempore probata per inquisitos, probatum est quod factum aliter se habuit quã quod fuit confessum idest quod ipsi non fecerunt libellum, & sic erroneè cõfessi sunt, & falsò, quamobrem dictæ confessiones non nocent, ex iuribus principio allegatis, & vltra, quod in totum est error probatus etiam si in parte

3 † probatus esset in totum debet præsumi error; ex Iuribus allegatis per *Farinac. in cons. crim.* 106. *num.* 13. *consil.* 185. *num.* 55. *& in tract. de Reo confess. & conuic. d. q.* 81. *num.* 22. *&* 150. *&* 359. *& seqq.* concludit quod error confessionis satis dicitur plene probatus, si probatur Indicijs, & coniecturis, ratio est in *fin. num.* 341. nàm ad fauorem,

4 & defensionem rei, præsumptiua † probatio habetur proplena, & concludenti probatione, sed audi ex parte fisci, & quærelantis obiectionem, quod non sufficit allegare, & probare errorẽ, scilicet quod res aliter se habeat, nisi

5 allegetur, & probetur causa † quare confitens motus fuit, ad sic confitendum; vt *Farinac, ead. q.* 81. *num.* 344.

Respondetur, quod causa in actis videtur probata; tandem est alia opinio grauissimorum DD. qui dicunt, qđ licet sit exprimenda causa erroris le-

6 ges tamen reuocationem † permictunt absque alicuius causæ probatione, vt *Farinac.* lib. 8. *num.* 345. quæ opinio est amplectenda tamquam benignior.

post-

7 poſtquam in criminalibus cauſis † quã do variæ reperiuntur Doctorum opiniones ea tenenda eſt, quæ imponit mitiorem pœnam, *Ozaſ.deciſ.*80. *num.* 8.*Boer.dec.* 164.

Falſa inſuper fuit cauſa afferta, per d.D. Iacobũ qđ ad horã 22. vel circa verba contumelioſa habuiſſet cum dicto Archipræsbitero, quod deponit ad primam horam noctis eiuſdem diei, prout ſic fuit in effectu, & teſtes fiſc. quod de rixa deponunt abſque certi temporis expreſſione, ita debent intelligi poſtquam aliàs non daretur cõcordia inter principalem, & teſtes, nã in ſubſtantialibus, & in ſui preiudiciũ

8 magis creditur principali † quã teſtibus, ex allegatis per *Gram.dec.*103.*nu.* 61.vnde cum cauſa principalis ex qua motus eſſet d. D.Iacobus eſt falſa, & vt ipſemet Archipræsbiter dicit leuiſſimam, quæ magis valida coniectura eſſe poteſt ad probandum errorem confeſſionis?

Nec caret inueriſimilitudine, aſſeruiſſe in horto deſignato feciſſe libellum, in quo poterant tàm ab hortolano, & eius vxore, & filijs illic ſtantibus, quàm ab alijs tranſeuntibus intueri; & non eſt veriſimile illic morã traxiſſe per ſpatium ſaltim duarum horarum, & ad horam in quã ruſticus ad tugurium ſe recipere ſolet lapſus ex labore, non videri; & inueriſimilia

9 † deponens, ſuſpectus eſt de falſo, vt *Farinac.de teſtib.quæſt.*65. *num.*145.*&* 148. vltra quod quando committitur delictum aliquod, naturaliter delinquens putat ab omnibus videri, etiam in loco abſcondito, & non eſt veriſimile, quod palàm, & publicè fiat; itaque huiuſmodi eſt etiam validiſſima coniectura ad probandum errorem.

Poſtremò, aſcenſus campanilis eſt probatus communiter inacceſſibilis, etiam de die, eò fortius de nocte in qua per vias planas vix tutè procedi. tur; & quamquam Stefanus de Elia aſcendit, licet difficulter, tandem quia ille habet præciſas qualitates, quæ non ſunt communiter in omnibus hominibus, nõ eſt facienda conſequentia ad

10 alios, nàm non probat † hoc eſſe, quod contingit abeſſe *l.neq; natales C. de probatio.* maxime à communiter accidẽtibus, vt in caſu noſtro, nam ex tot tãtiſq; iuuenibus, ſolum vnus aſcendit,

11 & eſt clarum, quod & ſi Hercules † vnico an helitu currebat ſtadium, vt dicit *gloſ.in §.Vniuerſitatis. Inſtitutio. de rer.diuiſio.* non propterea eſt dicendũ, quod alij ſic agere debeant, nam hæc ſunt iuxta illud Poetæ.

Gratie ch'à pochi il Ciel largo deſtina.

Accedat quod negatiuæ probatæ, per Cantorem, & D. Iacobum vocatos in conteſtes per Clericum Fuinã exculpant ipſum Clericum in aſcenſu ad campanile, etiam quod eſſet facilis;

12 & in omnibus exculpatio † ſociorum criminis, alterius ſocij confesſionem erroneam demõſtrat, vt dicit *Farinac. d.conſil.crim.*185.*nu.*20.

Reſtat ergo dicendum, quod cum ex omni parte ſit viſum dictas confeſſiones fuiſſe erroneas, non noceant, & ſint ac ſi non eſſent factæ.

Nec aliquo modo poteſt hic locum habere tortura, tam reſpectu Cantoris, quod ſemel fuit examinatus, quam reſpectu D. Iacobi, & Clerici Fuinæ, qui primo non fuerunt confeſſi, ſed poſtea timore, & minis ducti. Nam reſpectu Cantoris nõ adeſt varietas, ſed allegauit confesſionem erroneam, quod error probatur per teſtes, & non per torturam, ita quod non dicitur varius per errorem allegatum, & fatuus eſſet Iudex, quod hoc faceret, vt dicit *Farinac. d.q.*81. *de reo Confeſſ. & conuict. num.*342. Nec reſpectu d.D.Iacobi, & Clerici Fuinæ, nàm & ſi appareãt varij à primis depoſitionibus ad confeſſionem, tandem quia probarunt cõfeſſionem erroneam, reſtat vt illa non noceat, ac ſi non eſſet facta, ex iuribus primò allegatis. Crederem quidẽ, quod tortura ſuum vindicaret locum in dictis D.Iacobo, & ClericoFuina, ſi

cõfessio erronea postremo facta, & penitùs contraria Primis depositionibus remaneret improbata; sed quia fuit probata, ergo Torturæ non est locus.

Præterea est dicendum ad fauorem inquisitorum, quod non constat vnde sumerent bireta lupina ad modum sæcularium postquam, cum stetissent simul ab hora 22. vsq. ad secundam noctis, absq; diuersione ad alios actus, debebat constare vnde sumerent bireta prædicta, & est clarum quod confes-
13 sio † debet esse inuulnerabilis, & verificari in omnibus circumstantibus, & qualitatibus præcisè substantialibus, aliter confitenti non nocet *Farinac. d. q.81.num.30.* & ex eisdem Iuribus est dicendum ad fauorem, & corroborationem erroneæ confessionis, quod duo testes Fisci.s. sub Ioannes Franciscus dello massaro fol.27.& D. Petrus Antonius Fischetta fol.29. deponunt, illam cartam affixam in confessionali, quæ fuit inuenta, & defixa die Dominico de mane, vt in actis, fuit visa ab eis ibid. de die præcedenti tempore quo Vesperæ decantabantur, sed non putauerunt esse libellum famosum.

Nec est facienda aliqua vis per fiscum in depositione Bell'Antuon. fol. 128.prætextu quod esset varia ab alijs testibus pro Clerico Fuina; deponunt enim alij testes, quod Diacon. Petrus Antonius Fischetta venit ad domum prædicti Clerici cum illo iuit deambulatu, & deinde simul regressi sunt, dicta verò Portia de bell'Antuon. dicit ꝙ non discesserunt à via nam potest reduci faciliter ad cõcordiam; primi testes dicunt veritatem, vt fuit, dicta vero Portia potuit videre quando dictus Diacon. primò venit ad Clericum, & quando cum illo regressus fuit, & interim potuit ad alia domus diuerti, vt est verisimile, & putauit illos non di-
14 scessisse vltra quod quando testis † dicit, quod quis semper possedit, seu continuè, vel quotidiè, non vitiatur, etiam si per aliquod interuallum, ille non possederit, vt dicit *Capyc. dec. 37. num.5.* Itaq; mulier, & testimonium eius non vitiatur etiam quod dicti Clericus & Dyacon. per aliquod interuallum defecissent à via ex quibus omnibus concludo inquisitos fore, & esse absoluendos, & ita Iuris, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius I. C.

Die . . . Mense . . . 1618. ex dictis inquisitis D. Iacobus fuit tortus, & numquã potui cõpræhendere qua ratione, sicut neq; possum tandem, quia non confessus, omnes fuerunt liberati, & habilitati in forma, & mei industria (seù magis Dei gratia) euaserũt saltim triremes ad vitã, vicario generali V.I.D. Thoma Purpura à Ferandina perdocto, atq; perspicacis Ingenij.

CONSILIVM XXIX.

Pro Notario Leonardo Portuella in cauca Homicidij patrati in personam Donatelli eius filij mei consanguinei contra Clericum Leonardum, Antonium, Angeli Nouelli, dolosi, insidiosi, & appensati.

ARGVMENTVM

Mortuus quando aliquis fit ex vulnere post aliquos dies Iudicis arbitrio remittitur. Alapa quam sit ignominiosa iniuria, & multa de defensione licita, & propulsatione iniuriæ, & quando author rixæ etiam postea sè defendẽdo teneatur pœna ordinaria homicidij, & multa de contrarietate, & concordia testium, & concordati an probent?

SVMMARIVM.

1 *Iudicis arbitrium versatur, quando quis post multos dies ex vulnere fit mortuus.*

2 *Testis productus à parte etiam inhabilis*

lis plenè probat contra producentem.

3 *Articulata fatentur.*

4 *Homicidij pœna de iure communi.*

5 *Vim vi repellere licet pro defensione honoris, & vitæ, & belluinum est non cogitare defensionem honoris proprij.*

6 *Testis vnicus de auditu plenè probat contra producentem.*

7 *Confessio qualificata scinditur, & pro parte acceptatur, & pro parte impugnatur in probibitis, & in his quæ habent cõtra se præsumptionem, vt est homicidiũ, & iniuria, &c.*

8 *Alapa est grauis, & atrox iniuria propter grauem ignominiam, & multa de Alapa.*

9 *Patris qualitas deriuatur in filios.*

10 *Ars vilissima est vendere sal, & oleũ.*

11 *Iniuria atrox dicitur pluribus modis.*

12 *Iniuria pro vindicanda multoties adeundo Iudicem res ponitur in decisum.*

13 *Defensio intra triduum dicitur incontinenti, & arbitrio Iudicis remittitur.*

14 *Author rixæ etiam si post sè defendendendo occiderit punitur pœna ordinaria.*

15 *Defensionem qui allegat illam probare debet.*

16 *Testes contrarij in substantialibus cũ principali, non solum non concordãtur, sed tanquam falsi nihil probant.*

17 *Testium concordia, quando fiat debet esse probabilis, congrua, consona veritati, & verisimilis.*

18 *Testis deponens inuerisimilia est suspectus de falso.*

19 *Testes Contrarij, qui reducuntur ad concordiã in criminalibus, non ad effectũ probandi, sed euitandi periurium.*

20 *Testis de auditu, & de credulitate plenè probat contra producentem non impugnatus post didicita testificata.*

21 *Inimicitia capitalis, ex grauis inducit præmeditationem homicidij.*

22 *Occidendi animus ex genere armorũ præsumitur.*

23 *Occidendi, qui habet animum non præmonet occidendum.*

24 *Occidendi animus præsumitur ex delatione armorum præter morem.*

25 *Insidias parare videtur, qui aliquod figmentum facit vt inconsideratè pertranseuntem adoriatur.*

26 *Dolus ex mendacio præsumitur.*

27 *Fugere, qui non tenetur non euadit pœnam arbitrariam delicti.*

28 *Auxiliator nisi probatum fuerit, quod deliberatè fuit coadunatus casualiter præsumitur.*

29 *Testis deponens sine causa, maximè in infamia, non probat.*

30 *Iuramentum est indiuiduum, & delinquens in vno factus est omnium reus.*

31 *Testis nimis animosus, & verbosus, fit suspectus.*

32 *Articuli Iuris nõ sunt passim faciendi, & testes precisè imperiti super illis deponentes non probant, cum testes debeant deponere, quid facti, & non quid Iuris, cum Iudicis sit Iudicare.*

Dirigat Dominus verba mea.

Admodum Illustris, & Reueren. D. Episcop. Venusine, & Commissar. delegati, per Sanctam Sedem Apostolicam.

QVod Donatellus Porticella Ciuitatis Materæ sit mortuus ex vulnere sibi illato sub die nona Mensis Februarij 1620. & defunctus sub die 17. Mẽsis Martij sequẽtis, & quod in effectu fuit scelerè interemptus cũ instrumenti pungenti in cortis lateris sinistri, prout exclamat tex. pro corpore delicti *in l. 1. §. itẽ illud ff. ad Syllanian.* Nàm ex toto processu perabũdè constat, tam est relatione Medicorum, Chirugicorum de periculo mortali dicti vulneris in costis, quam ex quampluribus testibus, quod viderũt mederi mori, & funerari post 36. die à dies vulneris, Dominus Delegatus
1 arbitrari † potest, quod ex dicto vulnere sit mortuus, ad tradita per *Menoch. de arbitr. cas. 275. num. 2.* per totum, & quod in specie fuit occisus à Clerico Leonardo, Antonio Angelilli de Nouello cum stillecto, constat ex depositionibus .ss. Thomæ Palumbi, & Leonardi Antonij de Leone, & quod

quod statim fuit visus fugere cum stilecto, seù pugione in manu (testes .n. non bene hoc specificant) deponunt Iulius de Augustino, & Petrus Antonius Cifara, & D. Io. Baptista Vlmus, & Canonicus D. Mattheus Palermus, qui vltimi duo testes producti ab ipso Clerico inquisito in iuris defẽsionibus, etiam si essent inhabiles in criminalibus plenè probant contra
2 producentem † vt tradit *Farinac. de testib. q. 62. num. 311. & seq.*

Sed ad quid agemus testibus? ipsemet Clericus in secundis suis articulis præsentatis pro suis defensionibus, articulo secundo confitetur occidisse, & quod erat obnoxius occidere, & om-
3 nes sciunt, quod articulata fatentur, † vt probat *tex. in cap. examinata.* Secundum vnum intellectum approbatum, per *Abb. in 3. notabili, de iudic.* & cõfessio est maior probatione, cum nulla probatio sit illa maior, eò maximè quò in processu constat de circumstãtijs delicti patrati, vt de *Franch. decis. 366. num. 8.* vndè minimè restat dubitandum de delicto in genere, & in specie. Videndum est quidem, an dictus Clericus veniat puniendus pro homicidio prædicto pœna ordinaria legis Corneliæ de sicarijs, & *l. 3. C. de Episc.*
4 *& Audien. ibi*, quod fecit expectet, † an absoluendus omninò prout prætendit, sub prætextu, quod fuisset insultatus ab ipso Donatello cum verbis, lapide, baculo, & pugione, ad finem occidẽdi, seù ignominiam inferendi, & quod licuit sibi pro defensione honoris, &
5 vitæ † uim vi repellere vigore *l. vt vin. & ibi DD. ff. de Iust. & iur.* & honoris proprij defensionem non cogitare, bel luinum est vt dicit *Gizzarell. decis. 18. num. 5.*

Sed ad finem, vt cuncta rimentur, & seriatim procedatur est aliquantulum altiùs incipiendum, & tractandum de insultu prouocationẽ, & atrocissima iniuria illata per eundẽ Clericum ipsi Donatello sub die sexta eiusdem mensis Februarij, cum post ludum pilis habitum disceptaretur circa pecuniam in ludo lucratam absq; causa ex parte d. Clerici, quod animo diabolico instigatus impegit alapam in faciem dicti Donatelli coram pluribus personis, vt deponit de visu Clericus Io. Berardinus Marra testis pro informatione Curiæ, & canonicus D. Matthæus Palermus productus à dicto Clerico in defensionibus art. 5. dicit audiuisse de Alapa illata à d. Clerico ipsi Dona-
6 tello, & testis de auditu, † etiam vnicus plenè probat cõtra producentem etiã in criminalibus *Farinac. de testib. q. 69. à num. 17. vsq; ad 60.* Vltra; quod idem Clericus inquisitus in eius constituto, coram Reuerendissimo Domino Delegato non longè distat nàm Confitetur dedisse pugnum in faciem d. Donatelli, & quanquam in dicta confessione alleget quasdam friuolas causas, & qualitates pro quibus esset legitimè im pulsus, tandem illas non probat, quæ confessio cum sit qualificata, scinditur
7 & pro parte acceptatur, † & pro parte impugnatur, dum sumus in prohibitis, & his quæ habent contra se præsumptionem, prout est homicidium iniuria, & his similia, vt dicit *Bartol. in l. Aurelius §. idem quæsiuit ff. de libera caus. cũ omnibus alijs allegatis per Farinac. de reo confess. & conuic. q. 81. numer. 110.* quæ qualitates cum non sint probatæ, remanere faciunt confessionem puram etiã quod à principio negauit, & postea cõfessus cum qualitate, nam aliundè plenè constat de delicto. s. Alapa, vt supra est dictum, itaq; in pœnam ordinariam ex hoc condemnari debet, vt sumitur ex *Farinac. ibid. num. 128. & sequen. & num. 165.*

8 Et quod alapa sit grauis iniuria † propter grauem ignominiam sic communiter ab omnibus reputatam, nemo sani capitis, & intellectus negabit, vt dicit *Farinac. q. 105. num. 211. & num. 207.* dicit, quod ex mente Bonifacij de *Vitalinis tit. de iniur. nu. 42.* ver. sit etiã rè ipsa percussio in ore, vel in facie dicitur atrox iniuria, & inter nobiles graues,

ues, & militares viros alapam recipere est grauior offensa, quam si vuulnera illata fuerint *Viu. decis. 46 num. 4. & 10. & tangit Gizzarell. decis.* 18. & ratio huius grauitatis, & atrocitatis iniuriæ dicit *Baiar. ad Clar. §. Iniuria num.* 12. vbi quia alapa percussus pueriliter tractatur, vltra offensionem.

Et quamquam dictus Donatellus nobilis non probetur, probatur tamen, q nobiliter sicut Pater viuebat ex proprijs introitibus, & satis splendidè, vt est notorium hic Materæ, quod Pater Leonardus Portucella est notarius fuit Officialis Regiæ Dohanæ pluriès, Cãcellarius Vniuersitatis Capitaneus Terræ Milonici & tempore quo filius fuit vulneratus prout in præsenti, erat Baiulus, seù Credenzerius Curiæ Baiulorum huius Ciuitatis. & officialis Illustrissimæ Ducissæ Grauinæ D. Constantiæ Gesualdæ, quæ habet cognitionem causarum ciuilium in quauis magna quantitate, &c. vt deponunt Franciscus Samaranus, Virgilius Paulicellus, Vincentius Passa, Lucius Cõtursius, & quasi omnes testes productì à dicto Clerico, & apparent in processu cõmissiones, ex quibus officijs, & exercitijs sumitur, quod si nobilis non sit, nobiliter viuit, quæ qualitas
9 Patris † deriuatur in filios *arg. l. prima vbi Bar. & Plat. in l. senatorum, & in l. si senator. C. de dignitatib. lib.* 12.

Et è contra Angelillus de Nouello Pater d. Clerici, & si homo probus sit probatur exercuisse, & exercere artẽ vilissimam. s. fuisse, & esse stationariũ, quia tenuit stationem de vili mercè, vt oleo, sale, & his similibus, quod re-
10 putatur vilissimam esse artem, † vt est *tex. in l. nequis, & ibi glos. in verb. stationarijs C. de dignitatib. lib.* 12. & quo-
11 niam iniuria dicitur atrocior, † vel nõ atrocior ratione personæ inferentis, & eius cui infertur, ratione loci, ratione temporis, ictus, & vulneris, vt est *tex. in l. prætor §. fin. & l. 2. ff. de iniur.* propterea relinquitur arbitrio Domini Reuerendissimi Delegati, quàm ignominiosa fuit habita alapa prędicta ipsi Donatello, qui profitebatur militiam ex quo erat commissionatus, & de comitiua Domini Regij Gubernatoris in persequutione bannitorum deputati per S. E. vt apparet ex commissione in processu præsentata, quamobrem dictus Donatellus deferebat pugionẽ palam, & publicè tempore ludi, vt dicit Clericus Io. Berardinus Marra. Imò (quamquam extra veritatem) dictus Clericus inquisitus dicit in suo constituto, quod tempore rixæ habitæ in ludo dictus Donatellus fecit signũ euaginandi pugionem, quod expressè negatur, & dictus testis de Marra ita confirmat; postquam dictus Clericus data alapa statim aufugit, ita quod Donatellus vlcisci illo tunc non valuit, nec se defendere incontinenti, tùm quia Clericus aufugit, tùm quia fuit impeditus tam à dicto Clerico Marra zelo bono, quam ab alijs de sodalitate dicti Clerici.

Et proinde dictus Donatellus, quia non potuit illo tunc propulsare iniuriam, reseruauit sibi Ius, dum dixit (vn' altro giorno me la pagarai) prout deponit ipsemet Clericus inquisitus in suo constituto coràm Domino Reuerendissimo Delegato, & in effectu iusto calore ire motus dictus Donatellus putauit propria auctoritate tollere sibi ignominiam ex alapa receptam, postquam iniuria erat talis, quod ad eundo Iudicem res poneretur in deri-
12 sum, † & iniuriatus reputaretur vilis, & tenet hoc *Gramat. dec. 23. & refert Baiar. ad Clar. §. homicidium sub num.* 112. *Didacus de Mari addi ad dictam decis. Gizzarell.* 18. *num.* 2. & stante inequalitate conditionum dictorum Donatelli, & Clerici inquisiti, qui cõditione longè inferior erat, vt est deductum in processu, propterea ad tollendam alapam, non alapa in faciem Clerici sufficiebat, sed baculum erat necessarium secundum leges humanas, & non mirum si dictus Donatellus durante dolore, & ira causata ex offensione

sione post modicum interuallum, & infra tres dies à die alapæ, sine quod diuerteret ad alios extraneos actus vellet vlcisci tantum cum baculo de iniuria alapæ, siquidem per vnum, vel duos dies ante eius vulnera fecisset accomodare quodam baculum, vt deponit magister Franciscus de Monda super septimo interrogatorio Fisci, & ad finem tollendi, & repellendi ignominiam sibi factam à dicto Clerico deponit Marcus Antonius Iordanus testis productus à dicto Clerico super quinto interrogatorio quærelantium, quod spatium, & interuallum trium dierum possit dici incontinenti, &

13 quod incontinenti dicitur † facta defensio, quæ intra triduum fit, dicit *Bartol. in l. 3. §. cum igitur ff. de vi, & vi arm.* vbi quamquam loquatur de defensione rei, tandem in casu nostro idem potest arbitrari ex iã dictis Dominus Reuerendissimus Delegatus, cuius arbitrio remictitur, quando incontinenti dicatur facta defensio, vt tradit *Afflict. in const. si maritus. & in const. eos tamen, Abb. in c. olim il primo ext. de restit. spol. & in c. 1. ext. de mutu. petitionib. & refert Alexan. Trentacinque variar. resolutit. de defensio. resol. 1. num. 19. & 20. & Menoch. de arbitr. cas. 361. nu. 21.* ex magis recepta sententia dicit defensionẽ intra triginta dies cõcedi, & etiam post multos annos, vt est casus decisionis *Gizzarell. 18. & ibi add. Didacus de Mari, & Baldasar de Angel.*

Dato ergo, quod dictus Donatellus sub die nona mensis Februarij vellet bàculo percutere Clericum ad finem iam dictum, prout non percussit, non propterea ille debebat, nec poterat occidere cum stillecto impunè eundem Donatellum sub colore suæ necessariæ defensionis, nàm ipse Clericus fuit author rixę in inferenda ala-

14 pa, & quando author † rixæ, contra quem si insultatus se defendit, excedens moderamen inculpatæ tutelæ, & ob id ipse idem aggressor illi resistendo, ac se defendẽdo occiderit nõ potest dicere se fecisse ad sui defensionem, propter occasionem à se datam, & quia ipse fuit primus aggressor, & propterea pœna ordinaria legis corneliæ de sicarijs punitur; cùm & in authore rixæ excessus ordinaria pœna plectatur secundum *Fortu. Garz. in l. vt vim. num. 8. ver. ergo etiam ff. de iust. & iur. & Clar. hoc voluit ibid. num. 9. & Bolog. in ead. l. vt vim. numer. 27. & 38.* allegat rationem contra primum prouocantem. s. quod occidens huiusmodi non gaudet priuilegio impunitæ defensionis, cum potuisset cogitare, quod ista solent euenire quando quis alterum aggreditur, vbi propterea, quod ad probandam necessariam defensionem, in primis probandum est, quod occidens fuit prouocatus, & non prouocans, hæc dicit *Farinac.* à quo ferè de verbo ad verbum transcripsi, ex quo sunt aurea pro quærelantibus, *in tract. de homicid. q. 125. numer. 118.* & quoniam in processu perbenè constat dictum Donatellum fuisse priùs prouocatum, & Clericum prouocantem, etiã, quod Donatellus excessisset, prout non excessit, moderamen inculpatæ tutelæ, vel in tempore, vel in armis, adhuc dictus Clericus occisor non potest se fundare in impunitate necessariæ defensionis quam etiam minimè probauit. s. quod Donatellus aggressus fuisset Clericum animo ococcidẽdi, & quod nisi occideret illum cideretur, & est probanda postquam,

15 qui defensionem allegat † illam probare debet, vt plenè concludit *Farin. de homicid. q. 125. par. 7. §. 1. num. 419.* Quatuor enim testes à Clerico producti, qui faciunt se præsentes in casu. s. D. Io. Baptista, Canonicus D. Iacobus, Laurentius, & Petrus Antonius, non solùm sunt inter se varij, discordes, & contrarij in substantialibus, & sic falsi verùm discordant in substantialibus cum ipso principali reo, & apparet expresѐ de ipsa contrarietate prout inferius apparebit, & parcat Dominus

minus Reuerendissimus Delegatus de prolixitate, nam materia requirit, quo casu non solum non datur concordia
16 † inter testes, sed testes tanquam falsi nihil probant *Farinac. de testib. q. 65. num.* 101.

Dictus Clericus in suo constituto coram Domino Delegato referendo casum prætensæ aggressionis tria ponit tempora, seù tres actus.

Primum, quod Donatellus in actu aggressionis post aliqua verba accepit lapidem, quem deferebat inuolutum pallio à manu sinistra, & iecit, vt perecuteret in faciem Clerici, qui de hoc cautus aufugit ictum.

Secundum post hæc dictus Donatellus accepit baculum trium palmorum circiter, qđ fecit sibi dari ab eius famulo, cui nomen est Scalchinus ibi præsēti, cum quo baculo duobus percussit ictibus in scapulis sinistris, ad quod ambabus manibus impellendo Donatellum ne occideretur, ob impulsionem ille cecidit in terram.

Tertium quod antequam cecidisset, euaginauerat, (quod tantum sonat arrancare) pugionem aduersus Clericū, qui postquam cecidit Donatellus in terram, vt supra, arripuit fugam versus propriam domum, & se recepit ad domum cuiusdam mulieris, &c.

Supradicti vero quatuor testes totum oppositum deponunt; nam omnes conueniunt in eodem loco. s. ante Ecclesiam Sanctæ Sophiæ, quæ Ecclesia breuem habet plateolam, & non sicut habet Sanctus Petrus de Vrbe; & dicunt vidisse Donatellum ire per plateam versus viam calceariorum, & in manu dextra habebat baculum, & in manu sinistra pugionem euaginatum, & sistit gradum ante apothecam Ioan. Baptistæ oppidi, vbi aderat dictus Clericus contra quem admneauit vnicū ictum baculi, ita quod non faciunt mētionem, nec de lapide, nec quod è manibus Scalchini accepisset baculum, sed vnico actu continuato refertur ambulatio cum baculo, & pugione euaginato in manibus, & actus percutiendi cum baculo prædicto. Canonicus D. Iacobus super 20. interrogatorio fisci (Io vidi che il quondam Donatello se ne staua andando verso il Clerico Nardo Antonio con vn pugnale in vna mano, & vna mazza biāca in vn'altra, & arriuato sopra detto Clerico Nard'Antonio sētì che il medesimo Clerico disse che vuoi da me? e nel medesimo tempo viddi, che detto quondam Donatello scaricò vn colpo di mazza al detto Clerico Nardo Antonio, mà non viddi se li colse, ò nò, perche vi era tanta gente, che poi non mi lasciò vedere altro, si bene staua di lontano dal luogo, doue cominciò la rissa da diece passi in circa) Laurentius super eod. interrogatio; (viddi che il medesimo Donatello accompagnato ancora da Scalchino, vscì dalla detta bagliua, e portaua vna mazza in vna mano, & il pugnale in vn'altra mano, e se n'andò verso la bottega di Brutto, chiamato si mal non mi ricordo Pietro Antonio, e là arriuato corse sopra il Clerico Nardo Antonio, quale staua all'incontro di detta bottega di Brutto, e proprio alla Crappa doue si serra la bottega con detta mazza, e pugnale, viddi che menò vn colpo verso esso Clerico Nardo Antonio, che subito viddi che si strinsero insieme, &c.) Petrus Antonius super eodem interrogatio) viddi subito arriuato il quondam Donatello Porticella, che se n'andaua verso le botteghe lorde, e proprie quelle che sono allo pontone della piazza, e portaua in vna mano vna mazza, e nell'altra vn pugnale sfoderato, & arriuato alla bottega di Mastro Gio. Battista Oppido, doue staua il Clerico Nardo Antonio alzò la detta mazza, e menò vn colpo verso il detto Clerico quale schiuò il colpo, è dopoi si dette in dietro il detto Donatello, & il medesimo Clerico andò seguitando, e nell'istesso tēpo che il detto Donatello si andaua ritirando in dietro mi parue che

introppicasse,&c.)ecce quomodo sũt testes directè,& expresè contrarij cũ reo postquam ad finem, vt posset dari concordia inter istos testes, & reum, esset opus dicere, quod d. Donatellus postquam esset processus ad aggrediendum inimicum cum baculo,& pugione euaginato in manibus, cum esset in conspectu,& prope inimicum cũ baculo in vna manu, & pugione euaginato in altera,consignasset baculum Scalchino,& micteret pugionem in vaginam, & aliunde acciperet lapidẽ, siquidem tenere in manibus lapidem, baculum,& pugionem eodem tempore,esset aut impossibile, aut dare plures manus quam duas, sicut habebat Briareus, quæ concordia esset ridicula,impossibilis,& in congrua,& quando fit concordia est aduertendum, quod interpetratio debet esse proba-
17 bilis † congrua, consona versati, & verisimilis, vt dicit *Farinac. de testib. q.65.num.90.91 et sequent.* Vnde quis non argueret falsitatem istorum testium? Ad quam magis comprobandã sunt videndæ varietates, & contrarietates ipsorum. Primo non constat, quod dictus Donatellus admenando baculũ percussisset Clericum, nàm primus testis D. Io. Baptista non vidit percutere,sed audiuit quod percussisset secundus D Iacobus (mà non viddi se li colse,ò nò,perche ci era tanta gente che non mi lasciò vedere,&c.& deinde, (e mi parue che la prima volta il quondam Donatello desse vn colpo di mazza al Clerico Nardo Antonio e viddi solo vna volta l'alzare della mazza,&c. hic testis est sibi contrarius nam super interrog. 24. dicit non potuisse videre si percusit, & reddit bonam causam scientiæ, & deinde videtur dicere, quod sic, cum dicat super eod. interrog. quod prima vice fuit sibi visum,quod dedisset ictum,!& vna vice tantum vidit eleuarì baculũ, si vna vice vidit tantum baculum eleuari, quomodo dicit etiam, quod primo vidit percutere, ergò ex principio numeri primi per viam relationis arguit secundam vicem,& tandem dicit quod vna vice tantum vidit baculum eleuari, tertius testis .s. Laurentius super interrogat. 22. quod quanquam dictus Donatellus admenaret baculũ, tandem non percussit (mà in tempo che io viddi menare il colpo con la mazza verso il Clerico Nardo Antonio afferrò cõ le sue mani il polso della mano destra di Donatello, doue portaua la mazza,&c.& clarius deponit idem super interrog. 24. (Io hò detto, che hò visto da principio la questione, e l'istromento con che la prima volta fù percosso il Clerico Nardo Antonio da Donatello fù vna mazza con la quale cercò dargli verso la testa,e fù vn colpo solo che li tirò, e si difese con afferrare il polso doue teneua la mazza il quondam Donatello) hic testis incidit in eisdem cum Canonico nam dicit de prima vice percussionis,& fuit vna tantum, & non percussit, quia Clericus euitando ictũ accepit manum dexteram cum qua Donatellus baculum gerebat, & hinc oritur alia contrarietas, nàm si dictus Clericus manum dexteram accepit, quomodo, & qua manu Donatellus potuit euaginare pugionem iuxta tempus, quod ponitur à Clerico, qui dicit, quod post percussionem baculi Donatellus euaginauit pugionem. Insuper, iste testis super eod. interrog. 20. dicit, quod Donatellus exiuit à Curia baiulorum cum baculo in vna manu, & pugione in altera, super interrog. 21. dicit (quando il detto Donatello si partì dalla bagliua pose la mazza, che hauea lasciata sopra la trappa per serrar la bagliua,e la portaua sotto il ferraiolo, e lo pugnale medesimamente sotto il ferraiuolo con il fodero quando andò,e non vidde quando lo sfoderò) Bone Deus, iste testis erat in eodem loco ante Ecclesiam Sanctæ Sophiæ, vt ipse asserit,& alij testes,qui asserunt fuisse ibidem, dicunt vidisse Donatellum ire cum baculo,& pugione euagi-

nato;

nato, & iste sub pallio vidisse vtrumq; non nè iste testis est sicut vnus de illis, qui erant ad custodiam sepulcri Domini nostri Iesu Christi, qui tempore Resurrectionis dixerunt nobis dormiētibus venerunt Discipuli, &c. Quartus Petrus Autonius super eod. interrog. 20. dicit quod ictus baculi non percussit (Alsò la detta mazza, e menò vn colpo verso il detto Clerico, quale schiuò il colpo e dipoi si dette in dietro il detto Donatello, & il medesimo Clerico andò seguitando, & nell'istesso tempo, che il detto Donatello si andaua tirando in dietro, &c. & super interrogat. 22. dicit (che il primo colpo che menò il quondam Donatello colse mi pare sopra vn muschio, e l'altro l'euitò con schiuarsi la persona, tirandosi da parte, & tandem Laurentius dicit, quod Clericus non se fecit à longe, euitando ictum baculi, sed accepit manum dexteram ipsius Donatelli in qua baculum gerebat, & sic restrinxerunt. Ecce quomodo iste testis Petrus Antonius est contrarius alijs, & sibi varius, nam primo loco dicit vnicum ictum fuisse admenatum, & nō percussisse, & deinde duos, & sic dicti testes præter alias varietates, & contrarietates, quæ non recensentur breuitatis causa, demonstrati sūt expressè varij, & contrarij in substantialibus, & quanta fides sit eis adhibenda, magis scire potest Reuerendissimus Dominus Delegatus *l. 3. §. Ideoq. ff. de testibus.*

Vlterius dicti testes dum deponūt, quod dictus Donatellus ibat cum baculo in vna manu, & cum pugione euaginato in altera versus Clericum, qui stabat ante apotecam magistri Io. Baptistæ Oppidi, & à curia baiulorum vnde asseritur, & articulatur extitisse Donatellū non posse videri nullo modo artantem ante apotecam prædictā, ob multas tabidas interpositas aliarū apotecarum stationariorum, vt deponit D. Io. Baptista super septimo interrog. quærelantiū Vitus Pizzutus ibid. & Laurentius super interrogatorio fi[...] sci 29. vnde si dictus Donatellus non poterat prorsus videre Clericū quomodo est verisimile, quod debuisset exire à curia baiulorum cum armis detectis, & ire versus Clericum quem videre priùs non poterat? inuerisimilissimè, non dum inuerisimile, postquā non articulatur neq; probatur saltim aliquod medium pro quo verisimiliter dictus Donatellus potuisset habere notitiam de dicto Clerico artanti ante apotecam prædictam Imò impossibile est homini etiam ab ostio curiæ de foris, (non dicam ab intùs, prout articulatur) posse videre. Et cum te-
18 stes etiam in hoc inuerisimilia † deponant sunt suspecti de falso, vt dicit *Farinac. de testib. q. 65. num. 144. & 148.*

Et his, & alijs variationibus, & cōtratietatibus, quæ minutim recensere, esset nauseosum, videtur quod Clericus non solum non probat suam intentionem, sed testes sunt arguendi de falso, ex quo nullo modo potest fieri probabilis, & congrua concordia; & quando fieret, quod non creditur, non possent concordari, cum simus in cri-
19 minalibus, ad effectum probandi contra Donatellum, sed tantum ad euitādum periurium, vt *Farinac. de testibus q. 65. num. 106. ex doctrina Felin. in c. cum nu. 16. de testib.*

Sicut nec probatur, quod Donatellus aggressus fuit Clericum animo occidendi, sed repellendi dumtaxat iniuriam, & ignominiam alapæ, cum percussione baculi, quæ non sequuta fuit ex quo dictus Clericus præuenit in occidendo cum stilecto, & quod non fuit ad alium finem, probatur.

Primo per testes productos à dicto Clerico. s. Marcum Antonium Iordanum super quinto interrog. quærelantium, qui deponit de auditu (mà si bene haue inteso dir publicamente, che pochi giorni prima il medesimo Donatello hauesse fatto accommodare vna mazza per leuarsi vn nò sò che incontro riceuuto dal detto Clerico

Nardo Antonio Nouelli) & Canoni-
cum D. Mattheum Palermum super 3.
art. dicti Clerici de credulitate (che
esso testimonio non può capire, che
animo hauesse hauuto il detto Dona-
tello, e poteua essere ancora di fare
vna sbrauata, e non con animo di am-
mazzarlo,) & tam testes de audi-
tu sicut dictus Marcus Antonius, quã
de credulitate, vt est dictus Canoni-
cus plenè probant contra producen-
20 tem, † vt *Farinac. de testib. q. 62. num. 228. & 233.* eò maximè, quo dictus
Clericus post didicita approbauit exa
men, & testes didicitos non impugna-
uit; & ex primo loco allegatis rationi-
bus est probatum licuisse dicto Dona-
tello repellere iniuriam, & alapæ igno
miniam, postquam aliàs atrociter re-
manebat iniuriatus, & in hoc adduci-
tur indicium testium prædicti Clerici
deponentium pro illius defensione .s.
quod si Clericus ipse non occidebat
Donatellum, remanebat apud homi-
nes absque honore, & Bone Deus, isti
Clerico erat licitum occidere pro re-
pellẽda iniuria, & Donatello erat pro-
hibitum cum baculo repellere ignomi
niam alapæ, stante differentia condi-
tionum, vt supra est dictum?

Secundo inimicitia orta inter dictũ
Donatellum, & Clericum non potest
reputari à iure capitulis, & consequen
ter non inducit occidendi præmedi-
tationem, & deliberationem, quia non
quælibet inimicitia. Sed solummodo
21 grauis, † & capitalis infert ad homi-
cidij præmeditationem, *Bertaz. consil. crimin. 85. num. 17. & seq. lib. 1. Bursat. consil. 271. num. 30. Mascard. de probat. conclus. 98. nu. 5.* & *communem testatur Farinac. q. 49. num. 100. & refert idem Farinac. cons. crim. 138. num. 28.*

Tertio si dictus Donatellus habuis-
set animum occidendi non præparas-
set baculum, pro repellenda ignomi-
nia, sed archibusettum, quem deferre
poterat, sicut pugionem vigore suæ
commissionis; nec vt prætenditur de-
tecto baculo, & euaginato pugione
aggressus fuisset Clericum, & animus
22 deliberatus occidendi † ex genere
armorum præsumitur, vt dicit *Farinac. d. consil. 138. nu. 19.* & sic si dictus Do-
natellus habuisset animum occiden-
di, absq; alio medio verborum, lapidis,
& baculi, vt asseritur, euaginaret sal-
tim pugionem aggrediendo Clericum,
nam quando quis aliquem præmedi-
tatè occidere intendit illum expectãs
in aliquo loco, statim quod eundem
venientem videt, ipsum aggreditur,
vulnerat, & occidit nullis prolatis ver
bis, qui enim se insidijs ponit, vt ali-
quem occidat, non ipsum præmonet
23 † quod occidet, sed in effectu vulne-
rat, & occidit, ita ad verbum dicit, *Farinac. in d. consil. 138. nu. 18.*

Clericus vtique habuit animum oc
occidendi, prout occidit

24 Primo nam præter morem † habitus
clericalis deferebat arma prohibita
.s. stilectum, & quando arma præter
morem deferuntur, præsumitur præme
ditatus animus occidendi, ita dicit
Menoch. d. cas. 561. nu. 43. & Farinac. cons. crim. 193. nu. 85.

Secundo animo deliberato occidis
se dicitur, quod per insidias occidit.
Per insidias quidem occidit Clericus
Donatellum, nam tempore quo fuit ca
sus, stetit semper pallio inuolutus, atq;
recintus, itaq; manus eius videri non
poterant, & quæ arma in illis defere-
bat D. Io. Baptista super interrog. fisci
20. dicit (sopragiungendo sopra il Cle
rico Nardo Antonio ammantato con
il ferraiuolo,) & super interrog. 22. io
viddi il Clerico Nardo Antonio la
prima volta quãdo còrse sopra al quõ
dam Donatello, che staua ammantato
con il suo ferraiuolo, e tal che non le li
poteuano vedere le mani,) & Petrus
Antonius alius testis super interrogat.
22. (io non gli viddi in mano null'al-
tra cosa, perche staua ammantato il
detto Clerico) & Laurentius super eo-
dem interrog. (staua ammantato in
modo, che non se li poteuano vedere
le mani,) & insidias parare his dicitur,
qui

qui habitu mutato, vel aliquo figmen-
25 to facit, vt alium inconsideratè † pertranseuntem adoriatur, ita dicit *Menoch. d. cas. 361. num.* 28. & quis dubitat, quod cũ Clericus stabat hoc modo in abscondito parabat sibi arma in manu ad finem vulnerandi inconsideratè, sicut facit à subtus pallio, ita quod miser adolescens occisus, ictum stilect præuidere, & cauere non valuit? & eò maximè præsumitur, quod insidiose illic stabat, quo ipse Clericus tam coram Vicario Materano, quam coram Reuerendissimo Domino Delegato negat penitus occidisse, & in hoc est mendax, quia conuincitur tam per testes, quam per propriam confessionem in suis articulis, & ex menda-
26 cio † præsumitur dolus *l. seruus §. si persu serit ff. de dol. cum alijs allegatis per Farinac q.* 52. *num.* 2. Nam si confessus fuisset à principio sponte veritatem, præsumeretur sine dolo deliquisse, vt dicit *Farinac. de reo confess. & conuic q* 81. *num.* 180. *in fine*, sed quia negauit, ergo, &c.

Tertio Clericus habuit præmeditatum animum occidendi, nàm potuit aufugere, & non aufugit, vt dicit Petrus Antonius testis per eum productus super 5. exceptione, & ex hoc capite tantum, & si contra dictum Clericum nulla alia laboraret ratio, sicut tot, tanteq; laborant, vt est probatum in supradictis, & habita pro vera conclusione, quod nemo tenetur fugere, adhuc deberet puniri de expressa poe-
27 na arbitraria † vltra irregularitatem si esset Clericus secundum *Gomez varia rum resol. tom. 3. cap. 3. R de homic. num.* 24 *Pla. in epis delictor. cap.* 28. *num.* 11. *ver. quibus, et illud addam, et refert Farinac. de Homicid. q* 124. *nu.* 138.

Nec aliquid suffragatur Clerico asserenti Donatellum fuisse associatum à Schalchino, & ab alio famulo ad finem illum ledendi, nam præter, quod non probatur Schalchinum fuisse armatum, imò testes eius dicunt, quod non habebat arma, auxiliator, vt dici possit in delicto, requiritur quod ad delictum illud fuerit deliberatè coaduna-
28 tus † alias casual ter est præsumendũ, quod ibi reperiatur, vt dicit *Grammat. dec.* 24. *nu.* 3. *et per totum.*

Circa qualitatem dicti Clerici, & quod sit solitus delinquere, cum armis & præcise cum stilecto, præter quod ore proprio confessus est pluries carceratum extitisse pro delictis, quamquam occultet veras causas, deponit Nicolaus Basile testis pro informatione Curiæ de stilecto euaginato aduersus fratrem ipsius Clerici vnde potest dici detto Clerico illud adagium.

E s'à te stesso non dai qualche requie,
Che farai co gli estranei.

Et adsunt processus multi in Curia Archiepiscopali Materana, vt ex fidibus, & in Curia Archipræsbyterali Altamuræ, itaq; est solitus delinquere, & ita non erat Donatellus, qui erat probatæ vitæ, & illam ducebat pacificè, & quietè, & præter, quod quamplurimi testes pro informatione Curię hoc dicant, dicunt etiam testes producti ab ipso Clerico vt D. Ioan. Baptista super 15. art. Nec obstat, quod aliqui deponant de quadam asserta rixa, cum quodam fratre Fabio, nam omnes deponunt de auditu ab ipso fratre principali offenso, qui nihil probat, vt est *tex. in c.* cum *P.* Manconella de accusatio, & non probant depositiones illorum quorum repelluntur authores *cap. licet* ex quadã extra de testib. sicut nec probant dum dicunt, quod Donatellus erat capricciosus, & petulans, nàm non reddunt causam, & sunt repellendi *ad tex. in l. solam C. de testib.* & eò magis quando deponitur de infamia
29 † alterius nõ creditur eis nisi adijciãt iustam causam. *Inno en. in cap. oportet de accus. testi*, enim non est permissum iudicare, qui sint prouidi, & discreti, vt dicit *Maran. consil.* 12. *numer.* 11. istud enim tantum Iudici competit *Nell. de S. Geminian. de testib. num.* 176.

Denique sunt & alij testes prædi-
cti

cti Clerici, qui patiuntur exceptiones ex eisdem eorum depositionibus apparentes, vt est sol. qui super 6. interrogat. quærelantium deponit, quod ab apotheca Io. Baptistæ oppidi potest videri exiens à Curia baiulorum, quod est probatum impossibile, & tres testes ex testibus productis à Clerico vt sunt D. Ioan. Baptista, Vitus Pizzutus, & Laurentius, deponunt quod non, & reddunt bonam causam scientiæ, & hæc est veritas, & in materia iuramen-
30 ti, cum sit indiuiduum † delinquēs in vno factus est omnium reus, ad tradita per *Præsid. de Franch. dec.* 173. *num.* 6. *Farinac. de testib. q.* 57. *num.* 111. *& seqq.* sicut nec Vitus Pizzutus idoneus est testis, nam nimis animosè deponit, dū super 3. interrog. fisci dicit (che esso hà dodeci carra di grano, che nō gli hà esso Notar Leonardo Porticella, & propter præsumptam affectionem reputatur etiam suspectus, & non ido-
31 neus, testis nimis animosè † deponēs, *Farinac. de testib. q.* 60. *num.* 35. sicut nimis verbosus in sua depositione suspectus sit, vt *Farinac. ibid. num.* 37. & idē testis super 7. art. Clerici dicit (io haggio detto sessantamillia volte, per l'amor di Dio non mi date più fastidio, che io son morto, e lasciatemene andare che non voglio biastemar quando mai ce son venuto) huic testi quanta fides sit adhibenda, tu magis Reuerendissime Domine scire potes.

Nec depositiones testium super articulis 19. 20. 21. 22. 23. sunt habendę in aliqua consideratione, postquam
32 omnes dicti articuli sunt Iuris † & fundati sunt in sola Iuris dispositione, & merum Ius continent, vt sumitur ex speculat. *in tit. de testib.* §. 7. *num.* 29. *et per Io. Andr. in addit. ad eundem specul. eod. tit.* §. *nunc videndum in princip.* & iā est probatum, quod testis debet, q d facti deponere, & super articulo factum, & non ius continenti, nàm non est suū iudicare, & decidere, sed Iudicis, ex allegat doctrina *Nelli in dicto tract. de testib. num.* 176. postquam omnes testes producti sunt idiotæ, & nesciunt quæ requirantur pro necessaria defensione, quando defensio sit licita, vel non, & quando testes sint varij, contrarij, singulares, & discordes, & quando huiusmodi probent circa quam materiam, eminentiores Doctores allucinati sunt, & penè confusi, & dicti testes sic resolutè deponunt?

Ex qibus omnibus quàm clarè dignoscitur dictum Clericum Nardum Antonium absq; legitima causa occidisse Donatellum, & propterea pœnā ordinariam legis Corneliæ de sicarijs non posse aufugere, & sic tanquā Clericum Curiæ seculari tradendum. Cætera verò, quæ in his deficiunt supplēda relinquuntur religioni, atque scientiæ admodum Illustriss. & Reuerendissimi Domini Delegati, in decisionibus causarum versatissimi, & ita iuris esse censeo, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius I. C.

Die 24. Mensis Maij 1621. dictus inquisitus per sententiam fuit declaratus manifestus irregularis, relegatus per biēnium in terra Albani Tricaricen. diœcesis & per quadriennium post finitā relegationem exulatus per 30. miliaria à Ciuitate Materæ, & eius districtu cū comminatione triremium per septennium. Per Benedicto Episcopo Venusino S. C. Delegato.

CONSILIVM XXX.

Pro D. Ioan. Petro Diotaita Terræ Pisticij inquisito de adulterio in personam Portiæ Simminellæ prægnantis eua sæ.

ARGVMENTVM

Accusatores, & quærelantes, & socij criminis quam probationem faciant, & multa de defectu probationum testiū, tam ex personis, quam ex dictis, & præcisè de paupertate testium, & de qualitate

litate famæ publicæ, vt probet. Et de libelli accusatorij requisitis.

SVMMARIVM.

1 *Accusatores repelluntur à testimonio.*
2 *Socius Criminis non admictitur in testimonium nisi cum tortura.*
3 *Fama vt probet plures debet habere circumstantias.*
4 *Testes contra producentem, etiam fiscum plenè probant.*
5 *Testis primæ depositioni, & non secundæ est standum, & quomodo hoc intelligatur.*
6 *Confessioni partis magis est standum quam testibus.*
7 *Paupertas facit oriri præsumptionem mendacij, & corruptionis.*
8 *Pauper de facili incurrit in periurium ex dicto Salomonis.*
9 *Inimicorum coniuncti non vltra tertium gradum de iure ciuili repelluntur a testimonio.*
10 *Testis inuerisimilia deponens est suspectus de falso.*
11 *Fides testium arbitraria.*
12 *Fama bona tollit præsumptionem delicti.*
13 *Libellus accusatorius debet continere tempus certum, & præfinitum, saltim mensem, & annum.*

Dirigat Dominus verba mea.

D. Io. Petrus Diotiaita Terre Pistiicij inquisitus de adulterio in personam Portiæ Simmnellæ, ex qua filiolam habuisset, debet absolui inspectis tam processu informatiuo, quàm defensiuo.

In informatiuo præter quærelam, & depositionem ipsius Portiæ fol. 2. & 3. & eius matris Cuzzæ de Lemma fol. 3. & 4. quæ nihil probant, partim quia sunt accusatrices, & à testimonio repel-
1 luntur, *ad tex. in cap. cum P. Manconella de Accusat. specul. in* §. 1. *de testib. ver.* item quia testis, & accusatrix per *cap. forus* §. *in omn. de verb. signif. Felin. in cap. licet alij num. 6. de Simon.* partim quia dicta Portia se facit sociam crimi-
2 nis † & paritèr est repellenda. *Salicet. in l. quoniam liberi C. de testib. Felin. in cap. veniens il primo cum concordantibus eod. tit. num* 19. & illi non creditur etiã quo ad indicium ad torturam contra consocium nisi cum tortura, & cũ alijs adminiculis, vt habetur plene per *Farinat. de Indic. & tortur. q.* 43. *nu.* 88. 99. 101. & 134.

Laborant quoq; decem alij testes, quorum sex deponunt de practica d. D. Io. Petri in domo d. Portiæ ad finẽ illam docendi legere, & doctrinã Christianam, & de fama publica, quod ex illo esset prægnans. Duo deponunt de visu, de actibus inhonestis .s. osculis, & tactibus; vt sunt Angela Antonelli Russi fol. 5. & 6. & Dominicus Russus fol. 16. & duo alij testes de fama publica, quod dicta Portia erat pregnans de suo viro, qui in abscondito (ex quo creditores persequebantur) accedebat de nocte ad domum non autem de dicto. D. Io. Petro sunt Dominica Palma, & Rosa Io. de Florio fol. 7. quæ fama publica nihil probat contra inquisitum, nam varij varia, & diuersa dicũt, vt apparet ex dictis duobus postremis testibus fisci, quibus sunt conformes sex alij testes in defensiuo super 13. interrogat. fisci fol. 37. 40. 42. 43. 47. 49. vnde sumitur, quod cum
3 fama † non sit solida, in concussa, crescens, non leuis, non vaga, non contraria, nec in aliquo labefactata, nihil prorsus operatur, vt dicit *Farinat. de indic. & tortur. q.* 47. *num.* 163. *& seq.* Imò quando testes hinc inde deponunt super famas contrarias, fama bona innocentiæ tollit malam delicti famam, vt *Farinac. ibid. num.* 168. Accedat quod illi duo vltimi testes in primo processu informatiuo .s. Dominica Palma, & Ro-
4 sa Io. de Florio plenè probant, † tam contra partem quærelantem, quam contra fiscum, etiam si essent inhabiles, vt dicit *Farinac. de testibus q.* 62. *n.* 211. *&* 213. vltra quod dicta Rosa

Aniba,

Anibalis Chiruzza, vt in impinguatione fol. 20. est illamet, quæ appellatur Rosa Ioan. de Florio in primo informatiuo fol.7. vt probatur in defensiuo per quinque testes super 21. interrog. fol 34.37.41.49. & 50. & primo
5 dicto, † & non secundo est standum ex communiori sententia DD. vt *Farinac. de testib.q.66.num.124.& 127.* quam doctrinam (vt est in casu nostro) intelligo quando testis ex interuallo, & in diuersis examinibus sibi contradicit non autem in eodem examine, & in c. diuisi, vt in allegata doctrina vlterius dicta Portia à principio quo fuerat pregnans publicauit, & confessa fuit fuisse prægnantem ex eius viro, vt deponunt testes super 13. interrog. & sic de iure præsumitur quotiescunque pateat accessus viri ad vxorem etiam adulteram, vt dicit, & probat *Gabr. in commun.opin. tit. de præsumpt. conclus.* 14. & aduersus confessionem partis non datur aduersa probatio, ex
6 quo magis statur partis confession. † quàm testium depositionibus, vt sumitur ex *Farinac. de testib. q. 65. num.* 201. Nec obstat quod deindè exposuit quærelam contra dictum Ignatiū, nàm.

Primo est perbenè probatum vnde habuit ortum .s. quia cum prius conuersabatur in domo matris, & sororis, & ipsius D. Ioan. Petri pro aliquibus agendis seruitijs, vnde victum quandoque habebat, & deindè prægnans detegeretur cum eius vir erat absens fuit è dicta domo expulsa à dict. *D.* Ioan. Petro, matre, & sorore, ex quo saltim inhonesta suspicabatur, & sic ex odio, & liuore insurrexit contra inquisitum, vt deponunt sex testes in defensiuo super 11. interrog. fol. 33. 35. 37.42. 43. 47. & duo testes super 12. interrog. fol.52. & 43.

Secundo inter dictum D.Ioan. Petrum, & D.Filippum Russum, est probata capitalis inimicitia, & illius causa, vt deponūt testes nu.7. super 16. interrog. fol.34.35.37. 40.42.46.49. & testes sex super 18. interrog. Imò non solum vrgens instigatio, verum seductio, porrigendo d. Portiæ folium cruce signandum contra dictum *D.*Ioan. Petrum, vt deponunt testes tres super 17. interrog, fol.37.42.44. & hoc sub spe alicuius promissionis, & lucri ex quo dicta Portia est probata vilissima & pauperrima, quærens victum suo labore per diuersas domos, vt deponunt septem testes super 15. interrog. à fol.33. vsq; ad 49. ex qua paupertate, & ex iam alijs dictis, non est dubiū
7 oriri præsumptionem † mendacij, & corruptionis, vt exclamant omnes Doctores apud *Glos. in l. 3. in verb. agens ff. de testib. & Glos. in c. testes §. testium fides in verb. locuples 4.q.3.* vbi refert dictum Salomonis dicentis. Paupertatē
8 nè dederis mihi ne pauper † periurem nomen Domini, & refert *Farinac. de testibus quæst.57. num.3. cum alijs allegatis*, & huiusmodi corroborantur, ex promissionibus factis d.Portiæ, etiam à matre d.D. Philippi, vt Materam peteret, & coram Domino Archiepiscopo aduersus dictum inquisitum, deponunt duo testes super 29. interrog. fol. 79. & 45.

Nec obstant depositiones Angelæ Russæ in informatiuo fol. 5. & in impinguatione Dominic. Russi fol. 17. nàm sunt probati fratres d. D. Filippi, quod Angela, & Dominicus deponūt vidisse actus inhonestos, tactus amplexus, & oscula inter Portiam, & inquisitum, nàm cum non sint vltra tertium
9 gradum coniuncti † cum dicto D.Filippo capitali inimico, eorum depositiones non admictuntur, vt expressè habetur, *in cap. absens il secondo 3. q. 9.* & multa alia, refert *Farinac. de testibus quæst.13. num.5. & 9.*

Accedat, quod cum deponant isti duo testes fratres, vidisse ianuis apertis dictos Portiam, & D. Io. Petrum agere actus inhonestos in domo, quæ habet portam ad viam publicam, & vbi multi coaduicini inhabitant, non est verisimile, vt deponunt testes num. sex

ſex ſuper 25. interrog. à fol. 34. vſque
10 ad 59. & teſtis inueriſimilia † deponens, non ſolum non probat, ſed eſt ſuſpectus de falſo, vt dicit, *Farinac. de teſtibus. q. 65. num.* 144. & maximè inueriſimile eſt, vt dictus Dominicus trã ſeundo per viam publicam vidiſſet, & audiuiſſet dictas Portiam, & D. Ioan, Petrum intus domum loqui, & dicere, qualiter loco docendi doctrinã Chriſtianam, eam impregnaſſet, &c.

Bone Deus, quomodo iſti teſtes ſic tranſeuntes potius, quam aduicini vidiſſent, & audiuiſſẽt omnia iam dicta? Credo firmiter ꝙ nemo ſanæ mentis his fidem adhibere debet, & non ſine magna ratione legum conditores fidẽ
11 teſtium † Iudici arbitrariam cenſuerunt, *vt in l. 3. §. Ideoq;* in illis verbis tù magis ſcire potes, *ff. de teſtib.*

Vlterius dictus Dominicus arguitur de falſo, nam in tranſitu; per domũ d. Portiæ dat cauſam, quod ibat ad domum Antonelli Cornelij de Scianno Antuono, quod erat in ſeruitijs ſuę maſſariæ, & eſt probatum quod dictus D. Ioan. Petrus, tempore quo dicta Portia ſe detegit prægnantem, & fuit expulſa è domibus d. D. Ioan. Petri, & eſt biennium, non ſolum non eſt conuerſatus in domo d. Portiæ, vt deponunt teſtes n. ſeptem, verum dictus de Sciannuono non fuit anno elapſo in ſeruitijs maſſariæ d. Dominici, ſed à Menſe Septembri proximi præterito citra, vt deponunt teſtes n. tres vnde quis dubitat, quod ſit falſus, & falſus: in vno falſus in omnibus ratione iuramenti indiuidui, vulgatis Iuribus, &c.

Præterea omnes teſtes contra d. D. Ioan. Petrum ſunt legitimè repulſati, & probati inimici, odioſi, meretrices, & ebrij, quod omnes teſtes, etiam, ſi non eſſent excluſi à ſuper allegatis exceptionibus, adhuc nihil probarent, vt in hoc ſunt iura clariſſima, & nõ opus eſt allegare, tum quia negotium ventilatur coram ſapienti, & pauca ſufficiunt, tum quia eſſet in macrologiam incidere.

Et deniq; non ſolum d. Inquiſitus debet abſolui ex iam dictis, & quod amplius ſit probatus homo nobilis, & Sacerdos bonæ opinionis, & famæ, & quod numquam dedit ſuæ vitæ ſcandalum, vt teſtes numero quinque ſuper, &c. interrog. per quam bonam
12 famam tolluntur † omnes præſumptiones delicti, vt per *Bal. in l. fin. ff. de hæred. inſtituen. l. 1. C. loca.* verùm quia in libello accuſatorio non fuit appoſitum tempus certum, atq; præfinitũ
13 ideſt annus, & menſis libellus, † ex inquiſitio non procedit, etiam parte non opponente, vt dicit *Bart. & omnes in l. libellum ff. de accuſatio canonizata in cap. libellorum 9. q. 8. & in c. tua & ibi not. de procurat & est conſil. Ioan. de de Armil. in proprijs terminis* 127. *col.* 9. *verſ. vltima concluſio ſit* & refert *Maſcar. de probat. concluſ.* 18. *num.* 6. *& ſequent.*

Et ex his concluditur d. D. Io. Petrũ debere abſolui, & titulum deleri, & ita iuris eſſe cenſeo, &c. ſaluo ſemper, &c.

Horatius Perſius I. C.

Die 29. Menſis Iulij 1622. fuit prouiſum, quod deleatur titulus, tamẽ ratione ſcãdali, quod d. D. Petrus abſtineat à commercio, & exulet per ſex. menſes D. Io. Antonio de Floribus locumtenenti Illuſtriſſimi Archiepiſcopi Antenoris.

CONSILIVM XXXI.

Pro D. Petro Antonio Roſella Terræ Ferrandinæ inquiſito de Simonia, & de falſitate.

ARGVMENTVM.

Simonia quàm ſit crimen deteſtabile, & quibus modis probetur, & hæreſi cõparatur. Teſtes in criminalibus contra reum debent reddere rationem, & cauſam ſcientiæ, & ad defenſionem

non est necesse, & an verba in fine examinis posita .s. de causa scientiæ, quia scit, vidit, audiuit, &c. aliquid operentur ? & textis de auditu alieno an probet?

SVMMARIVM.

1 *Simonia est crimen detestabile, & inter maiora connumeratur, & signis, & coniecturis probatur, & equiparatur haresi.*

2 *Testes in causa haresis debent reddere rationem, & causam scientia, etiam non interrogati, & etiam fide dignissimi, de his qua ipsi plenè sciuerint, & non de aliorum auditu.*

3 *Testis in criminalibus debet reddere rationem non solum quando tractaretur de condemnando, sed de torquendo.*

4 *Testis deponens generaliter in fine examinis de causa scientia, quia scit, vidit, audiuit, & c. nihil operatur, quando supra de causa scientia non deposuerit.*

5 *Testis per verbum (scio) nihil probat.*

6 *Testis de auditu alieno nihil probat, etiã ad torquendum.*

7 *Testis de auditu alieno, nisi ille à quo audiuit examinetur, & est viuus, neque facit præsumptionem.*

8 *Testes de auditu alieno in casu quo probassent, debent esse fide digni, & omni exceptione maiores, que qualitas, quando requiritur in testibus, est articulanda, & probanda.*

9 *Iudex regulariter non potest procedere ad carcerationem nisi constiterit de corpore delicti, & e contra carcerando Clericum indebitè incidit in excommunicationem.*

10 *Testibus negantibus delictum, & ad rei defensionem magis creditur, quàm affirmantibus, etiam si essent numero plures.*

11 *Testis ad defensionem, etiam quod non reddat causam scientia probat.*

Dirigat Dominus verba mea.

D. Petrus Antonius Rosella, Terræ Ferrandinæ inquiritur sub prætextu, quod tempore sui subdiaconatus in examine fuisset reprobatus, & vt positus esset in lista ordinandorum, promisisset ducatos sex Io. Adorisio tunc temporis scribæ Archiepiscopalis Curiæ, & in compotum consignasset carolenos decem, & sic fuisset ordinatus. Pro parte fisci producuntur tres testes de reprobatione in examine, & de tractatu cum d. Io. .s. Diacon. Frãciscus Inestria, Diacon. Gaspar Colabellus, & Clericus Cæsar Iannuzzellus, licet istè vltimus deponat ex auditu ab eodem D. Petro Antonio soluisse d. Ioan. Quatuor alij testes deponũt de auditu .s. tres à Leonardo Antonio Turchetto, & quod mutuasset pro causa prædicta Carolenos decem eidem D. Petro Antonio, licet examinatus d. Turchetto, dicat nescire, & nõ recordari, & quartus testis deponit audiuisse à quondam D. Mario Galterio fiscus duo prætendit, simoniã .s. & falsitatem commissam, sed vtraque negatur.

1 Et quamquam crimen simoniæ sit detestabile † & inter maiora crimina computetur, & propter sui atrocitatẽ sufficiat probatio, quæ fit per signa, & coniecturas, vt est tex. in cap. sicut de simonia, Tandem est intelligendum de signis euidentibus, & reum de ipso crimine conuincentibus, vt sentit *glos. in cap. insinuatum in fin. eod. tit.* & refert Clarus § *simonia in fin. Lopez Diaz in cap 91 super verb sola signa, Mascar. de probation. concl.* 1304. *in fin. vol.* 3. Imò crimen simoniæ dicitur hæresis, & ei equiparatur, *vt Mascard. conclus.*

2 1305. *in fin. eod. vol.* & tamen testes † in hæretico probando, debent eorum testimonij, & dicti reddere causam, & rationem, etiam non interrogati, vt respondit simon. in tit. 51. de probation. num. 6. vers. sic etiam in causa hæresis, quæ ratio adeo potens esse debet, vt etiam si fide dignissimi testes sint, nullum pondus sit habiturum eorum testimonium, nisi rationem redidderint de his quæ plenè sciuerint non

autem

autem de aliorum auditu, per ea quæ ad hoc adducit *Simon. in tit. 64. de te-stib.num.39.* verb. tàm, & si autem, & hæc omnia refert *Mascard. de probat. conclus.855.nu.12.& 13.*

Et quoniam prædicti primi tres testes non reddūt aliquo modo causam, & rationem scientiæ, nec de visu, nec de auditu, vt clarissimè est videre propterea nullius ponderis, & momenti sunt; & prædicta non solum habent locum passim in criminalibus, quando tractatur de condemnando, sed etiam
3 si de torquendo † vt est communis opinio, *Clar.q 53.verb. præterea, Farinac. de testibus q.70.num 14.& 15.*

Nec obstat, quod in fine examinis
4 dicatur de causa scientiæ, † quia scit vidit, audiuit, &c. de loco, & tempore dixit vt supra, &c. nam adsunt illa verba, (vt supra) quæ sunt relatiua ad rationes supradictas, ex quo relatum est in referente *l.asse toto ff. de hæred.instit. l.in testamento ff.de condition.& demonstration.* cum concordantibus, & quoniam supra non fuit reddita ratio, & causa, nec de visu, nec de auditu, nam in istis sensibus consisterent deposita, & per sensum corporis, id de quo percipitur deponi debet, vt distinguendo dicit *Bar. in l.solam C.de testib.* propterea relatio, & verbum, (vt supra) nullum parit effectum, *Maran. rub. de testib. product. nu. 11. ver.* quòd nota perpetuò, & *Farinac.de testib quæst. 70.nu.144.*

Nec pro fisco potest fieri fundamētum in illis verbis (dopò sà che detto Gio. Adoritio più volte hà mandato à cercare à detto D. Pietro Antonio gli altri d.cinque) quia quando tractatur de causa criminali, & ad pęnam verbū
5 (scio) † non est legitima causa scientię, ità quod testis non interrogatus debet reddere vlteriorem rationem, ex eis quæ allegat, *Farinac. de testibus eod q.108.& seq.*

Similiter quatuor alij testes, qui
6 depon̄ūt de auditu alieno, † non probant, vt ex *tex.in c. licet ex quadam ext. de testib.* cūm alijs allegatis, per *Farin. eod tit.q.69.num. 2.* Nec ad torquendum, etiam quod essent plures, vt *Farinac. ibid.num. 14.& 16.* & eò maximè, quo Cl. Turchettus a quo tres testes dicunt audiuisse, examinatus, & interrogatus (se sapesse, ò si ricordasse, &c.) respondit (non lo sò, ne me lo ricordo,) ita quod in toto, & per totum negat, id quod deponitur per dictos tres testes contra dictum D. Petrum Antonium.

Hinc est, quod quando testes deponunt de auditu alieno, & iste alius est
7 viuus nisi examinetur † non solum nō probant, non faciunt indicium, sed nec præsumptionem, vt *Farinac. ibid. num.91.* Ratio est, quia potest esse differentia inter originale, quod est testis à quo est auditum, & copiam, quæ sunt testes, qui audiuerunt, prout in casu nostro.

Accedat, quod in casu quo testes de auditu probent, nisi sint graues, bonæ
8 famæ fide digni † & omni exceptione maiores, numquam probant, vt est tex. *in d. c.licet* ex quadam; quæ qualitas in testibus est articulanda, & probāda, vt *Farinac.ibid.num.94.& 95.* Imò non sufficit huiusmodi testibus dicere audiuisse, nisi dicant credere, quod audiuerunt, & intellexisse, *Farinac. ibid. num.99.& 100.* & quoniā hæc omnia deficiunt, ergo, &c. Quo vero ad prætensum falsitatem non videtur. Quomodo possit procedi, cum non constet de corpore delicti, quod debet ante stare, *vt l. 1. §. item illud ff. ad Syllaniam.* Nam cū dicta asserta falsitas esset de terza specie .s. de illa, quæ cōmictitur facto, & verbis simul, quæ post factum vestigij signum relinquit, deberet prius per informationem de facto, & scripto constare, præoculis Iudicis, vt sumitur ex *cap.inter dilectos de fide instrument. ver.2.il 2.* & refert *Muscatell. in praxi criminali tit.de fals.num. 13.& seq.* & quoniàm de hoc verbum nullum in processu restat, vt neq; possit procedi regulariter ad carcerationem, nisi cō-

9 stiterit de corpore † delicti. *Gramat. consil.* 15. *col. penult. & consil.* 30 vbi loquitur in crimine falsi *Clar. q.* 28. *nu.* 5. *ver. quæro nunquid, & Farinac. de Inquisitio q.* 2. *nu.* 2. Nec sumus in aliqua restrictione, & fallentia, vt ad carcerationem procedi potuisset, & Iudex Ecclesiasticus carcerãs Cler. iniustè, & indebitè incidit in excommunicationem *cap. si clericos de sentent. excommunicat. in* 6.

Ex quibus omnibus videtur, quod à processu informatiuo fiscus nullo modo habet intentionem fundatam contra dictum D. Petrum Antonium, tàm respectu assertæ simoniæ, quam falsitatis.

Et ex processu defensiuo constat per duos Sacerdotes, quod dictus D. Petrus Antonius tempore sui subdiaconatus fuit examinatus, & approbatus. Imo, & tunc temporis Io. Adorizius nõ erat scriba Audientiç Archiepiscopalis. Ita quod deficiunt omnia fundamenta delicti, quibus testibus
10 negãtibus delictum, † & ad rei defensionem in criminalibus est magis credendum, quam affirmantibus, etiam si essent numero plures, & hęc est opinio à D. communiter recepta, *Farinac. de testibus q.* 65. *num.* 154. & 234. & etiam, quod non reddant causam scientiæ, probant ad rei defensionem,
11 † vt testatur de commun. *Clar. q.* 13. *in fin. Mascard. de probation. vol.* 1. *in præfatione q.* 1. *num.* 124. *& Farinac. de testib. q.* 70. *num.* 101.

Et circa illud, quod ipse Inquisitus confessus sit in suo constituto, consignasse aliquam pecuniarum quantitatem d. Ioan. Adorizio, fuit ex transactione Inquisitionis contra ipsum formatæ ducatorum sex. prout apparet ex copia sententiæ, & transactionis in actis præsentata, quæ trãsactio fuit mediante d. Ioan. Adoritio tractata cum D. Abscio Franciscio, tunc temporis magistro actorũ Curiæ Archiepiscopalis, prout idem Franciscius affirmat. Vnde ex omni parte constat prædictũ Petrum Antonium esse innocentem, & debere penitus liberari, & sibi titulos deleti, & ita iuris, &c. Salua semper, &c.

Horatius Persius I. C.

Die 20. mensis Februarij 1623. dictus D. Petrus Antonius ab omnibus liberatus, & deletus titulus Inquisitionis Vicario Generali D. Alfonso de Floribus Archipresbytero Petinç tempore Archiepiscopi Antenoris.

CONSILIVM XXXII.

Pro D. Iulio de Donato Terræ Pomarici inquisito de propinatione attentata veneni D. Io. Camillo Russo Archipręsbytero d. Terræ tempore celebrationis Missæ.

ARGVMENTVM.

Actus remotus, & proximus in delictis quando dicatur, & quibus pœnis delinquentes huiusmodi puniantur, & quando dicatur actus remotus, & quãdo proximus In conflictu diuersarum opinionum Doctorum circa pœnas, semper ea quæ mitiorem continet pęnam est amplectenda.

SVMMARIVM

1 *Venenũ in materia deueniendo ad actũ proximum non sequuto effectu, non imponitur pœna ordinaria, sed extraordinaria s. pecuniaria, & ad actum remotum nulla.*

2 *Actus proximus, & remotus, quando dicatur in materia veneni & aliorum delictorum.*

3 *Opinio, quæ continet mitiorem pœnam in criminalibus, & in iudicando est amplectenda.*

4 *Delictum non præsumitur nisi ex causa præexistenti comparitio spontanea arguit innocentiam.*

Dic-

Dirigat Dominus verba mea.

D. Iulius de Donato Terræ Pomarici inquiritur ad quærelam d. Ioan. Camilli Rufi Archipræsbyteri d. Terræ, sub prætextu, quod præparasset venenum in quadam ampollina ad finem propinandi dicto Archipræsbytero intus calicem in vino tempore, quo sacrificium Missæ celebrasset, & contra eũdem D. Iulium adest depositio D. Francisci . . . . . qui detexit factum .f. quod dictus D. Iulius confessus, seu confisus fuisset cum ipso D. Francisco, vt tanquam Sacrista, & seruiens aliquando dicto Archipræsbytero in Missa immitteret intus ampollinam vini quandam aquam veneno confectam, vel in locũ aquæ aquã prædictam, qui cum noluisset consentire, detexit omnia d. Archipræsbytero, qui præcedente instantia fecit perquirere intus Sacristiam capsam d. D. Iulij, vbi fuit inuenta ampollina aquæ distillatæ plenam, & facta per expertos de illa experientia in quibusdam pullis, statim illi necati, & nigri facti sunt. Fuit quoque facta recognitio d. ampollinæ, & probatur esse d. D. Iulij; Qui habita notitia de supradictis, statim præsẽtauit se, coram Illustrissimo, & reuerendissimo Domino Archiepiscopo, asserens, prout in suo constituto dixit, quod dictus D. Franciscus posuit dictam ampollinam intus capsam d. D. Iulij, qua sepissimè vtebatur d. D. Franciscus, & illius clauẽ retinebat, vt retinuit vsque ad tempus ferè inuẽtæ ampollinæ ex quo vtebatur vestimentis d. D. Iulij pro celebranda Missa, & cum dictus D. Franciscus ob odium, quod gerebat aduersus Archipræsbyterum, & correptione illi facta ex causa, vt inferius, volebat eum interficere; Sed D. Iulius cum hoc detexisset, prohibuit, illum acritèr increpando, imò clauem d. capsæ amplius illi consignare noluit, & minatus fuit velle frangere ampollinam, & cum dictus D. Franciscus timuisset nè detegeretur propterea statim præueniendo, detexit, & id quod ipse erat moliturus, contra D. Iulium conuertit.

Factis defensionibus per dictum D. Iulium, videtur dicendum, quod dato, & non concesso penitus, quod D. Iulius præparasset venenum modo, quo supra adhuc nulla pœna affici debet. Siquidem quando in materia
1 veneni † deueniretur ad actum proximum, ita quod quantum in se est perficitur, & nihil aliud remanet, nisi demum mors ex propinatione sequatur, secundum veriorem, & magis etiam in praxi receptam opinionem, iuxta quam in hoc casu locum esse pœnæ extraordinariæ tantum, & quidem pecuniariæ, vt dicit *Bal consil.* 443. *lib.* 3. *Gramat. consil.* 36. *num.* 13. *& seq. & nu.* 20. *& decis.* 2. *num.* 22. *& seqq. & decis.* 14. *num.* 15 *Farinac. quæst. crimin.* 122. *num.* 20. *ver. contrarium*, *& q.* 123. *num.* 106. *vbi num.* 108. dicit, quod hęc opinio sit æquior, & ab ea tamquam magis communi non recedendum, saltim de generali consuetudine, & refert omnia hæc vermigliolus de vermigliolis inter consilia criminalia, *Farinac. cons.* 184. *num.* 30. & minimè pœne ordinariæ esse locum.

Verum, quando nõ deuenitur ad actum proximum, sed actus sit remotus, quod tunc nulla pœna sit intelligendá, vt dicit Idem Vermigliol. ibid. nu. 32. allegando consil. *Malvasia.* 112. *n.* 29. *& seqq.* qui tractando materiam veneni; dicit quod si aliquis voluerit occidere hominem, emerit gladium, & acuerit, & habuisset colloquiũ cum socijs, & non tamen vlterius actum perfecerit, quod aliqua pœna non debet puniri, vt ita est *tex. in l. is qui cũ telo C. de sicar.* & declarat *Cyn. in l. si quis* non dicã rapere *C. de* Episcopis, & Clericis, & sic si aliquis emerit venenum ad finem occidendi non meretur pœnam aliquam, ex quo dicitur actus remotus, vt eleganter declarat, *Salic. in l.* 1. *C. de malef. & Mathem.* vbi habetur

quod

quod emere venena, & habere colloquium, sunt actus remoti, & non sunt puniendi,& ad hoc ponderat, *tex. in l.1. ff. ad l. Pomp. de parricid.* & refert *Maluas. ibid. num.* 32. circa medium, vbi ponuntur alia exempla circa scalationem Monasterij Monialium; &c. vbi quod adherendo scalam muro monasterij, sit actus remotus, & non punibilis.

Et quamq; *Menoch.* distinguẽdo materiã in *de arbitrar. cas.* 360. *numer.* 46. *& seqq.* teneat, quod etiam, quando sit deuentum ad actum remotum, put ad emptionem venen. &c. & sit impeditus vlteriùs progredi, quod adhuc sit puniendus pœna extraordinaria .s. pecuniaria, & sequitur *Farinac. q.* 122. *par.* 3. *num.* 40. Tandem, quia sunt opiniones DD. excludentes pęnam omninò, & sunt communes, propterea in
2 criminalibus, secundum mitiores, † est iudicandum, vt dicit *Ozas. dec.* 80. *num.* 8. *Boer. decis.* 164. *num.* 15. & hæc sint dicta respectu processus informatiui tantum, sed intuendo defensiones est dicendum, quod D. Iulius sit penitus innocens à delicto, nàm vberrimè constat de eius bona vita, & fama, & quod non habebat causam præexistentem perpetrandi, tàm immane delictum, & nemo præsumitur delinquere,
3 nisi ex causa, † vt dicit *Felin. in cap.* 1. *de off. & potest. Iud. ordin. & glos. sing. in l. qui iurasse* §. *si pater de iure iuran.* & statim, & spontè comparuit, vnde ar-
4 guitur eius innocentia † postquam quis est tam fatuus, qui in causa tàm graui si est nocens, & verus reus delicti, velit se priuare libertate exponendo, se in carcerem argumẽto? *tex. in l. si ita ibi,* quod nemo sanus probauit *ff. de euictio.*

Et è contra probata est mala fama, qualitas, & vita d. D. Francisci, qui habebat odium capitale aduersus Archipræsbyterum ratione correctionis à concubina, & omnes sciunt, qnod hodie correctio conuertitur in odium corripientis, vt ait *Salicet. in l. vnica C. de emendat. propinq.* & eò maximè respectu d. D. Francisci leuis vitæ, ac pessimorum morum, & indigni filij optimi Patris, quem voluit aliquando venenare, vt constat ex processu, & huc intrat regu. semel malus semper præsumitur, malus in eodem genere mali vulgatis Iuribus, &c. & solitus similia attentare habet indicium contra se, vt tangit *Foller. in prax. crimin. ver.* Item quia sororem venenauit *num.* 8. est tàm male indolis, atque opinionis, vt eius Pater ob inobedientiam fecit illum carceribus mancipari, per multos menses, & illis demum fractis aufugit.

Ex quibus præsumptionibus argui potest Innocentia d. D. Iulij, & quod pura veritas sit illius depositio. Vnde partes Domini mei Iudicantis non sunt nisi in liberando ipsum D. Iulium, & ita Iuris, &c. saluo semper, &c.

Ad materiam supradictam videantur, quia faciunt, *Diaz. cum additione, in verb. venefici cap.* 95. *& Foller. pract. crimin. canon. par.* 2. *cap.* 23.

Horatius Persius, I.C.

Die . . . mensis Aprilis 1614. d. D. Iulius fuit transactus in quadam parua summa pecuniaria. Vicario Generali D. Iulio Cęsare Casaleno Terræ Francauillæ in Prouinc. Hydrun. viro quidem integerrimo.

CONSILIVM XXXIII.

Pro D. Francisco Fanella, & Diacono Io. Dominico de Iula, aliàs Pinco, Terræ Laurẽtianæ inquisitis de disrobatione stratarum, & vulneribus furtum passo illatis.

ARGVMENTVM.

Testes familiares, & socij in itinere in loco vbi aliàs veritas haberi non potest, quam fidem faciant. Corpus delicti cuius post factum remanent vestigia, quo-

quomodo probetur, & etiam de pecunia furata in campanea; informatio Iudicis laici, quam fidem faciat contra Clericum, coram Iudice Ecclesiastico, & repetitio testis infamis, quomodo fiat ad finem, vt noceat. Et mulra de circumstantijs famæ malæ, & de testibus in habilibus ad defensionem.

SVMMARIVM

1 *Corpus delicti in genere debet primò constare.*

2 *Testes familiares, & socij in itinere admittuntur ad probationem delicti in nemore, & vbi testium copia adesse non solet, sed quando reuocant iniuriā ad eorum animum non probant.*

3 *Corpus delicti de quo post factum remanent vestigia debet subijci oculis Iudicis, vel Curiæ,*

4 *Corpus delicti de pecunia disrobata in nemore, vel aliàs in campanea, quomodo constare debeat.*

5 *Informatio capta per Iudicem Laicum contra Clericum non probat nisi quo ad aliqualem informationem coram Ecclesiastico.*

6 *Repetitio Testis infamis debet fieri in tormentis specialibus.*

7 *Testis depositio de auditu, tantum valet, quantum ille à quo audiuit.*

8 *Testes inhabiles, qui ratione loci, quando aliàs veritas haberi non potest, admittuntur, sed non quando patiuntur plures exceptiones inhabilitatis, cum distinctione, vt intus.*

9 *Fama mala, quomodo probetur in criminalibus.*

10 *Testis dubia depositio contra producentem interpetratur.*

11 *Fama testimonium regulariter non est idoneum, imò non potest deterior testis reperiri, & de circumstantijs famæ.*

12 *Testis, qui cognouit ad vocem quomodo debet deponere, vt probet.*

13 *Testes coniuncti ad defensionem admittuntur, sed quam probationem faciant.*

14 *Probatio semiplena sufficit ad probandā defensionem, & testes non reddentes causam scientiæ.*

Dirigat Dominus verba mea, &c.

D. Franciscus Fanella, & Diaconus Ioan. Dominicus de Iula, aliàs Pinco, Terræ Laurentianæ, inquiruntur, quod sub die 5. mensis Octobris 1620. in territorio Antij in loco vbi dicitur la Camastra alla Fiumara, in Comitiua aliorum disrobassct in strata publica Mattheum de Americo commissarium deputatum pro exactione assignatariorum in functionibus fiscalibus, ducat. noningētum in circa de moneta argentea, & illum in capite vulnerassent, & ligassent vna cum Marco Bertuccia terræ Caluelli, & Iulio de Castellaneta terræ Gensani famulis d. Matthei.

Contra prædictos producitur confessio in tormentis facta sub die 10. mēsis Octobris 1622. coram Capitaneo Ducalis Curiæ d. terræ Laurentianæ, per Hieronymum Lapata, qui pendēs in corda pro alijs delictis, obtulit se detegere multa furta commissa, & præsertim dicit, quod de mense Octobris 1620. fuit suasus à Marco spatuzza, vt accederet etiam, & ipse ad disrobandum dictum Commissarium, & renuit, & quod illi qui disrobauerūt, fuerunt inter cæteros d. D. Franciscus, & Diaco. Pincus, & quod ita sibi dixit dictus Spatuzza post disrobationem commissam.

Similiter producuntur depositiones dictorum Marci Bertucci, & Iulij de Castellaneta, quod de mense Octobris 1622. & post confessionem in tormentis dicti Lapate, coram dicto Capitaneo deponunt de disrobatione à septem de comitiua, quorum cognouerunt (quanquam in faciem tinctum) ad staturam, vestitum & loquelam dictum Diaconum, qui testes fuerunt repetiti per eādem Ducalem Curiam, & capitaneum, qui citauit dictum

ctum Diaconum ad videndum iuramentum repetitionis, sub prætextu, quod habuisset potestatem per literas missiuas à Locumtenente Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Archiepiscopi.

Pro defensione dictorum inquisitorum dicitur.

Primo, quod corpus delicti in genere non adest legitimè probatum, &
1 istud debet præesse, † vt omnes sciunt ad *text.vulg.in l.1.§.item illud ff.ad Sylanian* & non obstant depositiones dictorum Marc.Bertucc. & Iulij de Castellaneta; Nam quanquam tractetur de furto in nemore, vbi non adest te-
2 stium copia, vnde familiares, † socij in itinere, & alij inhabiles soleãt admitti, vt congerit *Farinac.de delict.& pœn. q.* 25.*num.*220. *& seq.* Tandem quando socij itineris iniuriam socio illatam ad suum reuocant animum, et hoc apparet ex verbis, signis, et coniecturis, nõ possunt ferre testimonium, vt idem *Farinac.de testib. limitando supradicta q.* 60. *num.* 403. *& seq.* & quoniam ipsi testes dicunt fuisse maltractatos à latronibus à quibus fuerunt ligati, ergo fortius ipsimet fuerunt iniuriati, & vim passi; & ex prædictis eorum testimonium non obstat.

Sicut nec constat per dictas depositiones de vulnere illato in capite cõ
3 missarij, nam corpus delicti, † de quo post factum remanent vestigia, prout est vulnus, debet subijci oculis Iudicis, & Curiæ. Ita quod etiam si adsint testes de visu de corpore mortuo, non probant corpus delicti in genere, nisi subijciatur, vt dictũ est oculis Iudicis, vel Curiæ, ita dicit *Farin.de inquisitio. q.2.nu. 6.* Debebat ergo disrobatus, & vulneratus accedere ad terram Antij, in cuius territorio erat delictum patratum & denũciare curiæ illius loci, & p illam capi facere informationem de vulnere, & causa, & eius qualitate.

4 Et quo ad furtum pecuniæ, † debebat probare, quod desero disrobatus fuit visus numerare, vel aliquo modo portare magnam pecuniarum quantitatem, vel habere probationem à locis à quibus exegit, & cum eo exire, vt iter faceret, & deinde redijt sine pecunia plorans cum vulnere, & conquerens, non sunt verba mea, sed *Muscatell.de probatio.delicto tit.de fur.& disrobutione Stratar.num.*22. *ex auctoritate Foller.*

Secundo Depositio in tormentis Hieronym.Lapatæ ad nihil valet, quia hic non est socius criminis, & dato quod esset, prout non est, sed tantum infamis ex alijs delictis, &c. stante
5 quod informatio capta † per Iudicem laicum incompetentem contra Clericum non probant, coram Iudice Ecclesiastico, nisi quo ad aliqualem informationem, vt dicit *Carauit. in rit.* 235.*num.*12.*Clarus q.*36.*in fin.* sed debet acta recensere, vt *Farinac. de inquisitio.q.*7.*num.*43.& sic dict. Lapata debebat repeti per Curiã Archiepiscopalem, quæ repetitio debebat fieri in
6 tormentis † specialiter quo ad ipsum clericum, siquidem generalis tortura non sufficit, vt est praxis communis, & Quotidiana, ita *Farinac.de indic.& tortur.q.*43.*num.* 134 *&* 137.

Cum ergo vtrunq; deficiat in casu nostro, restat vt dicta depositio Hieronymi sit de vento, & non afficiat inquisitos; & hinc infertur, quod cum deponat de auditu à Marco Spatuzza qui facit sè socium criminis, depositio
7 Hieronymi tantum valet quantum † illa dicti Marci valeret si fuisset examinatus, vt in *cap. licet ex quadam ext.de testib.* & quoniam dictus Marcus nihil probaret nisi in tormentis specialiter adhibitis, & cum alijs circumstantijs, ergo, &c.

Tertio Depositiones Marc.Bertucci, & Iulij de Castellaneta, vltra allegata, ad earum inhabilitates, prorsus non obstant; nam, & si testes inhabiles in
8 casu quo aliàs veritas † haberi non possit facerent indicium tantum, vt dicit *Farinac.de testib.q.*62.*num.* 68. *& seq.* Tamen quando inhabilitas prouenit

nit ex pluribus defectibus, teftes qui plene probarent facerent ad torquendum,quo ad torquẽdum, ad inquirẽdum, &c. vt *Farinac.ibid.num.*80. vbi de commun. & quoniam dicti teftes patiũtur quatuor inhabilitates ex eorum depofitionibus fumptæ, fcilicet funt viliffimæ perfonæ, cum pro famulis,& fatellitibus deferuirent;funt pauperrime, quia ifti huiufmodi pro vili mercede in fimilibus ingeruntur, funt mercenarij eiufdem commiffarij ei deniq; funt iniuriatæ, & vim quoque paffæ à dictis latronibus, cum ergo patiantur tot inhabilitates, quæ omnes fingulæ iure fulciuntur,& omictuntur breuitatis caufa propterea nihil omnino probant contra inquifitos.

Quarto nõ obftant teftes quatuor qui deponunt de fama publica contrà dictos inquifitos.

Primo,quia inter cætera requifita ad probandam malam famam in fpe-
9 cie in criminalibus † fecundum vnam opinionẽ DD.nõ fufficit teftibus dicere audiuiffe publicè dici, fed opus,vt dicãt etiã audiuiffe à maiori parte populi,iuxta opinionẽ *Bart.in l.de minore §.plurium num.* 12. *ff. de quæftionibus*, & non fecundum opinionem, *Bal.in c. præterea num.* 10. *ext.de teftib.* quia opinio Bal.habet locum in foro Ecclefiaftico,& canonico, non autem in foro fæculari, & ciuili ficut opinio Bartol. & quoniam in caufis criminalibus forus canonicus fequitur forum ciuilẽ, propterea opinio Bart. eft fequenda, vt fequitur Rota Romana,ita dicit *Farinac.de indic.& tort. q.* 47. *num.* 237. 257.258.& 260. & in tantum eft hoc verum,vt non valeat tefti dicere fe ita audiuiffe per totam Ciuitatem, *Farinac. ibid.nu.* 250. & quoniam dicti teftes in hoc deficiunt,ergo &c.

Secundo dicti teftes non reddunt rationem eorum dicti cum expreffione caufarum,indiciorum,& coniecturarum à quibus orta fit fama, quam rationem modo,vt fupra debent reddere nõ interrogati, quia aliàs in foro ciuili,& in criminalibus,& etiam vbi fama non facit plenam probationem,nõ probant *Farinac.ibid.nu.*216. & 265. remictendo quoq; fe ad dictũ nu. 260.

Tertio dicta fama habuit ortũ à cõfeffione d.Hieronymi Lapatæ vt dicit pdict⁹ teftis D Io. Thomas Parella, & qm teftimoniũ Lapatę eft pbatũ ad nihil valere,& omnes iuris defectus pati, ppterea fama pdicta eft per cõfequẽs nullius momẽti, *arg.tex.c.licet ex quadã ext.de teftib.* nec alij teftes bene fe declarant fuiffe prætenfam famam ortam ante torturam dicti Lapatæ præter vnus, vnde eft varia, & alij confusè,& dubio sè deponunt, & dubia te-
10 ftis depofitio † eft interpetranda contra producentem ad *tex.in cap.in præfentia,vbi glof. ver.dubium ext. de teftibus cum alijs allegatis per Farinac.de teftibus q.*68.*nu.*60.

Vltra,quod dicti teftes non firmant pedes in vno,nàm aliqui dicunt,quod ambo fuerunt præfentes in furto, aliqui,quod participaffent,vnde non prę fentes,nàm participare,& furari differunt,ex quibus omnibus videtur quot defectus patiatur dicta fama, cuius te-
11 ftimonium regulariter † non eft idoneum Imò, non poteft deterior teftis reperiri, quam famæ cuius teftimoniũ facile profternitur, & nifi propterea fuerit foda in concuffa, crefcens, non leuis,non vaga, non contraria, nec in aliquo labefactata, nihil prorfus operatur,vt per *Bal.in conf.*77. *num.* 6. *lib.* 3. & refert cum alijs *Farinac.de Indic. & tortur.d.q.*47. *num.* 164. & concluditur,quod contra D.Francifcum non adeft penitus indicium ad torturam, tàm refpectu confeffionis in tormentis dicti Lapatæ,quã refpectu dictæ famæ:

Nec etiam contra dictum Diocon: Io.Dominicum ex depofitionibus dictorum Marci Bertucci,& Iulij de Caftellaneta, qui cum effent exteri, & non incolæ faltim d. Terræ Laurentianæ,non eft verifimilè,quod in conflictu aggreffionis, quocafu omnes fẽfus aggreffi turbantur, & præcisè vfus

prætimore, cognoscerent hominem facie denigratum, & reddunt rationē ad vestitum,& loquelam.

Nàm quo ad primum.s. vestitus nō est verisimile, quod cùm dictus Pincus esset Diacon. & vestes oblongas, & clericales deferre solitus, cum eisdē iuisset ad disrobādū,& testis in verisimilia deponens est suspectus de falso, *Farinac. de testib. q.* 65. *num.* 44. Quo ad secundum .s. vocis, & loquelæ dicitur, quod testes non deponunt co-
12 gnouisse ad vocem † sibi bene notam. Ita, quod ex ea decipi non possent, quod præsumitur ex domesticitate, & vicinitate, & quod de recenti habeat vocem notam loquentis, non autem de præterito, nàm potest mutari, vt euenit in adoloscentia, ita dicit *Farin. de testib. q.* 69. *num.* 169. *&* 174. vltra quod non est verisimilè, quod si latrones incedebant coopertis,& denigratis visibus, nè cognoscerentur non mutassent vestes, vocem,& loquelam, prout solitum est fieri à similibus in similibus.

Ex his ergo etiam respectu d. Diacon. dicitur non adesse indicium ad torturam, & ex processu informatiuo tantum ita tenetur, relicto ex parte processu defensiuo, in quo constat de bona fama inquisitorum,& de alijs ad exclusionem delicti prædicti, ad quam defensionem etiam coniuncti testes,
13 quid sunt examinati, admictuntur, † vt dicit *Crauet. cons.* 119. *numer.* 9. quamquam non sint integræ fidei, vt dicit *Farinac. de testibus q.* 54. *num.* 33.
14 *&* 39. & semiplena probatio † sufficiat ad probandam defensionem, idē *Crauet. consil.* 2. *num.* 16. & testes non reddentes causam scientiæ, vt dicit *Hyppol. sing.* 658. *& Farinac. de testibus quæst.* 70. *num.* 101. & ita Iuris esse, &c. saluo semper,&c.

Horatius Persius, I.C.

Die 13. mensis Martij, 1623. dictus Pincus fuit tortus, & non confessus, & meus ignarus intellectus non potuit comprehendere, qua ratione; cum meis rationibus, & iuribus non sit satisfactum.

CONSILIVM XXXIV.

Pro eisdem D. Francisco Fanella,& Diacon. Io. Domenico de Iulia alias Pinco, & præcisè pro dicto Pinco torto, & non confesso, inquisitis, vt est iam dictum.

ARGVMENTVM.

Tortura, quando, & quibus debeat inferri ad sciendum complices, & quando purget indicia non obstante clausula citra præiudicium probatorumq;& si purgat respectu ipsius torti, & sociorū simul, & quando testes inhabiles faciant indicium.

SVMMARIVM.

1 *Conuictus, vel confessus, potest torqueri ad sciendum complices.*

2 *Testes, qui conuincunt debent esse omni exceptione maiores.*

3 *Famuli, etiam post famulatum, pauperes, viles, Birroarij, & iniuriam passi non sunt testes omni exceptione maiores.*

4 *Testes inhabiles in casu quo aliàs veritas haberi non potest nisi patiantur plures defectus, faciunt indicium ad torturam, quia si plures paterentur nullum indicium facerent.*

5 *Inquisitio formatur à competenti Iudice, alias non probat.*

6 *Episcopus non potest delegare causam criminalem contra Clericum Laico, neque vno laico, & alteri clerico.*

7 *Testibus non repetitis, nec facta declaratione legitimè, nulliter proceditur in causa contra reum denegantem delictum.*

8 *Tortura extinguit indicia quæcumque in non confesso, & conuicto.*

9 *Tortura non solum purgat indicia respe-*

ctu

ctu ipsius torti, sed etiam respectu consocij, quando alia indicia non laborarent.

Dirigat Dominus verba mea, &c.

PRo parte D. Francisci Fanelli, & Diacon. Io. Dominici de Iula alias Pinco Terræ Laurentianæ inquisitorum de disrobatione stratarum, aliàs est dictum in facto, & in iure, vt in processu fol. 53. & seqq. quibus dictis inhæretur circa nullitatem eorum inquisitionis, & nouissimè dicitur, quod tandem dictus Diacon. fuit tortus ad sciendũ complices, & fautores, ac si de præsenti delicto esset conuictus, vel confessus; & ita in rei veritate non est, & nõ poterat dicto modo torqueri, ex quo
1 non est de delicto confessus † vel conuictus, ita dicit *Porti. inter consil. crim. Farinac. consi.* 193. *num.* 21. Nam dato, & non concesso, quod Marcus Bertuccius, & Iulius de Castellaneta duo testes, qui asserunt cognouisse dictum Diacon. Ioan. Dominicum, non paterētur tot tantasq; exceptiones, ex quibus nihil probant, sed vnicam tantum adhuc non conuincerent.

Primo testes, qui conuincunt debent esse omni exceptione maiores,
2 † ad *tex. in l. scient cuncti. C. de probatio. Clar. q.* 66. *num.* 3. *ex Boss. in tit. de conuic num.* 9. *&* 25. *Farinac. d. consil. crim.* 193. *num.* 41. Isti quidem testes patiuntur quinq; exceptiones per quemlibet, quæ ex processu eliciuntur. Prima
3 sunt famuli † commissarij, qui etiam post famulatum non sunt omni exceptione maiores, *Farinac. de testibus q.* 55. *num.* 149.

Secunda pauperes, quod probatur ex officio, quod gerunt, & pauper nũquã est omni exceptione maior; Imò in criminalibus hoc non est arbitrariũ Iudicis, *Farinac. eod. tract. q.* 57. *num.* 1. *& fin.* Tertia viles, quæ vilitas probatur ex exercitio, nunquam sunt omni exceptione maiores, *Farinac. ibid. nu.* 61. *&* 74.

Quarto Birruarij, quod probatur ex quo incedunt cum commissario ad executiones faciendas, qui in omni casu quo admictũtur numquam sunt omni exceptione maiores; *Farinac. eod. tract. q.* 56. *num.* 397. *& in consil. crim.* 126. *nu.* 1. *consil.* 120. *num.* 1. *& seqq. & consil.* 175. *num.* 10. & in Regno est decisum de *Franch. decis.* 379. quod Birroarij capientes infraganti deferentem arma prohibita, pro quibus pęna vltimi supplicij infligatur, non faciunt, nisi indicium ad torturam. Quinta asserũt fuisse legatos, & malè tractatos, & sic iniuriam passos, & ex hoc, cum sint principales offensi, testimonium ferre non possunt, ex alleg. *Farinac. In primis allegationibus de testib. q.* 60. *n.* 403. ex quibus omnibus videtur si dicti testes sint omni exceptione maiores, & possint cõuincere dictum Diacon. cõtra quę dato, & non concesso, quia essemus in casu quo aliàs veritas haberi non possit, & testes inhabiles admittuntur, adhuc ex magis communi, & veriori sententia, non facerent indiciũ
4 nisi † ad torturam, vt concludit *Farin. de testib. q.* 62. *à num.* 73. *vsq.* 79. *& in num.* 80. dicit quod quando inhabilitas peruenit ex pluribus defectibus, tunc testes nihil probant, & num. 381. & quoniam dicti testes patiuntur quinque exceptiones, et defectus, ergo, &c.

Secundo est magna animaduersione dignum, quod dicti testes fuerunt examinati à Capitaneo Terræ Laurentianæ, et ab eodem repetiti, citato d. Diacon. ad videndum iuramētum repetitionis, quod de iure minimè procedit; postquam inquisitio formatur à
5 Iudice cõpetenti, † et reus contra quē inquiritur debet esse suppositus iurisdictioni inquirentis. Hinc est, quod inquisitio formata per Iudicem sæcularem contra Ecclesiasticam personam, nulla est, et inualida, vt pleniùs probat ex iuribus, quæ allegat *Farinac. de inquisitio, q.* 1. *num.* 13. *& seqq.*

Nec valet dicere, quod dictus Capita-

pitaneus repetiuit authoritate Vicarij foranei,& D. Io. Antonij de Floribus tunc temporis officialis Illustrissimi,
6 &c. Primo nàm Episcopus † non potest delegare Laico causam criminalē, contra clericum, nec etiam laico, & clerico, vt est communis opinio, quā probat *Farinac. de inquisit. q.8. num.4. in fin.* Secundo quia dictus Capitaneus laicus repetiuit,& citauit clericū ad videndum iuramentum repetitionis nomine Ducalis Curiæ dictæ Terræ, & non tanquam delegatus Curiæ Archiepiscopalis; itaq; vtraque casu dicta repetitio est nulla, & inualida. Nec conualidatur,& sanatur ex declaratione, quæ fuit facta tempore petitionis copiarum.s. habēdo testes Curiæ prout habet pro repetitis,&c. nam illa verba (testes Curiæ) referuntur ad testes examinatos per Curiam cōpetentem in qua comparent, postquā illi testes, qui sunt examinati per Curiam incompetentem, non possunt appellari testes Curiæ Archiepiscopalis, ex quo, vt probatum est in primis allegationibus,nō probant, sed instruūt tantum in Curia Ecclesiastica Itaque opus erat,vt declaratio diceret, tàm testes Curiæ Archiepiscopalis, quā Ducalis. Nec hoc authoritate caret, nā *Genuen. in praxi Archiepiscopali Neap. cap.6. in princip.* dicit (cōstituitur Reus ex actis factis coram Iudice laico, & si vult habere dictos testes pro repetitis, proceditur ad vlteriora.) perpendantur illa verba (& si vult habere dictos testes) Nam intuetur, quod præcisè erat facienda declaratio respectu testium Ducalis Curiæ. Itaque videtur dictā repetitionem ex omni parte claudicare; & sic torturam nulliter fuisse illatam, non
7 repetitis † testibus legitimè, nec declaratione repetitionis formiter habita, prout requirebatur, stante, quod fuit denegatum delictum, *Clar. quæst. 45. num. 13.* & non est hoc fine pœna infligentis torturam.

Tertio reducitur ad memoriam Domini iudicantis, cuius ponderis sint dictæ depositiones dictorum testium Marci Bertucci.s. & Iulij de Castellaneta; postquam cum dictus Marcus deponat cognouisse Diacon. & duos alios, vt fol.8.& dictus Iulius dictum Diaco. tantum, quomodo Commissarius in tam re graui, & in iactura ducatorum mille circiter,& cum habuisset duos testes de visu, tacuisset per biennium,& vltra, & non locutus fuisset, nisi post torturam Hieronymi Lapatæ, quæ fuit post biennium à tempore furti, & ex literis missiuis ad Capitaneum terræ Laurentianę in actis pręsentatis apparet desiderium grande, quod esset detectum furtum per depositionem d. Lapatæ, & tempore debito, & statim non ex posuisset quærelā contra cognitos, nec denunciationē, nec ab aliqua Curia fecit capere informationem de delicto in genere saltim. Mirabilis est hæc taciturnitas, & incuria, vt ita dicam in re tam graui, & in probatione, quam suo iudicio, tam claram habebat. Vnde arguitur magna suspitio, quod dicti testes à principio neminem cognouerunt, sed voluerunt præsidium afferre depositioni factæ per dictum Lapatum in tormentis, & Deus scit quomodo; & tandem est nullius roboris contra inquisitos, prout in primis allegationibus est in iure probatum.

Patet ergo ex his etiam, quàm nulliter, & iniustè fuit dictus Diaco. tortus ad sciendum complices, qui debebat penitus liberari cum D. Francisco Fanello, contra quem à principio nullum indicium laborauit; & tandem cū fuit sic tortus,& non est conuictus, neque confessus, & dato quod esset indiciatus ad torturam cum non sit con-
8 fessus, vel cōuictus extinguit † omnia indicia,& absoluendus est, cum tortura species sit probationis, *Craues. cons. 35. num. 20.* ac loco testium succedit, *Boss. tit. de confess. nu. 56.* non obstante clausula citra præiudicium probatorū tamquam contraria facto, *Caual. de*

brac.

*bras.reg.par.3.num.*271.*ad fin.* & alios copioſè more ſuo refert *Giurba conſil.*
9 *crimin.*43.*num.* 9.quæ tortura † non ſolum purgauit reſpectu ipſius,ſed etiã reſpectu d. D.Franciſci, dato quod eſſet ſocius criminis, vt non eſt, ita dicit *Far. conſil.crimin.*161.*num.* 1. *&* 2. & refert *Giur. conſil.crimin.*87.*num.*4. & ita iuris eſſe cenſeo, &c.ſaluo ſemper, &c.

Horatius Perſius I.C.

Die 30. menſis Martij 1623. dictus D. Franciſcus fuit habilitatus informa, & dictus Diacorlo. Dominicus fuit condemnatus per ſeptẽnium ad triremes; ſed fuit appellatum ad ſanctam Sedẽ Apoſtolicam, & quia erat pauper non potuit proſequi verùm peritus lector ex ſupradictis perpendat ſi condemnatio fuit iure facta, & quod cauſæ habeant aſtra.

CONSILIVM. XXXV.

Pro Antonio Coloſſa Ciuitatis Materæ inquiſito de homicidio in Campanea in perſonam Belliſarij de Lillo publici latronis,cum ictu ſcoppictæ.

ARGVMENTVM.

Latrones publici,& incedentes per campaneam in comitiua quatuor malę famæ, & vitæ armatorum admodum foraſcitorũ, poſſunt impunè occidi etiã non banniti, neque contumaces.

SVMMARIVM.

1 *Fama vehemens adminiculata cum alijs delictis in his quæ ſunt difficilis probationis probat.*

2 *Latrones publici poſſunt impunè occidi.*

3 *Incedentes in comitiua per campaneam delinquendo.etiam quod non ſint banniti,& contumaces, incidunt in pœnã pragmaticæ,& poſſunt occidi impunè, & per pecuniam, & ex odio particulari.*

4 *Comitiua conſtat ex quatuor armatis admodum foraſcitorum.*

5 *Incedentes in comitiua per campaneam cum diffamatione tantum, quod ſint malæ vitæ, & famæ incidunt in pœnã mortis.*

5 *Stuprum in viduam cum violentia punitur pœna vltimi ſupplicij.*

Dirigat Dominus verba mea.

ANtonius Coloſſus repertur inquiſitus in Regia Curia huius Ciuitatis Materæ,ex quo ſub die 11.menſis Iulij 1622.ictu ſcoppictæ in Campanea vulneraſſet Belliſarium de Lillo, qui die 13. eiuſdem menſis propterea mortuus eſt; necnon, & quod ſub die 28.menſis Maij proximè præteriti fuiſſet captus cum pugione.

Et viſo proceſſu, tàm informatiuo, quam defenſiuo, videtur dicendum, dictum Antonium fore, & eſſe liberandum, Imò, & præmium conſequendum.

Conſtat enim ex proceſſu informatiuo dictum Belliſarium fuiſſe publicũ delinquentem,latronem,& foraſcitum ſiquidem viſus fuit de menſe Iunij antecedentis armatus incedere per campaneam cum alijs tribus ad modum foraſcitorum, ſcilicet cum armis prohibitis à Regijs Pragmaticis,& bannis Archibuſetto,ſtiletto,&c. delinquendo, & furtum in inſtratis publicis, ac violentias committendo per campaneam, de quibus omnibus erat vehemens fama,& publica vox,vt in informatiuo Lutius Aiellus fol.9. Angelus de Minciolo fol. 31. Euſtachius del Ifchio fol.32. & in defenſiuo ſuper art. 2. teſtes numero ſeptẽ; & adeſt fides actnarij Regiæ Curiæ fol. 62. de pluribus proceſſibus furtorum boum, Iumentorum, & aliorum animalium commiſſorum per dictum Belliſarium
1 quæ fama † vehemens, adminiculata cum alijs furtis in effectu patratis in his quæ ſunt difficilis probationis,probat,vt dicit *Regens de Ponte dec. Collat.* 16.*nu.*

16.*num.*16. Quibus omnibus adstipulatur in proprijs terminis, *Carau.super Pragmat.* 1. *de exul. nu.* 106.*& seq.*

Et in tantũ est hoc verum, quod dictus Bellisarius erat publicus delinquens, & latro, quod Dominus Ioan. Vincentius Brancatius, tunc temporis Regius Gubernator, exijt armatus cũ innumeris ciuibus in Campaneã in persequutionem dicti Bellisarij. Imò & commisit d. Antoniò, vt illum persequeretur cum speciali commissione, de qua originaliter constat in processu fol. 63. & ipsi Domino Regio Gubernatori fuit instatum, & denunciatũ à dicto eustachio dell'Ischia, vt in d. f. 32. Cum ergo dictus Bellisarius erat reputatus, & habitus pro publico forascito, & delinquente, erat inclusus in dicta pragmatica prima de exuli quã cauetur, quod huiusmodi delinquen-
2 tes possunt impunè occidi † vltra quod est de iure cõmuni, vt est *tex. in l. si vt allegas C. ad l. cornel. de sicar.* & dicit *Farinac. de homicid. q.* 125.*n.*206. *& sequent.*

Et quod dicta pragmatica habeat locum in delinquentibus incedenti-
3 bus in comitiua † per campaneam, etiam, quod non sint banniti, & contumaces, dicit *Foller. in d. pragmat. nu.* 11. *& Carau. num.* 21. Imò tales delinquentes possunt occidi etiam per pecuniam, & ex odio particulari, vt idem *Foller. ibid. num.* 15. *& Carauit. num.* 36. Ita quę etiam, quod dictus Antonius habuisset à Regio Gubernatore pecuniam (prout non habuit) adhuc nihil referret, & licitum fuisset.

Et quod dictus Bellisarius armauit in comitiua probatur ex eisdem testibus .s. de Minciolo, & dell'Ischia, qui deponunt vidisse illum armatũ cum armis prohibitis incedere cum alijs tribus, vnde erant quatuor
4 ex quibus constat † Comitiua, vt dicit *Ioan. Grand. de bello exul. rub. de prædicamento, pati num.* 3. *& nuper in Regia Pragmatica Comitis de Lemos capitum* 89. *cap.* 58.

Et præter quod probatur incessus
5 in comitiua † per campaneam, & diffamatio, quod essent homines malæ vitæ, & famæ, ex quo tantum absque alio delicto possent damnari ad mortem, vt dicit Ioan. Grand. ibid. adhuc in processu constat tàm de furtis specialibus bouum, & aliorum animaliũ, quam de stupro commisso in personã honestæ viduæ, Faustinæ della Calrosa, cum vi, & violentia similiter in cãpanea in eodem mense Junij armata manu .s. cùm stilecto euaginato, quod
6 punitur pœna vltimi supplicij, vt concludit *Muscatell. de cognition. delictor. de pæn. stup. à num.* 32. *vsque ad* 41.

Vndique ergo constat dictum Bellisarium impunè potuisse occidi, & ipsemet non negat in sua depositione fol. 1. dum captus, & vulneratus erat in posse Curiæ, quod erat inquisitus, & ad vocem d. Antonij (alza la Corte) aufugit, & in fuga fuit ictu scoppictæ vulneratus in crure, vt exactis, & inde mortuus est.

Nec obstat, quod tempore capturę dictus Antonius fuisset captus cum pugione, nàm ex defensiuo, & ex duobus testibus super art. 8. .s. Clerico Iosepho Ferro fol. 55. & Io. Maria Martincello fol. 58. constat vna cum pugione dictum Antonium tempore capturæ portasse ensem trium palmorũ, & vigore Regiarum pragmaticarum notoriarum pugio, cum ense defertur prout deferre poterat dictus Antonius absque licentia Curiæ, vt miles pedestris nouæ militiæ, vt in pragmatica 7. de militibus. Ex his omnibus clarissimè constat dictum Antonium debere absolui, & liberari à dictis Inquisitionibus, & ita iuris, &c.

Horatius Persius I. C.

Die 9. Mensis Augusti 1624. fuit liberatus ab omnibus Regio Iudice D. Ioan. Burgos de Oliuares Hispano, Iuuene per

per docto, & perspicacissimo, & optimæ expectationis.

CONSILIVM XXXVI.

Pro D. Luca Andrea de Sanctis Terræ Tulbij inquisito de homicidio in rixa in personam Ianuarij Russi Ciuitatis Salerni, cum ictu scoppictæ.

ARGVMENTVM.

De defensione in rixa, & quomodo probetur. Prouocator quis sit, & quibus modis prouocatio contingat, & de mētita multa, & an possit duplicari, & triplicari, & an sit excessus in defensione in rixa, & inequalitate armorum.

SVMMARIVM.

1 *Occidere licet pro necessaria defensione honoris, & vitæ, sed cum distinctione, vt intus.*

2 *Defensio probatur præsumptionibus, & coniecturis.*

3 *Prouocator est ille, qui facto, vel verbo offendit, & offensio est punibilis.*

4 *Prouocator est, quod ad iram iustam prouocat.*

5 *Prouocator est, qui prius ponit manum ad factum, etiam quod verba præcessissent, & diuersis alijs modis, vt infra; quod intelligendum nisi prouocatus verbis sit coactus iure venire ad manus, vt intus.*

6 *Defensio debet fieri incontinenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ.*

7 *Mentita non est iniuria, sed propulsatio iniuriæ.*

8 *Mentita sola permittitur sine alijs iniurijs, vt propulset iniuriam, & sit sine pœna, secus si addantur iniuriæ.*

9 *Mentita potest duplicari s. rementiri, sed non triplicari, & loco tertiæ mentitæ subintrat pugnum, vel alapa, & id genus, quando cum rementita non sit alia additio iniuriarum, quia opus est fortiori defensione.*

10 *Nemo debet expectare percuti.*

11 *Armorum inequalitas in rixa non est attendēda, & dum agitur de defendendo propriam vitam, & honorem.*

12 *Aufugere Cler. non tenetur, sed quando, & quo iure ad finem euadendi homicidium.*

13 *Excessus in moderamine inculpatæ tutelæ, non punitur pœna corporali.*

14 *Qualitas personæ, cum qua rixatur habetur in consideratione circa moderamen inculpatæ tutelæ.*

Dirigat Dominus verba mea.

D. Lucas Andreas del Santi Terræ Tulbij reperitur inquisitus in Archiepiscopali Materana de homicidio patrato cum ictu scoppictæ in personam Ianuarij Russi Ciuitatis Salerni; & tum ex varietate testiū Curię confusè, & diminutè loquentium, tum ex testibus ad defensionem productis, sic facti species pro veritate prænarrari potest. Cum de die 21. mensis Aprilis proximè præteriti instantis anni 1624. ad circa secundam horam noctis, dictus D. Lucas Andreas, vna cū Clerico Horatio della Capra declinassent ad propriam domum (cenauerant enim extra) in cuius conspectu, & circa duos passus distans est altera domus eiusdem D. Lucæ Andreæ, vbi inhabitabant gratis, & tanquam amici ex corde Doctor Phisicus, Clemens Bassus, & dictus Ianuarius illius assertus Nepos, omnes Salernitani; & in eadem hora, vt supra cęnabant quamquam vna cum Francisco Antonio de Erario, Io. Antonio de Amato, & Vito Antonio ventre eiusdem Terræ Tulbij, & tanta erat amicitia, imò familiaritas inter D. Lucam Andream, Ianuarium, & omnes alios de conuersatione, vt vnus ex illis .s. Franciscus Antonius de Erario; cum cęnādo perciperet dictum D. Lucam Andream esse in propria domo, dixit (Brindisi Luca Andrea) qui respondit (bon prò ti facci) & paulo post cum dicto Clerico Horatio sedentes ad Ianuam domus ex parte intus, cęperunt decantare Litanias B.V. armonicè, & alleluia,

ia, summissa voce, dicentes (Kirie eleison) & dictus Franciscus Antonius cum omnibus alijs de conuersatione respondebant (Domine miserere.) Sumuntur hæc ex depositionibus d. Clerici Horatij, Francisc. Antonij de Erario, & Io. Antonij de Amato.

Re sic stãte dictus D. Lucas Andreas Ludendo, & iocosè de more proiecit ab eis fenestra ad fenestram domus, vbi erant in conspectu cęnantes, aliquantulum aquæ puræ, & cùm primo non adiunxisset secundo obtinuit, ita quod diluisset parumper palium, seù collare, ipsius Francisci Antonij, qui ad pauca respiciens, an esset aqua pura, vel vrina, de quo dubitabat egrè tulit Iocum, ita quod quædam verba excandescentia protulit; & non obstante, quod dictus Lucas Andreas dixisset (che burlaua) tamen, tam dictus Franciscus Antonius, quam d cti Clemens, & Ianuarius, ira pariter accẽsi, proiecerunt quædam vasa cretea, que erant in eorum fenestra, ad fenestrã d. D Lucæ Andreæ, ad finem illũ offendendi, vt deponunt testes ad defensam super art. 7. ac verba iniuriosa protulerunt, & cum omnes iunctim egressi fuissent è domo, & foras ad scalas iniuriantes, & furore percussi ex quibusdam verbis prolatis à Francisco della Capra fratre d. Cler. Horatij, qui casu tunc ad rumorem accessit, dicendo (noi non l'hauemo con tè Francesco Antonio d'Erario, mà con questi forastieracci infami) vnde dictus Clemens magis furore accensus, dixit (se ben son forastiero, non do fastidio à nessuno, mà mi faccio li fatti mie alla casa mia, e son meglio di qualch'vno) ad quę præsumitur, quod respondisset dictus D. Lucas Andreas (stà zitto che sei vbriaco) & dictus Clemens, non repercutiendo dicta verba, quia nõ audiuisset, dixit Nõ mi faccio marauiglia di tè Abb. Horatio, mà di D. Luca Andrea, che tiene stè bordellerie in casa) & dictus D. Lucas Andreas (ne menti per la gola, che in casa mia non si fà nessuna forfantaria) & dictus Clemens (non puoi mentire, e li tirò il berettino) vt ex depositione Io. Antonij de Amato, & dictus Clericus Horatius addit. quod dictus Clemẽs dixisset dicto D. Lucæ Andreæ (becco fottuto capottone) & ad hæc fuit auditus ictus scoppictæ, & vulneratus extitit dictus Ianuarius, qui erat ibi iniurians cum scoppicta quoque in manu, ex quo vulnere post quatuor dies mortuus est.

Fuit citatus dictus D. Lucas Andreas reputatus contumax, & condemnatus ad pœnam in citatione contentam, & tandem sub die 13. mensis Iunij sponte se præsentauit, & cõstitutus confessus fuit exonerasse scoppictam, quam tenebat domi ad vsum venationis in illo instanti, stantibus prouocatione, & iniurijs, vt supra pro defensione honoris, & vite, & hæc sumuntur, quamquã partim tãm ex processu informatiuo, quam defensiuo.

Quæritur num dictus D. Lucas Andreas pro homicidio prædicto veniat aliqua pœna afficiendus, vel omninò liberandus? & Primo dicitur, quod liberandus, ex quo fecit ad necessariam defensionem vitæ, atque honoris sui,
1 quibus casibus licet, † vt omnes concludunt *in l. vt vim. ff. de iusti, & iur. & præsertim Salom. in l. Claud. Seysell. num. 53. Boer. decis. 168. num. 3. Boss. de homicid. num. 86. Clar. §. homicidium num. 21.* & est commune dictum, *Viu. opin. 289.* & refert *Farinac. de homicid. q. 125. num. 41. & 42.* vbi & si dicat ex doctrina *Bolog. in d. l. num. 42.* pro defẽsione honoris non licere ab initio interficere, sed solum resistere, & si postea ex hac resistentia ponatur resistẽs indiscrimine vitæ, tunc vtique erit etiã licitum occidere, aliàs secùs; & putat non omninò homicidium hoc esse impunibile, præterquam in casibus à iure expressis, tamen de dictis casibus erit noster, vt infra.

Et quod fuit ad necessariam defensionem vitæ, & honoris, vltra quod pro-

probatur ex testibus ad defensionem super art. 10. ex præsumptionibus, &
2 coniecturis quoq; probatur, † vt concludit *Farinac. ibid. ex veriori sententia num. 423. & seq.* quæ præsumptiones, & coniecturę ex infradicendis clarissimè apparebunt in discursu; & probata defensione, censetur probata necessaria defensio, quia sic præsumpta à iure, vt *Farinac. ibid. nu. 428.*

Prouocatus enim fuit dictus D. Lucas Andreas, tàm à dicto Clemente, quàm Ianuario, nàm dicti,

Primo, rixam inceperunt, proiciendo ira, atq; furore accensi, vasa cretea ad fenestram d. D. Lucæ Andreæ, moti ex proiectione aquæ puræ facta ab illo, qui amicabiliter, familiariter, & iocosè fecit, prout aliàs consueuerunt hinc inde, confisi ex nimia amicitia, & familiaritate, ob quam gratis dictus Clemens, & Ianuarius domum d. D. Lucæ Andreæ inhabitabant, vt de his testes diffusè deponunt super art. 4. & 5. & procurator non potest dici, nam
3 prouocator † est ille, qui facto, vel verbo alium offendit, & offensa huiusmodi pœnam mereatur, *vt Farinac. ibid. num. 108. Mascard. de probat. conclus. 1244. num. 4. & 5. lib. 3.*

Vnde ex dicta proiectione aquæ puræ, quæ pura erat, vt dicit Cleric. Horatius della Capra testis fisci, & non vrina, & dictus Clemens cum sit medicus debebat cognoscere vrinam ab aqua pura, & non debebat sic præcipitanter cum eius afferto nepote moueri ad iram iniustam, nàm quando aliquis ad iram iustam aliquem prouo-
4 cat, † dicitur prouocator, & non è contra, cùm homines quandoque etiam sine causa excandescere soleant, vt dicit *Bursat. consil. 271. num. 25. lib. 3. & refert Farinac. ibid. num. 507.* prout in effectu sine causa motus fuit cum suo nuncupato nepote dictus Clemens ad iram, & ad proiectionem vasorum creteorum ad finem offendendi d. D. Lucam Andream, vnde isti prouocatores appellantur, qui primo posuerunt
5 manũ ad facta, † etiã, quod prius verba præcessissent, prout non præcesserunt, vt dicit *Bertaz. consil. 173. num. 1. lib. 3. & Baiar. ad Clar. q. 60. nu. 68. & Farin. d. q. 125. num. 509.*

Secundo, dicti Clemens, & Ianuarius primo verba iniuriosa protulerũt, aduersus D. Lucam Andream illis verbis (mà di D. Luca Andrea che tiene stè bordellarie in casa,) & prouocatores, & aggressores præsumuntur, *Farinac. ibid. nu. 110.*

Tertio, sSpradicti verba minatoria, & diffidantia ad pugnam aduersus D. Lucam Andream dixerunt. s. (però dimani ci volemo fare à pugni; ci potremo vedere) vt deponit Franciscus Antonius de Erario testis fisci, & prouocatores dicuntur, vt *Farinac. ibid. num. 512. & 524.*

Quarto, supradicti, primo ceperunt absque legitima causa proicere vasa cretea, ira accensi ad finem offendendi, & qui primo capit arma lapides, inuoluut pallium in brachio, vel similia agit, dicitur prouocator, & rixæ Author, & prouocans, vt tenet *Farinac. ibid. nu. 514. & seqq.*

Ex quibus omnibus sumitur, quod dicti Clemens, & Ianuarius non solum verbis, sed facto prouocauerunt d. D. Lucam Andream, qui se defendere tenebatur de iure naturæ, *ad tex. in l. vt*
6 *vim.* prout se defendit † incontinenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ, vnde.

Secundo principaliter paulatim ponderentur omnino.

Ex processu sumitur post proiectionem vasorum, dixisse Clementem (nõ mi marauiglio, &c.) ad quæ D. Lucas Andreas (ne menti per la gola, perche in casa mia non si fanno forfantarie) vt dicit Io. Antonius de Amato testis fisci, cui testi, & si vnico est plenè credendum contra fiscum, vt dicit *Farinac. de testib. q. 62. num. 237. & sequen. & consil. crim. 120. num. 10. q. 85.* mentita fuit illata ad propulsandam iniuriam falsam, prout falsa de iure præsu-

7 mitur, & non infert iniurianti † iniuriā, sed tantum propulsat, vt omnes communiter, *Fasinac. de vari. & diuers. crimin. q.* 105. *à num.* 118. *vsq; ad numer.* 124. ad quam mentitā legitimè illatā dictus Clemens tacitè rementiendo, dixit (tù non puoi mentire) & in hoc proiecit biretinum, tentando cum illo percutere D. Lucam Andream, vt idē Ioan. Antonius de Amato testis; & huc intrant verba illa prægnantia, & atrocia (becco fottuto, caperrone) vt deponit Cler. Horatius della Capra testis fisci, & Camilla de Georgio, & Anna de Rinaldo super art. 7. testes ad defensionem.

Quæ verba (tù non puoi mentire) sunt talis ponderis, vt sonent, quia crimina tua sunt talia, & infamia talis, vt obijcere alijs crimina non possis, nec tuis dictis adhiberi debeat fides, *iuxta not. in cap. testimonium ext. de testibus* cum alijs allegatis *per Bolog. in d. l. vt vim. num.* 95. *ver. potest etiam*, & dictus Clemens non solum rementiendo modo quo supra deliquit, quia perstetit in rixa, sed quoniā proiecit biretinum; sufficit enim quando est permissum mentiri, mentita tantum,
8 & non addere percussionē, † vel alias iniurias, vt dicit *Farinac. d. q.* 105. *num.* 320. Aduersus quam rementitam, nō
9 triplicatur mentita, † sed opus est pugno, vel alapa: & vt imponatur finis verbis, opus est deueniri ad verbera, vt dicit idem *Bolog. ibid. num.* 95. propè finem, quod pugnū, & alapa habet locum quando adest solum rementita, & non quando cum rementita additur alia iniuria, seù percussio, prout in casu nostro, nam tunc est opus alia maiori defensione ad finem diluendi omnem iniuriam, quæ non dicitur tantum verbalis, sed etiam realis, stante proiectione berectini: & tàm ratione, quia opus erat facto, vt dictum est ad diluendam illam, quam ratione biretini proiecti facto omninò erat diluenda, vt sentit *Claud. Sayssell. in d. l. vt vim. num.* 75. & *refert Farinac. d. q.* 125. *num.* 75.

Tertio principaliter, alio facto d. D. Lucas Andreas non poterat diluere iniurias, tàm graues in illo acta, & loco nisi modo quę supra fecit, nàm.

Primo pugno, & alapa non poterat se defendere, quia erat distantia ex vna fenestra ad aliam.

Secūdo ex parte aduersa, quinq. erāt & dictus D. Lucas Andreas erat solus.

Tertio plus pugno, & alapa opus erat, vt est probatum.

Quarto dictus Ianuarius habebat scoppictam in manu, vt probatur ex cōfessione facta, tàm à dictò Ianuario in lecto iacenti, quam à dicto Clemēte; & alijs, vt probant super art. 8. Iulius Diaconus, Camilla de Georgio, Anna de Rinaldo, Cler. Franciscus de Amato, testes ad defensionem producti.

Quinto erant omnes egressi è domo, & foras existentes sic iniuriantes ira, atque furore accensi ad finem offēdendi, & aggrediendi d. D. Lucam Andream, qui in illo actu, & incontinenti cum prius viderit dictum Ianuarium habere scoppictam in eius manu, habuit manus ad suam, quam domi tenebat oneratam pallottinis, ex causa venationis, vt probatur per plures testes super artic. 11. & apparet ex licentijs, tam præteriti, quam præsentis Ministri & Reuerendissimi Domini Archiepiscopi ad finē venandi, vt moris est in dicta Terra, cum sit siluis circumdata, & ferarum ferax, & non valens alio modo, nec alio instrumento, seù genere armorum vitam, & honorem suum defendere, exonerauit scoppictā vnde remansit vulneratus dictus Ianuarius, à quo non debebat expectare
10 percuti, † & amplius grauari, vt dicit *glos. in l.* 1. *ff. de vi. & vi arma.* & fuerunt seruata per dictum D. Lucam Andream omnia requisita pro legitima defensione .s. incontinenti, paribus armis, & cum moderamine inculpatæ tutelæ. Vnde non est puniendus, vt cōcludunt DD. omnes *in d. l. vt vim*, & *dicit Farinac. dicta quast.* 125. *num.* 3. & *seqq.*

Quarto

Quarto principaliter, nec potest diciquod excessit in armis, nam DD. *in d. cap. significasti il secondo de Homicid.* communiter dicũt, & vno ore sentiũt, quod ista armorum inæqualitas non est attendenda, cum in rixa, & illius calore, & dum agitur de defendendo
11 propriam vitam, & honorem, † non possunt ponderari, vt iustus Iudex arbitrari potest, & excessus in ęqualitate armorum non continet nisi, læuissimã culpam, quæ nullo pacto punitur, vt dicit *Bolog. cõsil. 36. col.* 5. & alijs innumeris hoc probat *Farinac. in d. q.* 125. *nu.* 360.

Accedat quod cum dictus Ianuarius erat ex alia parte in præcintu cũ scoppicta, & non ad alium finem nisi offendendi, prout debet præsumi, & ex testibus sumitur, non potest dici, quod non fuerit seruata ista qualitas de paribus armis.

Sed audio ex parte fiscum, qui dicit, quod dictus D. Lucas Andreas non fuit in discrimine vitæ, & poterat claudere ostium domus, vt non esset offensus postquã quãdo Clericus potest
12 aufugere, debet hoc facere, † vt notatur *in cap. suscepimus in d. glos. & ibi Abb. & Ioan. de Anan. de homicid. & dicit Farinac. ibid. num.* 34. *& sequente*, Verùm respondetur, quod dictus D. Lucas Andreas fuit in discrimine vitę, cum erant quinque eggressi è domo, & vnus eorum cum scoppicta, & etiã honoris ex tot tantisque iniurijs prolatis, & prægnantibus, & minis offendendi, & aggrauandi de mane sequenti cum pugnis, & quanquam Clericus non tenebatur claudere ostium, nè remaneret grauatus nimis in honore, quod non de facili fertur à persona nobili, vt est probatus dictus D. Lucas Andreas ex pluribus testibus super articulo 2. & quod Clericus, qui potest fuggere fugiat, quia non est dedecus, habet locum in destinatis ad martiriũ, prout erant in primitiua Ecclesia, & in monaco mortuo mundo, non autẽ clericis sæcularibus, hæc dicit *Bolog. in d. l. vt vim num.* 92.

Nec obstant, & quæ dicit *Farinac. d. num* 134. *& sequent.* nam ibi loquitur in foro conscientiæ, & de iure Canonico, secus autem de iure ciuili, nõ tamen pro euadenda irregularitate, vt sumitur ex *Farinac. ibidem. numero* 129.

Et ex istis omnibus patet, quod in dicto homicidio non interuenit non solùm dolus, sed nec culpa læuissima, & non est puniendus, *Farinac. ibid. num.* 404. *& seq.*

Sed dato, & non concesso, quod esset excessus in moderamine, non veni-
13 ret puniendus † pœna corporali, sed vel pecuniaria, vel relegationis, vel bãni ad tempus, vt dicit *Capoll. consil. criminal.* 24. *sub num.* 26. *&* 29. & alios allegat *Farinac. d. q.* 125. *num.* 398. *& ibid. num.* 98. allegando inter cæteros, *decis. Boer.* 169. vbi loquitur quod in exilium fuit condemnatus quidam delinquens pro excessu in defendendo, & in effectu dictus D. Lucas Andreas non excessit, habito respectu ad magnam prouocationem, ad qualitatem ipsius cum sit nobilis, & ex nobili familia ortus, & e contra dictus Ianuarius vna cum dicto Clemente personæ vacabundæ, imò delinquentes procedentes extra patriam, vti exulati, & dictus Ianuarius exiui progenie præsumitur natus, cum nesciebat legere, &
14 huiusmodi qualitas personarum † est in consideratione, quando sit seruatum moderamen inculpatæ tutelæ, vt *Farinac. ibid. num.* 368.

Accedat his omnibus dictũ D. Lucam Andream esse probatum hominẽ bonæ famæ, conditionis, & vitæ, & perfectum Christianum, & Sacerdotẽ in dies ferè celebrantem sacrificium Missæ. Vnde est præsumendum, quod ad dictum homicidium perpetrandũ venit ex necessaria sui defensione siquidem omnis præsumptio delicti ex bona fama tollitur, vt per *Bal. in l. fin. ff. de hared. instituen.*

Ex his absoluendum dictum D. Lu

cam Andreā Iuris esse censeo,&c.salua semper,&c.

Horatius Persius I.C.

Die primo mensis Septembris 1624. dictus D.Lucas Andreas fuit transactus in pecunia,& declaratus irregularis,& absolutionem, à Sancta Sede Apostolica statim obtinuit.

CONSILIVM XXXVII.

Pro D.Francisco, & clerico Leonardo Antonio Barberijs fratribus Terræ Milonici, inquisitis de homicidio cum ictu scoppictæ,in venatione,sed casualiter,in personam Dominici Marci de Pirro d. Terræ.

ARGVMENTVM.

Clericus venator occidens casualiter, & fortuito casu hominem,sine culpa, an puniatur,& efficiatur irregularis?& an venatio sit clericis licita, & quæ illicita,& prohibita a sacris canonibus.

SVMMARIVM.

1 *Infantia proximus, quando dicatur.*
2 *Infans quicquid dicit,videt, & audit, ignorat.*
3 *Confessio iudicialis facit rem manifestā inducit notorium,& habet vim rei iudicatæ.*
4 *Venando si quis telum inferam mittat, & hominem occidat,non punitur, vel leuiter, vt in casibus positis intus.*
5 *Culpam non adfuisse, quando venando occiditur homo, quid probandum.*
6 *Dolus non præsumitur, vbi non sit causa doli.*
7 *Nemo sine causa delinquit.*
8 *Homicidium casuale, & fortuitum, & vbi nulla culpa interuenit, nullam pœnam meretur, imò clericus non efficitur irregularis.*
9 *Clericus dans operam venationi, dat operam rei illicitæ.*
10 *Venatio quandoq; licita clericis,& quę prohibita.*

Dirigat Dominus verba mea,&c.

D. Franciscus, & Clericus Leonardus Antonius Barberij fratres Terræ Milonici, reperiuntur inquisiti in Archiepiscopali Curia, ex quo in Vigilia Pentecostes.s.sub die 25.mensis Maij proximè præteriti, apud hortum proprium in contrata Sanctę Mariæ Hortulanæ in territorio d. Terræ, ictu scoppictæ intus quasdam sæpes, & vallem colligendo fructus agrestes fuit interfectus Dominicus Marcus de Pirro eiusdem Terræ, & in effectu dictus clericus illum interfecit casu fortuito tantum,non autem dolo,aut culpa, siquidem cum venatione delectaretur de die antecedenti iuit venatu in contrata dello Peusaro, & propriè ad dictum locum, vbi casus accidit, ibique Capreum vidit, & adueniente nocte illum venari non valuit. Itaq; de die sequenti.s. 25.Maij ibidem accessit, & sub arbore Castaneæ moram trahens,post vesperas inter sæpes profundas strepitum, & commotionem arborum audiuit, atq; vidit, credens capreum, illico exonerauit scoppictā, & paulo post audiuit flebilem vocem. (barba mio)& putans ex errore quemque esse vulneratum, illuc accurrit, & respiciens dictum Dominicum mortuum,& eius nepotem infantē illic flētem, tactus dolore cordis proiecit scoppictam in terra, & parum defecit quin se ipsum interficeret, & sic illinc discessit, & hæc est veritas, vt ex confessione iudiciali ipsius Clerici Leonardi Antonij.

Et quanquam in processu ex depositione Ioan.de Pompeo del Giudice nipotis d.Dominici interfecti,& in loco casus præsentis constet dictum Pōpeū vidisse in d. loco dictum clericū quem dictum D.Franciscum parum à fratre distantem, tandem dicto testi mini-

minimè est credendum cum sit infans, vel infantiæ proximus est enim ætatis octo annorum vel circa, vt ex eius depositione, & dicitur infātiæ proximus
1 † anno septimo octauoq; perfecto; vt dicit *Menoch. de arbitr. cas.* 57. *numer.* 18. & hic nihil prorsus facit indicium,
2 cum quicquid dicat, audiat, † aut videat prorsus ignoret, vt *Farinac de testib. q.* 58. *num.* 47. relicto ex parte, quod cum sit testis consanguineus .s. nepos mortui, etiam in casu quo esset legitimæ ætatis, & quando aliàs veritas haberi non possit, non esset integrę fidei, nec omni exceptione maior, vt requiritur in criminalibus, *Farinac. de testibus q.* 54 *nu.* 80.

Erat enim absens dictus D. Franciscus à d. loco, ex quo accesserat ad eius possessionem in contrata Sancti Christofori ad videndum opus, dum frater ‘ecisset intentus venationi.

Et ab eodem teste orta est fama, quod dicti fratres iunctim interfecissent, & non sunt admictendæ depositiones illorum testium, quorum repelluntur authores *ad tex. in cap. quadam ex. de testib.*

Cum ergo constet de vero occisore .s. quod dictus Clericus Leonardus Antonius fuit tantum modo, vt supra, & non simul cum dicto D. Francisco, vt patet ex illius cōfessione in iudicio emanata, & nulla maior probatio, quā proprij oris confessio facit rem manife
3 stam; † inducit notorium, & habet vim rei iudicatæ ad *tex. in cap. vestra, & cap. fin. de cohabitat. cler. & mulier.* cum omnibus alijs allegatis per *Farinac. de re confess. & Conuic. q.* 81. *num.* 4. non est amplius credendum de d. D. Francisco *ad tex. in l. si in rixa ff. de sicar. & ibi Alber. post num.* 4. *ver. secūdo casu Farinac. de pæn. temperan. q.* 96. *num.* 28. *& seq.*

Benè verum est, quod non solum dictus D. Franciscus est prorsus liberandus, sed etiam dictus Clericus ex quo homicidium non dicitur dolo
4 † cōmissum, cum quis in venando telū inferam missum hominem interfecerit *tex. est ad literam in l. respiciendum §. delinquunt in fin. ff. de pæn. Iacob. Butr. in l.* 1. *col.* 1. *ver. Itē vidi* 3. *C. ad l. Cornel. de sicar.* vbi de eo, qui dum saggittaret, & sagitta transiuit sepem hominemq; occidit, *Socc. Iu. cons.* 58. *per totum lib.* 2. vbi de eo, qui de nocte proficiscens ad venationem ferarum cum sclopetto, sentiens strepitum in aliqua sepe, credens esse feram, cum ictu scoppicti, occidit suum carum amicum, concludit illum homicidam, aut nulla pœna puniendum ex quo incumbebat venationi à iure permissæ, & in nulla videbatur culpa, cum verisimiliter credere non debebat eo tempore in illo loco adesse hominem; aut saltim læuissima pœna erat puniendus ex quo non nisi in læuissima culpa dici poterat; hæc ferè formalia verba *Farinac. de homic. q.* 126. *nu.* 26.

5 Et ad excludendam culpam † sufficit probare, quod saggittans non videbat eum quem percussit, & quod inter eos nulla aderat inimicitia, sed beneuolentia, vt idem *Butrigar. ibidē Farinac. d. loco num.* 27. & quod inter dictum Dominicum, & fratres de Barberio, & totam domum erat amicitia, & maxima beneuolentia; constat per bonè ex depositionibus, per multos testes super artic. 2. & quod non poterat videri, cōnstat ex depositione dicti Pompei, qui dicit, quod permanebāt intus vallonem ad colligendum fructus Agrestes. Nec dolus aliquo modo est præsumendus, nam non adest causa doli, vbi enim non potest excogitari causa † qua quis dolum commisisse dicatur, ibi dolus non præsumitur, *l. si mulier in princip. ff rer. amotar.* cum alijs quos allegat *Farinac. de pæn. temperan. q.* 89. *num.* 55. cessante enim causa delicti, cessare etiam debet omnis delicti præsumptio, quia
6
7 sine causa nemo delinquit, † *Castrens. in l. fluminum §. fin. ff. de dam. infec. Foller. in praxi crimin. in ver.* Item, quod sororem venenauit *num.* 19. *Farinac. de indic.*

indic.& tortur.q. 51.*num.* 31. *& q.* 52. *num.*150.

Vnde videtur dicẽdum, quod non solum non adfuit dolus, sed nec leuissima culpa, & quod non solum ex improuiso casu, sed casu fortuito tantum successum fuisse homicidium, ex quo
8 nulla interuenit culpa, † & nulla pœna venit puniendus, vt benè distinguẽdo concludit *Farinac. de homicid.d. q.* 126.*à n.*54.*vsque ad finem*, *vbi nu.*57. dicit, ꝙ pro homicidio casu fortuito com misto, nec etiam Clericus in irregularitatem incidit, quod & voluit *Abb. in cap. exhibita in summario ext. de homicid.& ibi Felin.& alij.*

Sed hic potest dici, quod Clericus dando operam venationi, dat operam
9 rei illicitę, † *ex cap.*1.*de cler. venator. Concil.Trient.sess.*24. *cap.*12. *in fin. de reformat. Menoch. de Arbitr. cas.* 413. *num.*14.*&* 15. *Diaz. in prax ver. venatores num.* 5. & huic rei dans operã, etiam quod homicidium succedat extra eius intentionem, fit Clericus irregularis, *vt Farinac.de homicid.d.q.* 126. *num.*74.

Verùm respondetur, quod dictus Clericus nõ dabat operam rei illicitę, postquam habebat licentiam ab Illustrissimo, & Reuerendiss. deferẽdi scoppictam ad finem venandi, & venatio
10 clericis in minoribus constitutis non est omnino prohibita, vt dicit Diaz *ibidem*, tum quia huiusmodi non est propriè illa clamosa prohibita à sacris canonibus, tùm quia aliquando permittitur, idque recreationis causa, & tẽpore congruo, vt dicit ex sum mistis relatis *Menoch.ibid. num.*16.& in dubio semper est interpetrandum recreationis causa. *vt Diaz ibid.in fin.* quo casu licita dicitur, & si est licita, ergo operam rei illicitæ nõ dedit Clericus prędictus, & sic nec incidit in irregularitatem, & quod fuit tempore congruo, ecce post vesperas, & non die feriato, prout ita iuris esse censeo, & penitus liberandos, &c. salua semper, &c.

Horatius Persius I. C.

Die 26.mensis Settembris 1624 D.Frãciscus fuit absolutus cum fratre, tandẽ declaratus irregularis ex ratione tutioris viæ pro anima, vicario generali V. I.D. Canonico D. Marco Antonio Vetusio Archeruntino.

CONSILIVM. XXXVIII.

Pro Clericis Paulo de Vietro, Laurentio Scapato, & Mattheo dell'Aquila Terræ Laertiæ, inquisitis de homicidio in ludo Lapidum in personã Clerici Io. Petri de Iacobo.

ARGVMENTVM.

Ludus lapidum, an sit licitus clericis, & si succedat homicidium, an sit punibile, & quando contrahatur irregularitas, & vulneratus, quando ex vulnere mori præsumatur, vel ex malo regimine.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium triplex dolosum s. culposũ & casuale, & declarantur intus.*

2 *Homicidia quæ succedunt in ludo, casualia præsumuntur, & sunt impunibilia.*

3 *Consuetudo ludendi excusat ab omni pœna s. tàm ordinaria, quàm extraordinaria.*

4 *Rixantes quando sunt multi, & vnicũ est vulnus, & non constat de certo percussore, omnes sunt absoluendi, neque torquendi, quod secùs esset in homicidio, ex proposito, & in comitiua.*

5 *Homicidium culposum punitur pro modo culpæ, & nũquam pœna corporali.*

6 *Vulneratus læthaliter non potest viuere vltra* 40. *dies ex iudicio medicorum.*

7 *Vulnerato mortuo ex malo regimine nõ tenetur vulnerans de occiso.*

8 *Ludus lapidum est licitus, etiam clericis quando fit cum cautela clipeorum, & scutorum ad euadendam irregularitatem, & non alias.*

Di-

Dirigat Dominus verba mea, &c.

ADolescentes Cleric. Paulus de Vetro, Laurentius Scapatus, & Matthæus dell'Aquila Terræ Laterfiæ reperiuntur inquisiti, & carcerati, sub prætextu, quia cum sub die 29. Mensis Septẽbris proximè præteriti 1624. ante Ecclesiã Sancti Donati extra menia d. Terræ essent quamplures cleric. & præcisè Cleric. Franciscus Antonius Cætera, & Clericus Laurentius Bonora ludentes pilis, & ibi erant astantes alij Clerici, & Laici, illuc acccesserunt Clerici pdicti inquisiti, & præsertim dictus Clericus Scapatus iocosè eripuit pilas ludentibus, vt conferens sè cum dictis Clericis Paulo, & Matthæo ad d. Ecclesiam Sancti Donati ex parte superiori inceperunt proiecere mala medica, seù (Citrangoli) quæ semper ad finem (vt omnes sciũt) iocose, & ludendi causa proiciuntur, & vt plurimum euenire solet, vnum ex illis tetigit Clericum Nicolaum Cristellum, & alterum Candelorum Bonoram, qui non habens mala medica, incepit proicere lapides, & sic dicti Clerici, non habentes amplius de dictis pomis, inceperunt, & lapides proicere, & vnus ex dictis lapidibus percussit in capite Cler. Io. Petri de Iacobis ibidem astantis, & vulnus ita factum est, vt prætendatur illum ex dicto vulnere fuisse mortuum, & sepultum sub die primo mensis Martij sequentis, & proxime præteriti. Sumũtur omnia hæc à quinque testibus fisci, pro quo etiam producta depositio Medici, Chirurgici, qui deponit de periculo vulneris, & de fractura ossis.

Producitur etiam depositio Rosæ de Georgio Sangiorgij, quæ deponit habuisse ab Ambrosio de Aiello nomine Rosę Scapatæ matris d. Pauli, in duabus vicibus ducatos quatuor cum dimidio ad finem portandi Io. Iacobo de Iacobis patruo vulnerati, vt nepotem vulneratum gubernaret, & expenderet in medelis.

Insuper producũur depositiones Cler. Io. Petri de Renza, Cl. Gasparis de Sixto, & Cl. Sebastiani Galli, qui dicũt, qđ ddictus Cl. Paulus de Vietro extraiudicialiter, coram eisdem confessus fuisset, ipsum proiecisse lapidem, quo vulneratus extitit dictus Cleric. de Iacobis.

His tamen non obstantibus est dicendũ, quod dicti inquisiti sint omninò absoluendi, & liberandi.

Et pro puncti dilucidatione clarum est,
1 quod triplex dicitur homicidium. Dolosum .s. culposum, & casuale. Dolosũ quando ex proposito, & deliberatè commictitur. Culposum, quando sine animo, & voluntate, sed aliqua culpa casuale, quando nec dolus, nec culpa interuenit, vt *Farinac.* omnia perbenè distinguendo dicit, *de homicid. q.* 125. *à nu.* 1. *vsq. ad septimum*, allegando *inter cæteros Clar. in §. Homicidium num.* 1. 2. *&* 3. vbi vniuscuiusq. delicti ponuntur exempla.

Et primo nos deueniendo ad nostrum dicitur pro fundamento, quod quando sciretur, quis commisisset, prout nescitur, non esset nisi casuale. Nam ex toto processu benè constat, & ex testibus fisci, quod inquisiti ex vna parte, ex Ioco, & Ludo cæperunt proicere mala medica, & deinde cum Candelorus Bonora ex alia parte cæpisset proicere lapides, lapides isti similiter proiecerunt, & huiusmodi proiectio lapidum inter adolescentes, & ragatios fit ex generali consuetudine, sicut etiam ad brachia, & pugna, ex ludo lasciuio, & Ioco in tota Italia, prout nos scimus, & vidimus fieri Romæ, Neapolis, Venetiarum, in alijs Ciuitatibus Regni, & hic quoque Materæ; & Iuuenes offenduntur, & vulnerantur lapidibus impunè, etiam mortaliter; ratio est, quia communiter, & generaliter habetur, quod nõ fit animo offendendi. Sed quicquid accidit in dicto Ludo est casu: nec hoc est sine lege, nã *Dec. cons.* 9. ponit de ludo pugnorum (quod fit etiam ante sũmum Pontificem

cem Romæ qualibet primâ die Maij) etiam inter Clericos, & *Cepoll. consil.* 30. de ludo lapidum, ex quibus homicidia successerunt, & tandem casualia
2 fuerunt iudicata, & impunibilia † vt ibi, & refert *Carroc. in pract. crimin.* §. *circa sub num.* 7. ratio est, quia hæc consuetudo ludendi regulariter excu-
3 sat ab omni pœna † .s. tàm ordinaria, quàm extraordinaria, vt *Farinac. de pœn. temperan. q.* 95. *num.* 25. *& seqq.*

Secundò omnia prædicta habent locum, & quando cõstat de certo percussore, vt impunibilis sit, & eò maximè in casu nostro, in quo non constat, nam omnes tres asseruntur proiècisse lapides, & tandem vnicum vulnus fuisse illatũ, & sic vnum ex dictis fuisse percussorẽ, quorum cum non constet quis certus, etiam in casu aliàs aliquo modo puni-
4 bili, omnes sunt absoluendi † & neque torquendi, nè fortè contingeret innocentem condemnari, *l. absentem ff. de pœn. cum alijs allegatis, per Alciat. de præsumpt. reg.* 3. *præsump.* 44. *nu.* 4.

Quod secus esset in homicidio ex proposito commisso in comitiua aliorum, vt *Farinac. ibid. q.* 96. *num.* 72. *& seqq.* & cũ non sit casus noster, restat, vt dicta *per Alciat.* vbi suprà simpliciter habeant locum. Nec tres casus positi, *per Clar. d. §. Homicidium num.* 30. aliquo modo inducuntur ad casum nostrum: Nàm primus est, quando homicidium est ex proposito. Secundus quando sint aliqua indicia fuisse animo deliberato. Tertius quando esset in rixa. Hic in casu nostro pœnitus nõ fuit in aliqua rixa, nec in alijs casibus, sed ex puro, & simplici ludo cũ alijs, & casualiter remansit percussus dictus Clericus Io. Petrus.

Nec obstaret, quod ex parte fisci possit dici, qui, & si homicidium non fuit dolosum, fuit tamen culposum, quamobrem essent puniendi. Nam respondetur, quod & si culposum homicidium puniatur pœna extraordinaria pro modo culpæ, & numquam pœna corpo-
5 rali † vt dicit, & tenet firmiter *Menoch. de arbitr. cas.* 324. *nu.* 12. *& Farin. de Homicid. d q.* 125. *num.* 46. qui non recipit in praxi id, quod dicit *Clarus d. §. homicidium num.* 3. de eo quod fuit condemnatus ad triremes pro homicidio culposo, dicitur etiẽ, quod prędicta habent locum, quando constaret de certo percussore, non autem in casu nostro, vbi non constat, nam incideremus in eo, quod si omnes punirẽtur, punirentur vtique etiam innocẽtes, quod esset absurdum.

Tertiò, Nec officit Cler. Paulo de Vietro, quod aliqui deponant confessum fuisse extraiudicialiter ipsum, & lapidem proiecisse nàm sufficienter, & perabundè probatum est in defensionibus dictos testes fuisse legitime repulsatos, tùm tanquam cõsanguineos vulnerati, tùm tanquam odiosos, & inimicos ex causa dicti Clerici Pauli, qui testes propterea à testimonio repelluntur, maximè in criminalibus, vbi requiruntur omni exceptione maiores, vulgatis Iuribus, &c. & restat, quod contra dictum de Vietro non sit specialis probatio percussionis, sicut nec obstat depositio Rosæ de Georgio, tum quia est probata famula dicti mortui, tùm quia est probatum, quod factum ducatorum quatuor cũ dimidio mutuatorum ab Ambrosio de Aiello aliàs se habet, & nihil nocet dicto Clerico Paulo.

Quarto, ex eisdem actis constat dictum Clericum Io. Petrum esse mortuum in fine duorum mensium, imò, & post scilicet sub die prima mensis Martij, & vulnus fuit sub die 29. mensis Decẽbris, itaque longè elapsi sunt 40. dies, & lethaliter vulneratus non potest vi-
6 uere vltra dictum tempus, † ex communi sentẽtia Legistarum, Canonistarum, & Medicorum, vt dicit *Clar. d. §. Homicidium nu.* 35. Itaquod ex alia causa est mortuus scilicet, vel ex alia infirmitate, nàm probatum est dictum Clericum laborasse morbo gallico, vel malo regimine, & defectu Medicorũ, nam Chirurgicus sub die secunda Ia-

nuarij

nuarij deponit fuisse in capite ossis fracturam, vnde manifestum, vulgò dictũ (la spera) debebat fieri statim, vt omnes sciunt, etiam imperiti Medici, & tandem fuit factum sub die 22. vulneris, vt dicit A.M.D.Io.Laurentius Scapatus testis fisci, qui etiam deponit, quod dictus Chirurgicus non assistebat Latertiæ, sed inde discessit, & post discessum febris aduenit, vnde sumitur malum regimen, & culpa Medici, quamobrem etiam in casu certo, & punibili
7 vulnerans non tenetur de occiso † vt dicit *Farinac. de homicid. q. 127. nu. 24.* Sed in casu nostro cum absuit dolus, & omnis culpa, nec constat de certo percussore, & quicquid accidit, fuit casu, propterea est concludendum omnes esse liberandos.

Nec valeret dicere, quod ludus lapidum esset Clericis illicitus, nàm licitus est, quando fit cum tanta cautela
8 clipeorum, & scutorum, vt de raro cõtingeret homicidium, & hoc ad finem euadendi irregularitatem, secundum leges Ecclesiasticas, ita dicit *Nauarr. cons. 3. de homicid. in fine*, vnde sumitur, quod ludus lapidum est licitus, etiam & Clericis, verum si cautela non adhiberetur vt supra, esset difficultas circa irregularitatem, & non pœnam temporalem, & hoc quando constaret de certo percussore, sed quoniam hic legitimè nõ constat restat, vt cum simus in dubio, omnes absoluantur per *d. l. absentem, ff. de pœn.* & ita iuris esse censeo, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius I.C.

Fuerunt condemnati in quadam parua summa pecuniarum. Vicario generali quodam D. Francisco Luponio.

CONSILIVM XXXIX.

Pro Io. Dominico Pezzolla, & Matthæo de Ressa Terræ Bernaldi carceratis in Curia Archiepiscopali Materana inquisitis de fuga à carceribus laicorum dictæ Terræ, in quibus tanquam latrones erãt carcerati, & postea effractis carceribus confugerunt ad Ecclesiam vnde fuerunt extracti, & ducti ad carceres Archiepiscopales ad finem cognoscendi, an gaudere debeant dicta immunitate Ecclesiastica.

ARGVMENTVM.

Carceratus qui aufugit ad Ecclesiam quando debeat extrahi, & consignari Curiæ sæcular, & qui latrones, & grassatores publici dicantur, & non gaudeant immunitate Ecclesiæ?

SVMMARIVM.

1 *Carceratus fugiens à carceribus ad Ecclesiam gaudet illius immunitate, si delictum est tale.*
2 *Latro publicus, & grassator quis sit, & quæ requirantur, vt non gaudeat immunitate Ecclesiastica.*
3 *Latronem publicum ad constituendum non sufficit semel, vel bis latrocinari, sed pluries, & quod delicta sint consumata.*
4 *Probationes respectu Bullæ Gregorij XIV. de immunitate Ecclesiastica, vbi sit recepta debent esse plena, certa, & concludentes.*
5 *Condemnatus ad mortem fugiens ad Ecclesiaam gaudet illius immunitate, si delictum est tale.*
6 *Iudici non creditur, nisi in quantum ex actis constat.*
7 *Relatum in referente cum omnibus suis qualitatibus.*

Dirigat Dominus verba mea.



Io. Dominicus Pezzolla, aliàs Scileppo, & Matthæus de Ressa Terræ Bernaldi, cum essent carcerati in carceribus dictæ Terræ, illis effractis cum alijs aufugerunt, & se receperunt ad Ecclesiam, & vigore Bullæ Gregorij XIV. de immu-

 nitate

nitate Ecclesiæ (quæ non est passim recepta in Regno) ad præsens reperiuntur in carceribus Archiepiscopalis Curiæ, ex quo dubitatur, an gaudere debeant immunitate Ecclesiastica.

Et pro fundamento breuiter dicitur, quod carceratus ex actis carceribus aufugiens, & ad Ecclesiam se reci-
1 piens non potest ab ea extrahi † nisi delictum, pro quo fuisset carceratus esset de illis, quod non gaudet Ecclesiastica immunitate, ita dicit *Farinac. de carcer. & carcer. q. 28. nu. 42. & 46.* & de hac conclusione non est dubitandũ.

Nunc est videndum, an prædictus Io. Dominicus inquisitus de latrocinio in strata publica, vt apparet ex copia processus, gaudere debeat Ecclesiastica immunitate?

Et dicitur, quod sic. Nàm quamquã sit taliter inquisitus, non propterea dicitur publicus latro. Ad constituendũ
2 .n. publicum latronem, † vt ammictat beneficiũ immunitatis Ecclesiæ oportet, quod tria concurrant .s. Primo, quod sit solitus. Secundò, quod cum ferro aggrediatur. Tertiò, quod in vijs publicis, & vlterius, quod fama laboret publica contra eum, ita refert *Ambrosin. in commentar. super dicta Bulla cap. 3. nu. 4. & 5. & ibid. nu. 3. dicit.* Ideo publicus latro dicitur, tùm respectu loci publici, in quo prædatur, tùm respectu frequentiæ, propter quam iam omnibus, vt publicè notus, ac pro latrone habendus est. Et ita etiam dicitur de grassatore, *vt ibid. cap. 4. nu. 6.* quod qui semel grassatus est non incidit in Bullã, & ita resolutum refert *Ricc. variar. resolut. in praxi resolut. 12. per tot. quamquam Gambacur. in commentar. de immun. Eccles. lib. 5. cap. 12.* videatur tenere contrarium in grassatore .s. quod semel sufficiat.

Et quamquam vigore statuti talis esset suspendendus, tamen quoad fauorem libertatis Ecclesiæ est attendendum Ius commune, & nõ statutarium.

Et quod etiam ad constituendum publicum latronem requirantur plures
3 actus, † apertè dicit *Muscatel. de cognit. delict. tit. de latroc. in fi.* Nec sufficit semel, aut bis, vt dicit, & probat *Giurba cons. crim 50. nu. 37.* & consumata debent esse crimina, quia attentata non sufficiunt in materia, *vt ibid. nu. 34.*

Et quoniam dictus Io. Dominicus reperitur tantum de vnico latrocinio inquisitus, super quo adhuc est defendendus, & sibi deficiunt omnia alia requisita ad constituendum illum latronem publicum, ex quo in effectu non est, propterea non incidit in bullã, & debet gaudere immunitate Ecclesiastica.

Nec obstat, quod Io. Antonius Colizza confessus esset in tortura, aliàs disrobasse cum dicto Io: Dominico, nã præter quod dicta confessio nihil efficit dicto Io: Dominico cum requisitis omnibus careat ad officiendum .s. delicto in genere, & speciali tortura socij criminis ad officiendum consocium, dicit *Muscatell. ibid.* quod ad probandũ publicum latronem requiruntur plures actus, & quod sit facta probatio actuum in specie contra ipsum, *& Ambrosin. super dicta Bulla cap. 11. nu. 3. & seqq.* probat, quod probationes contra incidentes in Bullam debent esse, vt
4 supra probatum est, plenè, † certè, & concludentes, cum ergo nihil prorsus de hoc, restat vt dictus Io. Dominicus nullo modo possit dici publicus latro. Vnde remictendus est ad Ecclesiam, ad quam confugit.

Secundo, quoad Matthęum de Ressa condemnatum ad mortem naturalem, vt ex copia sententiæ transmissæ apparet, dicitur, quod condemnatus ad mortem, fugiens ad Ecclesiam gau-
5 det illius immunitate, † *Farinac. vbi supra nu. 44. in fin.* & est intelligendus, vt *num. 46.* nempè si delictum, de quo fuit condennatus non sit de contentis in Bulla.

Et si in titulo sentẽtiæ asseratur pro rupturis, & fracturis stratarum publicarum, & furtis, & disrobationibus, tãdem nõ est credendum, nam non creditur

6 ditur Iudici, † niſi in quantum ex actis conſtat, vt eſt *tex.in cap.quoniam contra & ibi gloſ.in fin. & Abb.n.29.de probat.*

Vltra quod dicta aſſertio refertur ad proceſſum, & relatum eſt in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, *ad tex. in l.aſſe toto,ff.de hared.inſtituen.* Vnde omninò non eſt credendum dictæ copiæ ſententiæ, ſed copia totius proceſſus eſt tranſmictenda ad finem, vt ſtrictius intueatur, an dictus Matthæus ſit publicus latro, ſecundum ius commune, & non ſtatutarium, vt ſupra eſt probatum.

Et in tantum eſt hoc verum, vt dicta copia totius proceſſus ſit tranſmictenda, in quãtum eſt neceſſe videre, quod probationes, vt ſupra eſt dictum debeant eſſe contra huiuſmodi delinquẽtes plenæ, certæ, & concludentes, & non per præſumptiones, vt dicit *Farinac.conſ.crim.76.n.7.* & refert pleniùs, & diffuſiùs *Ambroſin.d.c.11.num.3. & ſeqq.* & quamquam idem *Farinac. conſ. crim.168.in prima addit.* videatur facere contrarium, tamen fuit ibi ex ſpeciali reſcripto Sum.Pont. quod .ſ. ſummaria informatio ſufficiat, & non eſt ad alios caſus extendendum, vt in fine dictæ primæ additionis.

Non eſt ergo dictus Matthæus remictendus ad carceres, niſi conſtito de prædictis, modo quo ſupra, aliàs debet gaudere immunitate Eccleſiaſtica, & ita Iuris, &c. ſaluo ſemper, &c.

Horatius Perſius I.C.

Die 18. menſis Decembris 1625. Vicariò Generali D. Franciſcò Luponio, fuit determinatum, ſupradictum Ioannem Dominicum gaudere immunitate Eccleſiaſtica, Matthæum verò non, ex quo plura commiſit furta in ſtrata publica, prout ex proceſſibus tranſmiſſis, & ſic fuit exequutum.

CONSILIVM XXXX

Pro Io: Baptiſta Tagarello Terræ LaterTiæ inquiſito per Curiam dictæ Terræ de vſuraria prauitate .ſ. quod vendidiſſet frumentum in hieme de ſoluendo pretium, quo valebit in menſe Maij, & quod ita etiam mutuaſſet de reſtituendo in ſtricto Menſe.

ARGVMENTVM.

Mutuare bladum in hieme, vt reſtituatur de menſe Maij, vel vendere, vt ſoluatur pretium, quo valebit in dicto menſe, an ſit vſura, & quando verè, vel fictè vſura dicatur, & an ex contractu, qui verè non ſit vſurarius, ſed illicitus, quis veniat puniendus de vſura?

SVMMARIVM.

1 *Vſura vera non committitur, niſi in cõtractu mutui veri, vel ficti, & in illo lucro, quod peruenit mutuanti vltra ſortem principalem.*

2 *Mutuare bladum in hieme, vt reſtituatur de menſe Maij, vel vendere pretio, quo valebit de dicto menſe non eſt vſura ſimpliciter, & ſecundum alios, niſi ſit venditurus in dicto menſe, vſque quo bladum erat duraturum, & ſic in dubio præſumitur.*

3 *Vſura ſi non apparet ex tenore contractus, ſed per aliquas coniecturas poſſit dici contractus illicitus, & in fraudem vſurarum, cuiquam in tali caſu punitur quis de vſura.*

4 *Teſtis periurus non admictitur ad teſtimonium.*

5 *Teſtes principales in vſura debent articulari, & probari fide digni, & renunciare proprio commodo.*

6 *Teſtis regulariter non allegans cauſam ſcientiæ legitimam nihil probat.*

Dirigat Dominus verba mea.

IO. Baptiſta Tagarellus Terræ Laterțiæ ad denuntiam, & quærelam Iulij Dattoli Ciuitatis Tarenti reperitur inquiſitus in Curia dictæ Terræ de vſuraria prauitate, ſub prætextu quod dictus Io:Baptiſta de menſe Settembr.

Octobris, & Nouembris anni præteriti 1616. vendidisset dicto Iulio quantitatem frumenti cum pacto de illud soluendo ad pretiũ quo valebit in mense Maij sequentis, qui fuit proximè elapsus, & quod alias quantitates mutuasset pluribus, diuersisq; personis, vt in dicto mense Maij restituerent, & sic apparet ex obligatione stipulata in dicta Curia; & iam dictus Io. Bapt. exegit pretium frumenti huiusmodi ad rationem carolenorum octo pro quolibet tumulo, prout sic communiter in dicta Terra valebat de mense Maij prædicti.

Dictus quidem Iulius non obstante quod medio iuramento penès acta confessus fuisset bonitatem frumenti, & renunciasset exceptioni non bonitatis, &c. prout cæteri alij testes principales, qui sunt examinati, asserunt frumentum habitum fuisse malæ conditionis, putridum, & humidum, ita quod non poterat vsque ad mensem Maij detineri, & quod tempore consignationis non solùm non poterat vendi ad pretium commune, sed lõgè vilius.

Ex dictis depositionibus principalium debitorum, qui omnes in periurium inciderunt, fuit per dictam Curiã relaxata citatio ad informandum contra dictum Io. Bapt. de vsuraria prauitate. Imò processum ad carceratioñẽ, & ad sequestrum bonorum in graue præiudicium, iniuriam, dedecus, damnum, & interesse ipsius Io. Bapt. qui ex processu informatiuo non poterat citari modo, vt fuit, & ex defensiuo non solùm debet absolui, liberari, & titulũ deleri, sed condemnari dictus Iulius tanquam manifestus calumniator ad omnia damna, expensas, & interesse, saluo Iure procedendi criminaliter.

Est .n. in Iure clarum, quod vsura
1 † vera non committitur, nisi in contractu mutui veri, vel ficti, secundum *Ludou. Roman. cons.* 423. *incip. pro pleniori, &c. col,* 1. *ver. tertio dubitatur, & per DD. in l. rogasti, §. si tibi, ff. si cer. pet. Maran. cons.* 113. *num.* 3. *Crauet. cons.* 145. *nu.* 6. *&* 7. f. in illo lucro certo, quod peruenit vltra sortem principalem mutuanti, vt sentit *Nauar. in manual. c.* 17. *num.* 206. *& Siluest. in ver. vsura* 1. *n.* 1. & vbique Summistæ omnes pertractantes de materia, & quoniam in casu nostro non tractatur de aliquo lucro accepto vltra sortem ex mutuo, ergo, &c.

Et quod omnes dicti duo contractus sint liciti, & tales esse possunt, probatur per ea, quæ dicit *Crauet. cons. prædicto* 145. *in proprijs terminis num.* 23. vbi habetur ad literas rotundas, & scatularum, quod non repertur in Iure
2 prohibitum mutuare bladum, † vt restituatur de mense Maij, & sic non putat vsuram, quibus adstipulatur *Cosm. Philiar. de off. Sacer. tom.* 2. *lib.* 5. *de septimo precep. decalog. cap.* 6. *ver. octaua conclusio*, vbi etiam quod creditor non sit seruaturus bladum vsque ad dictum mensem, & dicit *Nauar. in manual. cap.* 17. *nu.* 239. *verb. centesimo quarto*, ibi, quamuis posset, sicut si creditor bladũ vendidisset pretio quo valebit de mẽse Maij, non videtur vsurarius contractus, ratione dubij euentus, quia fieri potest, quod eo tempore minus valeat, quam de tempore contractus, *c. in Ciuitate de vsur.* & in terminis venditionis eiusmodi est *tex. in c. nauiganti, in fin. eod. tit.* vbi quando quis de tempore contractus venditurus non erat, non reprobatur talis conuentio, sed in dubio præsumi debet, quod quis aliàs vẽditurus non esset, vt delictum fugiatur, *Bart. & DD. in l. non solum, §. sed vt probari, ff. de oper. nou. nunc.* Hæc sunt formalia verba *d. cons. Crauett.* Benè verum est, quod si in dicto mense Maij fuissent plura pretia, medium pretium esset exigendum cum quibusdam alijs circumstantijs, quæ ponũtur *à Nauar. ibid.* sed in casu nostro non est de hoc disceptandum cum vnicum fuit in toto mense. Vnde clarè sumitur, quod Curia non habuit intentionem fundatam ad finem relaxandi citationem de vsuraria prauitate, postquam contractus sunt liciti, & quando ex tenore contra-
3 ctuum non apparet de vsura, † sed per ali-

aliquas coniecturas poſſit dici contractus illicitus, & in fraudem vſurarum, nunquam tamen punitur quis de vſura in tali caſu, vt pulchrè dixit *Dec.conſ.* 170.*col.pen.*& refert *Maran.d.conſ.*113 *num.* 4.

Vlterius teſtes examinati contra d. Io. Bapt. ſunt ferè omnes principales, qui vltra quod ſunt periuri, & ad teſti-
4 monium non admictuntur, † ad *text. apertum in c.teſtimonium,de teſtib.*& vltra quod principales ſunt, nō ſunt pro-
5 bati fide digni, † & omni exceptione maiores, quæ qualitas erat articulāda, & probanda, vltra renūciationem proprio commodo, per ea, quæ dicit *Foller.in fragm ver.vſura,circa medium*, *ex doctr.Affl.in conſtit.Si Iudex fraudulenter,*§.*corruptela,nu.*5.*incip. an autem*, & alijs allegatis, nam ita debet intelligi *reg.prag.*1.*de vſur.*in teſtibus principalibus.Et quamquam *Muſcatell.de cognit.delict.tit.de vſur.num.*19. videatur in hoc impugnare *Foller.*tamen authoritas *Folle.& Affl.*eſt magna in Regno, & illorum opinionem videtur ſequi *Troyſ.ſuper d.prag.ver.teſtes fide dignos*, à quibus non eſt tutum recedere, eò maximè quo *Muſcatell.*in ſua opinione non fulcitur multis authoritatibus,quę poſſent mouere iudicem ad diſcedendum ab opinione *Affl. Foller. & Troyſ.*

Nec aliquo modo officiunt depoſitiones Auguſtini Iardini, ſororis, & alterius fœminæ, nam non deponunt de idemtitate frumenti .ſ. quod frumentū illis datum a D. Iulio Dattilo erat idē illud, quod fuit Io. Bapt. nām poterat eſſe,quod dictus Iulius aliud daret,vel poſtquam habuit à dicto Io. Bapt. tenuiſſet illud in loco prauo, vnde malā qualitatem aſſumpſiſſet,non ergo cauſam ſcientiæ legitimè allegant, & nihil
6 probant, † *ad tex.l.inſolam,C.de teſtib.*

Hæc ex proceſſu informatiuo, & ex defenſiuo nulli dubium eſt, quod non ſit ſufficienter probatum per 11. teſtes conteſtes, inter quos plurimi ſunt Sacerdotes, de bonitate frumenti, quod fuit ſatum, & ortum; quod panem reddidit,ſicut & cætera alia frumenta bona, quod tempore conſignationis dictus Io. Bap. alijs vendebat ad pretium commune,prout vendebantur alia frumenta bona,præſenti pecunia;& quod in menſe Maij ſimiliter vendidit de eodem ad pretium commune carolenorum octo,quod poterat ſeruari vltra menſem Maij,ſtāte eius bonitate,quod dictus Io.Bapt. non erat vēditurus illo tempore quo mutuauit, & vendidit in hieme,ſed ſeruaturus vſque ad mensē Maij,& ad preces vendidit ante,& mutuauit, quod dubius ſit euētus pretiorum in menſe Maij, & poſtremò quod ita ſit ſolitum communiter contrahi in dicta Terra, & excuſat à delicto, qū adeſſet,vt non eſt,ita dicit *Maran.ibid. nu.*4.& omnia prædicta fuerunt probata,neque neceſſe erat, quia contractus ex facie non eſt illicitus,ſed ad vberiorem cautelam, & ſerenandam mentem Iudicis. Vbi eſt ergo vſuraria prauitas? vbi contractus illicitus? eſt ergo liberandus dictus Io.Bapt.& ſibi delendus titulus, & dictus Iulius cum alijs condemnandus tanquam manifeſtus calumniator ad omnia,damna,expenſas, & intereſſe ipſi Io:Bapt.Et ita Iuris eſſe;&c. ſaluo ſemper, &c.

Horatius Perſius I.C.

Die .menſis Auguſti 1617. dictus Io. Baptiſta fuit liberatus, & deletus titulus per Curiam dictæ Terræ Latertiæ, verum interuenit votum oretenus Domini Marij Vngari V. I. D. Tarentini omni laude digniſſimi.

CONSILIVM XXXXI.

Pro Clerico D. Hectore de Rugerio Carafa ex quondam vtilibus Dominis Terræ Laurentianæ, inquiſito prò diuerſis capitibus contra illum porrectis S.E. à Sindico, & Electis dictæ Terræ, & poſtea remiſſo à Magna Curia Vicariæ Domino Nuntio Neapol.& deinde Archiepiſcopali Curiæ.

ARGV-

ARGVMENTVM.

Capita,& quærelas,qui exponunt non sunt idonei testes tanquam inimici,& accusantes calumniosè debēt condemnari in expensis, & damnis. Arma prohibita portans nō incidit in pœnam nisi captus cum illis.

SVMMARIVM.

1 *Testes non repetiti regulariter non probant.*

2 *Accusantes, & qui capita porrigunt testes esse non possunt.*

3 *Inimicus non admittitur in testem etiā in casibus exceptis,& difficilis probationis.*

4 *Falsus in vno,falsus in omnibus,ratione iuramenti, quod est quid indiuiduum.*

5 *Accusantes constituti in vera, vel præsumpta calumnia debent condemnari in expensis, damnis, & interesse,quod etiam in fisco extenditur,si sit in vera.*

6 *Notarium quomodo probetur.*

7 *Clericatus priuilegia quibus criminibus ammittuntur remissiuè.*

8 *Arma prohibita deferens ad hoc, vt incidat in pœnam, debet capi cum illis.*

9 *Fama bona tolluntur omnes delicti præsumptiones.*

Dirigat Dominus verba mea.

SIndicus, & Electi Vniuersitatis Terræ Laurentianæ porrexerunt multa capita diuersorum criminum,& excessuum Domino Proregi aduersus Cl. D. Hectorem de Rugerio Carafa, deferentes illum vti laicum, ad finem vt de criminibus impositis Iudex laicus puniret; & cum efficaciter fuisset captus à familia Regiæ Audientiæ Salerni ex ordine S. E. & carceribus M. C.V.mancipatus,post nouem menses, vel circiter, vt Clericus, & Beneficiatus fuit remissus Domino Nūtio Neapol.vna cum processu,per quem deinde respectu causarum ad dictum Dominum non spectantium,fuit remissus Domino nostro Archiepiscopo similiter cum processu, & cum seruatis de Iure seruandis dictus Cler. D. Hector suas fecisset defensiones, visis illis, ac processu informatiuo est procul dubio dicendum,ipsum inquisitum esse prorsus absoluendum, & partes quærelantes,seu capita porrigentes condemnādos in expensis damnis,& interesse ex infrascriptis, &

Primò,contra dictum Cl.D.Hectorem porriguntur multa capita plurium homicidiorum, stuprorum, conuersationis bannitorum,asportationis armorum prohibitorum, & aliorum criminum; sed super illis examinantur quinque testes,quorum quatuor sunt repe-
1 titi (vnde quintus † non probat regulariter, vt dicit *Foller.in pra.crim.in ver. & demum repetantur testes, in princip.& Maran cons.6.nu.17.& cons.18.nu.5.)* .s. Io. Dominicus de Motta, Donatus Leo, Io: Maria de Romano, & Ioseph Fanellus,qui testes sunt ijdem,qui porrexerunt capita cōtra dictum Clericū, & propterea non possunt esse testes
2 contra illum, vt in proprijs terminis dicit *Amode.de sindic.nu.168.ver.vnde, qui dedit,ex cap.meminimus,& cap cum P.Manconella de accus. Marant.d.cons. 6.num.14. ver.præterea.*

Accedat, quod dicti testes faciunt se principales offensos, vt in processu fol.87.aliàs 78. ex verberibus, & iniurijs atrocibus,vnde fit etiam,quod sint odiosi, & inimici dicti Clerici, & testi
3 inimico † non creditur, etiam in casibus exceptuatis,& difficilis probationis,vt dicit *Farinac.de testib. q.53.n.7.* non solum quoad plenam,vel semiplenam,imò nec quoad indicium, aut aliquam præsumptionem,vt idem *Farin. ibid.num.12.*

Vlterius ipsimet testes deposuerunt affirmatiuè, & absq; aliqua hæsitatione in processu coram Cōmissario laico, Benedictum Casarum fuisse foriudicatum cum tallia ducatorum 600.& tandem ex causa cognita, & decisa in Trbunali Dom.Nūtij,fuit declaratum,

præ-

prædictum Benedictum non fuiſſe forjudicatum, vnde dictus Cler. extitit liberatus, vt apparet ex copia ſententiæ fol. 2. Quia de re prædicti teſtes falſum perhibuerunt teſtimonium, & cum falſum in vno † capitulo dixerunt, quæ
4 fides eſt illis adhibẽda in alijs? *Innoc. in c. fraternitatis de frigid. et malefic.* eſt n. periurium quid indiuiduum, & inutile vitiat totum, *DD. in l. 1. §. ſed ſi mihi, ff. de verb. obligat. Ann. alleg.* 12. *nu.* 7. & 8. *lib.* 2.

Secundo, ſupradicti particulares sũt condemnandi in expenſis, damnis, &
5 intereſſe, ex quo † ſunt accuſatores, ſiuè denunciatores voluntarij conſtituti, nòn ſolùm in præſumpta, verùm etiã in vera calumnia, *ex Farinac. de accuſat. q.* 16. *nu.* 10. 15. & 17. & quòd fuerunt in vera calumnia, non abigitur ſiquidẽ eſt ſatis abundè probatũ per vndecim teſtes, Sacerdotes in maiori parte, & per alias graues perſonas, prædictum Clericum tempore porrectionis capitum, & carcerationis, & ex multo tempore ante fuiſſe Clericum, & beneficiatum notorium cum omnibus qualitibus ad finem gaudendi priuilegijs Clericatus, non obſtante, quod quid
6 eſſe notorium probetur per duos † teſtes, ſecundum *Speculat. in tit. de notorijs crimin. §. iam de notorio nu.* 20. *verſ. Item nota, quod ad probationem notorij*, & demum vt talis fuit remiſſus à M. C. V. ad Dominum Nuntium, ex eiſque allegat *Dom Reg. de Pont. in conſ.* 24. Vnde cum dictus Cler. D. Hector talis erat, vt eſt, & pro tali notoriè habebatur in dicta Terra, quæ non eſt Neapolis, vel aliàs populoſa Ciuitas, & ipſe Clericus eſt perſona notiſſima, & nobiliſſima, ex quond. Dominis vtilibus dictæ Terræ, & nunc cõductor illius vna cum D. Franciſco fratre, non poteſt denegari, quod prædicti teſtes non ſint in vera calumnia, deferendo Cler. & Beneficiatum notorium Iudici laico, defatigando illum in carceribus M. C. V. Dom. Nuntij, & huius Archiepiſcopalis, quampluribus damnis, expenſis, & intereſſe aſcendentibus plus quam ad duc. quatuor mille, habito reſpectu ad qualitatem dicti Clerici.

Et in tantum eſt hoc verum, vt etiã fiſcus quando eſt in vera calumnia, vt puta quando ſcienter, & dolosè contra aliquem inſtigat, eſt in expẽſis condemnandus, *vt dicit Farinac. ibid. n.* 22 & *in deciſ.* 479. *Ignat. Lopez ad Diaz, ver. in expenſis, in fin.* & hæc tantùm differentia eſt inter Fiſcum, qui neceſſitate officij hoc agit, & illum qui ſpontè, nam primus opus eſt, vt ſit in vera, & ſecundus ſufficit, vt in præſumpta, prout habetur in dictis iuribus allegatis, & Sindicus & Electi examinati, non ſolùm ſunt in præſumpta, ſed in vera calumnia, vt ex actis vberrimè conſtat, & eo maximè, quo capita porrecta contra eundem Clericum non continent delicta, pro quibus Cler. ammitteret priuilegium clericatus, & fori ſaltim,
7 quæ † enarrantur *à Dom. Regente Tapia ſuper Conſtitut. Regni, de perſonis, tit. de Epiſcopis, & Cleric. nu.* 8. & *ſeqq.* vnde tanquam beneficiatus fuit remiſſus, *ex alleg conſ. Reg. de Ponte* 24.

Tertiò, nihil prorſus vrget, prædictũ Clericum tempore quo fuit captus à familia ſæculari, fuiſſe viſum cum armis etiam prohibitis à Conſtitutionibus Synodalibus, intus propriam domum, nàm eſt clarũ, vt aliquis incidat in pœnam delationis armorum, opus
8 eſt vt corporaliter apprehendatur † cũ illis, allegatur ad hoc *l. ſi Barſatorem, et ibi gloſ. & DD. C. de fideiuſſ.* Cum ergo non fuit ita captus, reſtat vt pœna nõ habeat locum.

Accedat ad corroborationem omnium prędictorum bona, qualitas, vita, & fama prædicti Clerici probata, per quam tolluntur omnes delictorum præſumptiones, ſi adeſſent, (prout non ſunt) vt dicit *Bald. in l. fin. de hæred. inſt.* cum alijs concordantibus, & ex his firmiter concludendum, prædictum Clericum D. Hectorem eſſe abſoluendum, & liberandum, & Sindicum, & Electos teſtes examinatos condemnandos in expen-

expensis, damnis, & interesse, cum reseruatione Iuris quærelandi dictos testes de falso, & ita Iuris esse censeo, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius.

Die 24. mensis Iulij 1614. dictus Clericus D. Hector fuit ab omnibus criminibus impositis absolutus, Vicario, & Locumtenente generali D. Antonio de Mattheis, aliàs in hoc opere non satis laudato.

CONSILIVM XXXXII.

Pro Illustr. Iosepho de Azzia Marchione Terræ Laterτiæ contra V.I.D. D. Matthæum Gallum Archipresbyterum dictæ Terræ in materia periurij commissi per dictum Archipresbyterum ob præuentionem factam illegitimè, & contra formam iuramenti præstiti in obligatione penès acta ad fauorem dicti Illustrissimi.

ARGVMENTVM.

Periurus est, qui contrauenit præuentioni renunciatæ cum iuramento. Præuentio quomodo fieri debeat, & quæ sint adimplenda, iuxta formam reg. Pragmat. Relatio generalis ad instrumentum, vtrũ valeat sine specificatione pactorum, & clausularum obstantium pro obtinenda absolutione legitimè à iuramentis? & concluditur, quod non, & committitur periurium.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio fit antequam cedat dies solutionis.*

2 *Cautio de soluendo debitum, & pœnam in causa præuentionis, debet dari præcipuè, parte etiam non petente.*

3 *Præuentioni renunciatur, sicut omnibus fauorabilibus.*

4 *Iuramentum refertur ad omnia pacta, & clausulas in instrumento posita, & positas, quia est indiuiduum.*

5 *Absolutionem ad impetrandam iuramenti, debet fieri omnium obstantium mentio, alias subreptitia iudicatur.*

6 *Relaxationes tot requiruntur quot prænedunt vincula.*

7 *Relatio ad instrumentum non valet absque specificatione obstantium, & impedientium absolutionem à iuramẽto, Benè tamen potest fieri quoad specificationem iuramẽtorum modo vt infra.*

8 *Cautela referendi ad instrumentum, quando deuenitur ad robur iuramentorum.*

9 *Absolutionem, quæ sunt apta impedire omnia exprimenda sunt, licet talia essent, quæ si exposita forent, adhuc non retraxissent absoluentẽ ab absolutione.*

10 *Iuranti non petere absolutionem, & impetrata non vti, non sufficeret relationem facere ad instrumentum, sed implicitè, vel explicitè cum clausula conditionaliter, & successiuè facta mentione de prædicto pacto, impetrabit absolutionem.*

11 *Relatio quando fit ad instrumentum, illud debet in actis præsentari, vt Iudex videat, et constet per eius dictum, aliàs absolutio esset nulla.*

12 *Absolutio à iuramento, in quibus casibus non est necessaria.*

13 *Nemo debet admitti contra suum iuramentum.*

14 *Periurus est, qui facit contra formam sui iuramenti.*

15 *Absolutio iuramenti est necessaria, vt quis agere possit.*

16 *Obligatio penès acta liquida, et incusata habet executionem paratam.*

17 *Iuramentum præstitum in obligationibus penès acta, et instrumentis liquidatis, iuxta formam Rit. M.C.V. 166. obligat præcisè ad obseruantiam promissionis, et sic ad solutionem. Ideo nõ valet offerre bona pro executione personali euitanda.*

18 *Præuentio non impedit liquidationem, si probatio exceptionis impedientis liquidationem non fuit facta antequam cedat dies solutionis.*

Diri-

Dirigat Dominus verba mea.

IN causa Illustrissimi D. Iosephi de Azzia Marchionis Terræ Latertiæ contra V.I D. D. Mattheum Gallum Archipræsbiterum d. Terræ, de & super liquidatione cuiusdã obligationis pro Magna summa pecuniarum, penès acta Curiæ Vicarij Foranei d. Terræ. In qua sunt hæc verba (promisit soluere &c. absq; exceptione, & præuentione &c.) Dubitatur an dictus Archipræsbiter incidit in periurium, quia præuentionem intentauit?

Et pro dicto Archipræsbitero videtur dicendum quod non.

1 Primo quia præuensionem legitime intentauit .s. antequam † cessisset dies solutionis seruata forma *reg. prag.* 47. *de offi. magis. iust.* adimplendo prius quicquid per *reg. prag. incipien.* Malitijs litigantium. De Præuentio. præcipitur .s. idoneè cauit in casu succumbentiæ de soluendo debitum, & pœnam, quod debet † ad-
2 impleri etiam parte non petente, cum istud sit præparatorium Iudicij, & sit datum pro forma, prout tenent, & hæc est veritas *Affl. decis.* 137. *Scaglio. Grama. & Bartolome. de Capu. in dicta prag. malitijs. & Maran. consil.* 31. per totum, & *Surd. decis.* 57. & ibi *add. Hodier. & Rouit. d prag. num.* 4. dicit quod omninò sũt videndi *Maran. & Surd. ibid.* vbi quod si dicta fideiussio non præcesserit, processus, est nullus, nec prodesset si postea adimpleretur, vt *Hodier. addict. decis. Surd. n.* 2. reiecta opinione ꝙ fideiussio à statuto quæsita, non debet dari nisi parte petente, ita tamẽ quod non data, neq; petita non vitiat processum, prout tenet *glos. in l. vniuersa C. de precib. Imp. offeren. & ibi Paul. & Ias. plenè, & Hippol. in l. vnius §. cogniturum nu.* 7. *cum seq. ff. de quæstion. Arnon sing.* 33. *&* 34. *& Cauen. in d. prag. malitijs*, & multi alij, qui non recensentur breuitatis causa.

Secundo quia obtinuit in tempore absolutionem à Iuramento, & Iuramentis prout in instrumento quod præsentatur, ob rationem, quod relatum est in referente *l. asse toto ff. de hæred. Institu. l. in testamẽto. ff de condition. & demonstratio. Dec. consil.* 532. *n.* 4. *& consil.* 434. *num.* 5 *Laurent. decis. Auenionen.* 35. *n.* 1. & quod quicquid est in Instrumento ad quod fit relatio censeri debet expressum, dicit *Bal. in l.* 2. *C. de erro. Aduoca. & refert Ant. Gagliar. de Absolutio. à Iuram. §.* 2. *nu.* 47. Sed oppositis non obstantibus videtur dicendum, & de Iure tenendum, quod dictus Archipresbiter incidit in periurium, &.

Primo non obstat præuentio, quæ quamquam sit rectè adimpleta, non tamen est legitimè intentata, & probata, ex eo quod d. Archipræsbiter non obstante præuentione promisit soluere. Vnde videtur renunciasse eidem cum Iuramento, & potest fieri
3 renunciatio, † sicut omnibus fauorabilibus *l. penult. C. de pact.* & non militat præuentio, vt consuluit *Gozad. consil.* 69. *relato per Vrsill. ad Affl. dec.* 387 *nu.* 2. vbi dicit quod hodie ita communiter fit, & sic in praxi recipitur, & fuit iudicatum in causa. Et
4 quod iuramentum † in obligatione præstitum referatur ad omnia pacta, & ad omnes clausulas, est clarum, quia est indiuiduum ex sui natura, vt dicit *Bal. in l. fin. in prima oppositi. C. de edict. Diu. Adria. tollen. de Fran dec.* 173. *num* 6.

Secundo Non obstat absolutio Iuramenti, & Iuramentorum in instrumento contẽtorum, nam est subreptitia postquam dictus Archipręsbiter non fecit mentionem de renunciatione præuentioni; & quando ob-
5 tinetur † absolutio à Iuramento debet omnium obstantium fieri mentio, aliàs subreptitia iudicatur. *Ozas. decis.* 142. *num.* 14. & tunc non valet *Affl decis.* 220. *nu.* 11. *Crauet. consil.* 7. *n.* 11. *Roland. consil.* 34. *vol.* 1. *Menoch. consil.*

expensis, damnis, & interesse, cum reseruatione Iuris quærelandi dictos testes de falso, & ita Iuris esse censeo, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius.

Die 24. mensis Iulij 1614. dictus Clericus D. Hector fuit ab omnibus criminibus impositis absolutus, Vicario, & Locumtenente generali D. Antonio de Mattheis, aliàs in hoc opere non satis laudato.

CONSILIVM XXXXII.

Pro Illustr. Iosepho de Azzia Marchione Terræ Laterttiæ contra V.I.D. D. Matthæum Gallum Archipresbyterum dictæ Terræ in materia periurij commissi per dictum Archipresbyterum ob præuentionem factam illegitimè, & contra formam iuramenti præstiti in obligatione penès acta ad fauorem dicti Illustrissimi.

ARGVMENTVM.

Periurus est, qui contrauenit præuentioni renunciatæ cum iuramento. Præuentio quomodo fieri debeat, & quæ sint adimplenda, iuxta formam reg. Pragmat. Relatio generalis ad instrumentum, vtrũ valeat sine specificatione pactorum, & clausularum obstantium pro obtinenda absolutione legitimè à iuramentis? & concluditur, quod non, & committitur periurium.

SVMMARIVM.

1 *Præuentio fit antequam cedat dies solutionis.*

2 *Cautio de soluendo debitum, & pœnam in causa præuentionis, debet dari præcipuè, parte etiam non petente.*

3 *Præuentioni renunciatur, sicut omnibus fauorabilibus.*

4 *Iuramentum refertur ad omnia pacta, & clausulas in instrumento posita, & positas, quia est indiuiduum.*

5 *Absolutionem ad impetrandam iuramenti, debet fieri omnium obstantium mentio, alias subreptitia iudicatur.*

6 *Relaxationes tot requiruntur quot præcedunt vincula.*

7 *Relatio ad instrumentum non valet absque specificatione obstantium, & impedientium absolutionem à iuramẽto, Benè tamen potest fieri quoad specificationem iuramẽtorum modo vt infra.*

8 *Cautela referendi ad instrumentum, quando deuenitur ad robur iuramentorum.*

9 *Absolutionem, quæ sunt apta impedire omnia exprimenda sunt, licet talia essent, quæ si exposita forent, adhuc non retraxissent absoluentẽ ab absolutione.*

10 *Iuranti non petere absolutionem, & impetrata non vti, non sufficeret relationem facere ad instrumentum, sed implicitè, vel explicitè cum clausula conditionaliter, & successiuè facta mentione de prædicto pacto, impetrabit absolutionem.*

11 *Relatio quando fit ad instrumentum, illud debet in actis præsentari, vt Iudex videat, et constet per eius dictum, aliàs absolutio esset nulla.*

12 *Absolutio à iuramento, in quibus casibus non est necessaria.*

13 *Nemo debet admitti contra suum iuramentum.*

14 *Periurus est, qui facit contra formam sui iuramenti.*

15 *Absolutio iuramenti est necessaria, vt quis agere possit.*

16 *Obligatio penès acta liquida, et incusata habet executionem paratam.*

17 *Iuramentum præstitum in obligationibus penès acta, et instrumentis liquidatis, iuxta formam Rit. M.C.V. 166. obligat præcisè ad obseruantiam promissionis, et sic ad solutionem. Ideo nõ valet offerre bona pro executione personali euitanda.*

18 *Præuentio non impedit liquidationem, si probatio exceptionis impedientis liquidationem non fuit facta antequam cedat dies solutionis.*

Diri-

Dirigat Dominus verba mea.

IN causa Illustrissimi D. Iosephi de Azzia Marchionis Terræ Latertiæ contra V.I D. D. Mattheum Gallum Archipræsbiterum d. Terræ, de & super liquidatione cuiusdã obligationis pro Magna summa pecuniarum, penès acta Curiæ Vicarij Foranei d. Terræ. In qua sunt hæc verba (promisit soluere &c. absq; exceptione, & præuentione &c.) Dubitatur an dictus Archipræsbiter incidit in periurium, quia præuentionem intentauit?

Et pro dicto Archipræsbitero videtur dicendum quod non.

1 Primo quia præuensionem legitime intentauit .s. antequam † cessisset dies solutionis seruata forma *reg. prag. 47. de offi. magis. iust.* adimplendo prius quicquid per *reg. prag. incipien.* Malitijs litigantium. De Præuentio. præcipitur .s. idoneè cauit in casu succumbentiæ de soluendo debitum, & pœnam, quod debet † ad-
2 impleri etiam parte non petente, cum istud sit præparatorium Iudicij, & sit datum pro forma, prout tenent, & hæc est veritas *Affl. decis. 137. Scaglio. Grama. & Bartolome. de Capu. in dicta prag. malitijs. & Maran. consil. 31.* per totum, & *Surd. decis. 57.* & ibi *add. Hodier. & Rouit. d prag. num. 4.* dicit quod omninò sũt videndi *Maran. & Surd. ibid.* vbi quod si dicta fideiussio non præcesserit, processus, est nullus, nec prodesset si postea adimpleretur, vt *Hodier. addict. decis. Surd. n. 2.* reiecta opinione quod fideiussio à statuto quæsita, non debet dari nisi parte petente, ita tamẽ quod non data, neq; petita non vitiat processum, prout tenet *glos. in l vniuersa C. de precib. Imp. offeren. & ibi Paul. & Ias. plenè, & Hippol. in l. vnius §. cogniturum nu. 7. cum seq. ff. de quæstion. Arnon sing. 33. & 34. & Cauen. in d. prag. malitijs*, & multi alij, qui non recensentur breuitatis causa.

Secundo quia obtinuit in tempore absolutionem à Iuramento, & Iuramentis prout in instrumento quod præsentatur, ob rationem, quod relatum est in referente *l. asse toto ff. de hered. Institu. l. in testamẽto. ff de condition. & demonstratio. Dec. consil. 532. n. 4. & consil. 434. num. 5 Laurent. decis. Auenionen. 35. n. 1.* & quod quicquid est in Instrumento ad quod fit relatio censeri debet expressum, dicit *Bal. in l. 2. C. de erro. Aduoca. & refert Ant. Gagliar. de Absolutio. à Iuram. §. 2. nu. 47.* Sed oppositis non obstantibus videtur dicendum, & de Iure tenendum, quod dictus Archipresbiter incidit in periurium, &c.

Primo non obstat præuentio, quæ quamquam sit rectè adimpleta, non tamen est legitimè intentata, & probata, ex eo quod d. Archipræsbiter non obstante præuentione promisit soluere. Vnde videtur renunciasse eidem cum Iuramento, & potest fieri
3 renunciatio, † sicut omnibus fauorabilibus *l. penult. C. de pact.* & non militat præuentio, vt consuluit *Gozad. consil. 69. relato per Vrsill. ad Affl. dec. 387 nu. 2.* vbi dicit quod hodie ita communiter fit, & sic in praxi recipitur, & fuit iudicatum in causa. Et
4 quod iuramentum † in obligatione præstitum referatur ad omnia pacta, & ad omnes clausulas, est clarum, quia est indiuiduum ex sui natura, vt dicit *Bal. in l. fin. in prima oppositi. C. de edict. Diu. Adria. tollen. de Fran dec. 173. num. 6.*

Secundo Non obstat absolutio Iuramenti, & Iuramentorum in instrumento contẽtorum, nam est subreptitia postquam dictus Archipręsbiter non fecit mentionem de renunciatione præuentioni; & quando ob-
5 tinetur † absolutio à Iuramento debet omnium obstantium fieri mentio, aliàs subreptitia iudicatur. *Oz. s. decis. 142. num. 14.* & tunc non valet *Affl decis. 220. nu. 11. Crauet. consil. 7. n. 11. Roland. consil. 34. vol. 1. Menoch. consil.*

6 *consil.* 343. *lib.* 4. *num.* 52. Nàm tot † requiruntur relaxationes, quot præcedunt vincula. *Corneus de Absolutio. à Iuram. par.* 3. *qu.* 6. aliàs quis non diceretur benè relaxatus, nec liberatus, si adhuc alterum superesset, vt benè explicauit *Roman. consil.* 326. quot enim præcedunt impedimenta, tot interuenire debent releuamenta, adhoc allegatur *tex in l. de pupillo.* §. *si ex pluribus ff. de nou. oper. nunciatio. refert d. Ant. Gagliard. loco citato n.* 38. *& Gramati. decis.* 66. *nu.* 12. *& seq.* & dicit idem *Gagliar. ibid nu.* 41. ita, & taliter vt omnia exprimi debeãt specificè, & multùm in particulari vt reddatur certus concedens absolutionem, adeo vt dubitari non debeat &c. & sic debet exprimi causa ex qua peruenit impedimentũ. Et nõ est satis generaliter exprimi, vel sub inuolutio verborum, vt vltra *Roman. d. consil.* 326. *magis in specie Socin. consil.* 59. *nu.* 7. *cum seq.*

Quod autem dicit dictus Archipræsbiter quod sufficit referri ad Instrumentum generalitèr prout ipse
7 fecit, hoc non intelligitur † in narratione facti, & clausularum omnium obstantium, sed in specificatione iuramentorum tantum .s. vt pars petens absolutionem non specificet Iuramentum, & Iuramenta petendo absolui ab vno, vel pluribus iuramentis vt in instrumẽto, quia huiusmodi petitio verificatur in tribus iuramentis, vnde si in narratione facti essent quatuor, non intelligeretur ab omnibus absolutus, vt sentit idem *Gagliar. nu.* 43. & tunc illa relatio generalis ad instrumentum, restringitur ad specificata iuramenta, secùs esset si fuisset relatio ad Instrumentum generalis .s. sine specificatione ab vno, vel pluribus Iuramẽtis vt dicit idem *Gagliar. nu.* 44. qui dat cautelam in praxi *nu.* 45. vt petens absolutionem posset sub generali narratione dicere; quæ
8 omnia † firmauit iuramentis, vt in Instrumento. Ecce igitur modo generaliter loquitur, & non specificè circa materiam iuramentorum, non autem circa specificationem obstantium ad obtinendum absolutionem, contra quam dictus *Gagliar.* in loco prædicto non intellexit loqui, nec derogere tot, tantisq; iuribus, & decisionibus supra allegatis.

Et huiusmodi cautela referendi ad instrumentum quando deuenitur ad robur iuramentorum, datur adhoc, vt partes à specificatis caueant, *Gagliar. ibid. sub num.* 49. *& eò magis quo Grat. in respon.* 23. *lib.* 2. etiam de hac generali petitione, & absolutione à iuramentis facit dubium, motus illa ratione, quod huiusmodi absolutiones sunt dispensationes ex sententia; & propterea strictiùs intelligi debent *l.* 1. *C. si plu. vn. senten.* Et sic in casu proprio, & vero, & quia huiusmodi petitio, & absolutio à iuramentis, vt in instrumento, potest verificari in duobus, non censetur ergo perijsse, & consuluisse ab omnibus si (exempligratia) essent tria, vel quatuor iuramenta. Sed adhuc idem *Gagliar. ibid. nu* 48. residet in prima opinione, quod relatum sit in referente, & hoc ad euitandum specificationem iuramentorum non aliter, nec alio modo &c. qui etiam dicit *nu.* 45. quod non solum petens absolutionem debet exprimere clausulas impedientes absolutionem ad finem agendi; sed etiam concedens absolutionem, sicut absoluit ad finẽ agendi, ita debet etiam ab omnibus clausulis, quæ sunt aptæ impedire absolutionem ex *l. fin.* §. *idemq; sicut* & ibi *DD. ff. de condi. indeb. & in num.* 55. addit aliud consideratione di-
9 gnum, † quod omnia quæ sunt apta impedire absolutionem, exprimenda sunt, licet talia essent, quæ si exposita forent, adhuc non retraxissent absoluentem ab absolutione, idq; constaret, vt quia aliàs solitus esset id cõcedere quando expressum fuerat, nec enim id vitium obreptionis euitaretur

vel

vel tolleret, pro quibus citat *Crauet. conſil.68.nu.8.*

10 Et in tantum † eſt hoc verũ, quod ſi aliquis iurauit non petere abſolutionem, & impetrata non vti, non ſufficeret facere relationem ad inſtrumentum, ſed implicitè, vel explicitè, cum clauſula conditionaliter, & ſucceſſiuè, facta mentione de prædicto pacto, impetrabit abſolutionem, vt *ibid. Gagliar. num.* 50.51.57. *in fin. & 58.* aliàs eſſet periurus. *Aff. deciſ. 30.nu.5.*

Inſuper, dato quod dictus Archipræsbiter expreſſiſſet illud impedimentum cum relatione ad obliga-

11 tionem † quia in proceſſu non conſtat obligationem eſſe præſentatam, nec Iudicem abſoluentem vidiſſe, adhuc abſolutio conceſſa, nulla dicitur, vt dixit *Socin. conſil* 59. nàm præſumitur quod Iudex ſtatim, & ex abrupto, & nulla conſideratione habita concederet abſolutionem ſcripturis non viſis, nec petitione conſiderata, & nulliter concederet, & nulla eſſet abſolutio, prout ſic in particulari dixit *Riminal conſil.* 203.*n.*85. *ex alleg. conſil. Socin.* & propterea *Gagliar. nu.* 50. dat optimum conſilium, vt quando exibentur Inſtrumenta Iudex faciat mentionem in abſolutione quomodo Inſtrumentum viſum fuit; & opitulatur amplius, quia in multis caſibus (etiam quod verum ſit ex-

12 preſſum) non debet concedi, † ſicut quando Iuramentum non ligat, relaxatio eſt ſuperflua, ad notata per *Bal. & alios in cap. veritatis, de iur. iuran.* Quando etiam petenti poteſt eſſe conſultum alia via, non eſt tamen concedenda quando apparet per calumniam peti *Iaſ. in l. 1. in fin. col. 1. ff. de off. aſſeſſ.* Nec poſt periurium incurſum, vt quia eſſet elapſum tempus ad ſoluendum, vel quia debitor eſſet interpellatus ad ſoluendum; ratio eſt nam fruſtra legis auxilium quam offendit inuocaret, ita concludit *Feder. de ſen. conſil.* 300. *& eſt commu. opin. Deci. conſil.* 442. *penult colum. & multi alij allegantur per Gagliar. in* §. 1. *eiuſdem tractatus nu.* 33.

Conſtat ergo ex omni parte dictũ Archipræsbiterum ſubreptitiè im-

13 petraſſe, & nullitèr; Ideò † non debet admitti aduerſus ſuum Iuramentum, per ea quę congerit *Gagliar. in eod. tracta.* §.3.*nu.*2. Remanet ergo dictus Archipræsbiter intentando præuentionem contra formam iura-

14 menti ſui, † incidit in periurium *c. quarelam de iur. iuran.* quia debebat prius ab eodem relaxari, cum omni-

15 nò † ſit neceſſaria abſolutio Iuramẽti adhoc vt quis agere poſſit *Ioſeph Ludou. deciſ. Peruſ.* 18.*nu.*10. quæ habilitatio, ſeù abſolutio poteſt fieri ab vno ex tribus ordinarijs inſolidum .ſ. ratione contractus iurati, ratione domicilij, & ratione originis iurantis vt dicit *Calderin. conſil.6. de iur iuran. & refert Aloyſ. de Leo in l. 1. in fin. C. de nouo Cod. facien.*

16 Et per conſequens † obligatio penès acta eſt incuſanda cum ſit liquida vide *Franc. deciſ.* 656. *nu.* 1. *& 4.* & executionem paratam habere debet vt ait *Aff. deciſ.* 387. *nu.* 1. *& eſt tex. iuris commu. l cum pro quo. ff. de in ius vocan. & ibi Bal. Paul. & Alex. de Fran deciſ.* 118. per totum, & non eſt procurator, & iuuenis curialis qui hæc ignoret.

Nec opitulatur Archipræsbitero ad euitandum executionem perſonalem, ex quo offert quædam eius

17 bona, † nam iuramẽtum quod adeſt in huiuſmodi obligationibus (quæ in modo executionis non differunt ab inſtrumẽtis guarentigiatis *Galter. in praxi Inſtrumen. prima primæ p. nu.* 37.) obligat præcisè ad obſeruantiam promiſſionis *Alex. Trentacinq. conſil.* 79.*nu.*5.*lib.* 1. & ſic ad ſolutionẽ pecuniæ, & interim admanẽdum in carcerem, vt ait *Carau. rit.* 166.*nu.* 54. eo maximè quo præuentio non impedit liquidationẽ Inſtrumẽti vel obligationis penès acta, cum ceſſerit

X 2 dies

dies solutionis, & nõ facta prius probatione preuenientem, prout hic in casu nostro non fuit facta, vt dicit de *Praneb.decis.*670.per totum, & refert *Galter.ibid.Rub. fuerit ab eo preuentus nu.* 26. *& seq.* & ita iudicandum esse teneo &c. saluo semper &c.

Horatius Persius I.C.

De anno 1610. in quo accidit casus præsentis consilij, ex quo inter alios Doctores hic materæ erat de puncto disceptatio, misi hoc cõsilium Romæ Abb. Ant. Persio meo Patruo Eminentiss. Iuriconsulto, qui alijs eximijs Doctoribus Romanæ Curiæ, ostendit, & duo ex illis approbauerunt, & subscripserunt, quas subscriptiones ex in curia amicorum perdidi. Tandem dictus Illustrissimus Dominus Marchio, & Archipræsbiter deuenerunt ad concordiam.

CONSILIVM XXXXIII.

Pro Io.... Inquisito de disrobatione stratarum, & alijs torto, & non confesso, an purgauit Indicia.

ARGVMENTVM.

Res furata reperta penès aliquem, quando faciat indicium ad torturam; & si receptans sit in eadem pœna, & confessio duorum latronum quando plenè probat contra consocium; & quando Tortura purget Indicia.

SVMMARIVM.

1 *Res furata inuenta penès aliquem facit Indicium ad torturam, sed quando.*

2 *Furans, & receptans rem furatam æqualiter committunt furtum, sed quomodo hoc intelligatur.*

3 *Arma delinquentis recognita quando faciant indicium.*

4 *Testis debet deponere per illum sensum per quem percipitur id de quo testificatur.*

5 *Fuga cum contumacia quando faciant indicium ad torturam.*

6 *Confessiones duorum latronum plenè probant contra consocium, sed quomodo hoc intelligatur.*

7 *Statutum in casu ommisso debet recipere interpetrationem à Iure communi.*

8 *Intellectus ad pragmaticam Comitis de Lemos capitum 89.in cap.83.*

9 *Delictum ingenere qualiter probetur in furto non relinquente vestigia post factum.*

10 *Tortura regulariter purgat Indicia, & qua.*

Dirigat Dominus verba mea.

QVidam Marianus de Paradiso Ciuitatis Altamuræ de die 6. mensis Settembris 1626.dum reuerteretur à Ciuitate Ruborum cum equo onerato diuersis mercimonijs; statim quod peruenit ad territorium Altamuræ, à tribus hominibus armatis vno .s. sclopo ad focile, altero ense absq; vagina, & tertio quodam Mucrone, aliàs spontone, fuit disrobatus diuersis bonis merceriæ, & pecuniarum, ascendetibus adducatos quinquaginta circiter, prout in processu; neminem cognouit, sed examinatus in Regia Curia huius Ciuitatis, descripsit ætates, staturas, & vestes, & recognouit in sala d. Regiæ Curiæ inter multos alios positos, vt in similibus fieri solet, quod vulgo appellatur [*l'affronto*] duos ex tribus .s. Ioannem de Bolletta Terræ Pomarici, & Federicum de Corallo Ciuitatis Bitunti, iam captos à dicta Curia cum furto prædicto etiam recognito, in hac Ciuitate.

Dictus Io. de Bolletta vnus ex latronibus quamquam pluries examinatus denegasset, tandem in tormentis confitetur de die 6. mensis Settembris in simul cum Federico, & Ioanne.... armatis armis prædictis disrobasse in strata publica, & loco vt in

in proceſſu dictum Marianum, & inter eos diuiſiſſe pecunias,& bona,

Dictus Federicus de Corallo idẽ confitetur ſimiliter in tormẽtis, quas confeſsiones ratificauerunt extra tormenta,vt eſt de Iure.

Deinde dictus Ioannes fuit domi citatus ad informandum pro dicta causa ſub die 15.menſis Settembris, & reputatus contumax, & bannitus die 14.menſis Ianuarij 1628.

Idem Ioãnes reperiebatur inquiſitus ſub die 3. Settembris 1626. ad quærelam Angeli Caruſi,quod furatus fuiſſet quandam frumenti quantitatem aſcendentem ad tumulos 18. à quodam magazeno ſine fractura.

Et aperta ex ordine Regiæ Curiæ quadam domuncula quam conductam tenebat dictus Ioannes fuerunt ibidem inuenti tumuli octo frumenti, & dicit dictus Angelus præſens quod erat ſuum, & fuit facta comparatio interdictum frumentum inuẽtum,& aliud quod erat in magazeno dicti Angeli, in quo furtum erat factum. Similiter in dicta domuncula fuerunt inuentæ quædam claues, & Inſtrumenta ferrea, nuncupata [*volta Iann.*], & cum vna ex dictis clauibus fuit faciliter aperta ſera dicti magazeni, vt omnia ex proceſſu apparent.

Fuit ob dictum furtum dictus Ioannes citatus domi ad informãdum ſub die 4. menſis Settembris 1626. & fuit reputatus contumax.

Et cum ipſe Ioannes eſſet poſt ferè biennium captus in Terra Tulbij, cum ex præſidio Sodalitatis militum læuis armaturæ reuerteretur ab V. I. D. Io. Laurentio folia Regio Gubernatore dictæ Terræ, qui cum eſſet regius Iudex hic materę annis antea elapſis ceperat informationes cõtra dictum Ioannem, & condemnaſſet ad mortem dictos de Bolletta, & de Corallo, fuit ductus ad carceres huius Ciuitatis. Et pro impinguatione proceſſus fuit vocatus, & examinatus dictus Marianus de Paradiſo diſrobatus, ad finem recognoſcẽdi dictum Ioannem, qui poſitus inter alios eiuſdem ætatis, & ſtaturæ vt moris eſt, non fuit recognitus à dicto Mariano.

Et quoniã per Curiam prætendebatur fuiſſe ſubornatum, & seductum, quamquam hoc figurabatur, nam ex proceſſu verbum nullum, propterea fuit tortus tormento cordæ per mediam horam groſſam, & perſtitit in eadem aſſertione, quod non cognouiſſet. O bellum caſum [*eſſer rubbato, & hauerne la corda*] ſed eſt Iuſtitia huius temporis.

Et conſtituto dicto Ioanne ſuper omnibus ſupradictis, & omnibus denegatis,lite conteſtata,habuit terminum ad sè defendendum; & faciendo declarationem habẽdi teſtes Curiæ pro repetitis, præter mortuos, & abſentes.Habuit copias repertorum; & ex quo ob paupertatem non potuit sè defendere, fuit citatus addiſcutiendum ſuper indicijs, & ad dicendum cauſam quare non debebat ſubijci quæſtionibus, & tormentis,

Et viſum fuit Curiæ cum illo deuenire ad rigoroſum examen, & tormentis cordæ prout deuenit, citra præiudicium probatorum,& confeſſatorum; & per ſpatium vnius horæ perſtitit in ſua priſtina denegatione.

Et tandem Curia prætendit condemnare illum ſaltim ad triremes ad vitam.

Vnde citatus ad dicendum, & ad ſententiam.

Quæritur an dictus Ioãnes ſit penitùs liberandus ab omnibus prętenſis delictis, & dicitur quod ſic, quamquam ego ſcribam ad iſtius defenſionem non ex more,quia inquiſitos de huiuſmodi delictis non ſic de facili defendo, ſed ob conſanguineos rogantes,& ex honeſta familia.

Et quo ad prętenſam diſrobationem factam dicto Mariano, non laborant concludentia, proxima,& legitima

gitima indicia contra dictum Ioannem;& si adessent,quod negatur purgauit satis abbundè per Torturam .

Primo potest dici pro fisco, quod res furatæ dicto Mariano fuerunt inuentæ penès dictum Ioannem vna cum armis recognitis, & regulariter
1 facit indicium ad torturam † vt est *tex. in l. Inciuilem. & l. Ciuile est* vbi omnes *DD.C.de fur.cum omnibus alijs allegatis per Farinac.de Indic.& Tortu.qu* 37.*nu*.48.

Sed respondetur quod dicta Iura, & doctrinæ intelliguntur cum grano .s. quod tunc habent locum, quando ille penès quem reperiuntur res furatæ sit malæ famæ, & solitus furari, vt dicit *Salic.in l.fin.ff.de quæst. Blan. de Indic.& tortu.n.*416.& est onus fisci, vel partis instantis probandi malam famam prædictam in specie, & non in genere,vt dicit *Alex. consil.* 5. *col.* 1. *vol.* 1.*& refert Marant.in proprijs terminis consil.*76.*nu*.2. *Assi.in constitutio Peruenit ad aures num.*4 *de fur.& latrocin.*

Accedat quod ex testibus fisci .s. Beatrice,& Lēma de Altera, & Carmosina de Biancogiglio, quod dicti de Bolletta,& Corallo tātum portauerunt dicta bona vnà cum armis,& non dictus Ioannes . Vnde constat à quibus dicta bona fuerunt portata;& in hoc casu cum constaret de certo delinquente, ad nihilum intrat dictus Ioannes ex mente *DD. in dd. ll. Inciuilem,& ciuile est* .

Secundo potest pro fisco dici quod & si dictus Ioannes non fuisset furatus dicta bona tādē receptauit,& ita
2 commisit † furtum,sicut subtrahens, vt est *tex in l eos,& ibi Bar. & Bal.C. de fur.& in l.* 1.*eod.tit.*

Sed respondetur quod dicta Iura habent locum quando aliquis scientèr receptat, & retinet dictas res furatas,vt dicit *Maran.d consil.* 76.*nu.* 3.*Ludou à Peguer.q.crim* 25. *Clar.in pract.crim.qu.*90.*ver.fin.Roland.consil.*45.*nu*.25.*& seq.vol.*1.& quia non constat in processu de dicta scientia, stante amicitia de recenti cum dictis de Bolletta,& de Corallo,propterea ignorantia debet præsumi,vt est *tex. in cap. præsumitur de reg. iur. in 6. & cumulat Mascar. de probatio. conclus.* 879.*nu*.1.*vol*.2.

Tertio pro fisco dici potest, quod cum Ieronimus Passarella commodasset ensem absq; pomo, & vagina dicto Ioanni, & inter illos tres, qui disrobauerūt dictum Marianum erat vnus qui ferebat ensem prædictum repertum penès dictum Ioannem, &
3 recognitum † tàm à dicto Mariano, quam à dicto Ieronimo, vnde maximum oritur indicium contra dictum Ioannem,per eaque dicit *Farinac.de Indic.& tortu.q.*52.*nu*.74.

Sed respondetur quod dicta doctrina loquitur contra eum cuius est ensis, vnde loquitur contra dominū dicti ensis, vt ibi est videre,& nisi probauerit illum alteri accommodasse, contra ipsum laborat Indicium, vt idem *Farinac ibid nu.* 57.& quamquam ipse Ieronimus principalis deponat commodasse dicto Ioanni qui negat,hoc tamen non obstat,nam nō est probare, sed deponere in causa propria,& ad sè exonerandum, & nihil probat,vt in *l. nullus ff.de Testib. & l.omnibus C.eod & Farinac.de Test.b.q.*60.*nu*.2.

Accedat quod testes fisci .s. Beatrix,Gemma,& Carmosina deponūt vidisse dictū ensem cum alijs armis in posse dictorum de Bolletta,& Corallo,& nunquam in posse d.Ioannis, nec ex toto processu aliquid aliud circa hoc constat,vnde de dicto ense nihil ad Ioannem .

Quarto dici potest pro fisco,quod Carmenius de Pistoria sub die 7.mēsis Settembris .s. die Lunæ per tres, vel quatuor horas ante ortum solis, vidit tres incedentes pallijs inuolutos &c. neminem cognouit; sed cum hoc retulisset extra Ciuitatem cuidā Petro de Natalicchio,ille dixit, quod

quod vnus ex illis erat dictus Ioannes.

Respondetur quod hæc depositio nullo iure fulcitur. Primo quia neminem cognouit. Secundo nescio quomodo dictus Petrus distans ex pluribus lapidibus à loco vbi illi tres fuerunt visi à Carmenio, de nocte posset cognoscere, quod vnus ex illis fuisset dictus Ioannes, nam testis debet reddere rationem sui dicti per illum sensum per quem percipitur id

4 de quo † testificatur *Innocen. in cap. cum causam de testib.* & adhoc adducere alia iura esset flommacari.

Vltra quod detegitur diuersitas, & contrarietas; nam dicta Carmosina deponit quod dictus Ioannes reuersus fuit ad Ecclesiã S. Donati die Dominico sexta mẽsis, de sero ad tertiam horam noctis, & ibi iuit dormitum, & dictus Carmenius dicit quod in eadem nocte, & die Lunæ sequenti, & sexta mensis per tres, vel quatuor horas ante ortum solis vidisse illos tres, & non cõcordat psalterium cum cithera eò maximè quo Beatrix, Gẽma, & Carmosina doponũt quod illi duo.s. de Bolletta, & de Coralo in die Lunæ post duas horas ortus solis accesserunt cum bonis, & armis ad domum illarum, & ad Ecclesiam Sancti Donati; ita quod dicta depositio dicti Carmenij non solum non officit, imò prodest dicto Ioanni, quia vel alij poterant esse, vel in illis tribus non erat ipse Ioannes.

Quinto dicitur pro fisco, quod dictus Ioannes arripuit fugam, fuit reputatus contumax, & permisit sè bãniri, & talis fuga cum contumacia, &

5 banno † faciunt indicium ad torturam, vt *Farinac. de Indic. & Tortu. q. 48 nu. 10.*

Sed respondetur quod dictus Ioannes fuit citatus domi, & non personaliter, & sic non est verus contumax, sed fictus, & doctrina *Farinac.* non habet locum nisi in vero contumace, vt dicit, & benè cum innumeris allegatis *Gramat. consil. crim 45. nu. 25. & seqq.*

Vltra quod dictus Ioannes erat per prius absentatus à Ciuitate ob nullitèr, & falsò expositam quęrelam de furto frumenti, pro qua erat à Curia persequutus ante prætensam disrobationem. Et quoniam erat Innocens, nè admanus Gubernatoris tunc temporis existentis Domini Cæsaris Coppulæ, qui de facili. Deuenire faciebat ad tormenta vt est notorium, ex quo erat rigidus persecutor latronum, & benè, propterea sè absentauit, & ascripsit militiæ leuis armaturæ; & stante dicta causa, & metu non est contumacia legitimè contracta, quo casu non facit indicium, vt *Menoch de præsumptio lib. 1. qu. 89. nu. 41. in fin.* & quãlibet impedimenti causam excusare contumacẽ dixit *Brun. de Indic. nu. 135. & refert Farinac. de Inquisitio. q. 11. n. 81.*

Sexto & in hoc fiscus facit magnũ fundamentũ, ex quo dicit adesse confessiones duorum latronum, & sociorum criminis in tormentis factas, & extra ratificatas de dicto furto in strata publica in quo interuenit dictus Ioannes, vltra quod illos receptauit; & iam in Regno est expeditum per *reg. prag. 5. de receptato. malefacto.* & dictæ duæ confessiones ple-

6 nè † probant cõtra Ioannem, & adest *Cap. Reg. frequens. de testimo publicor. disrobat.* contra receptantes, & participes.

Sed huic obiectioni facilius respõdetur, & dicitur, & quod dictę cõfessiones sunt nullius roboris, & momenti, ac si non essent factæ ex pluribus marmoreis rationibus.

Prima Quod duo socij criminis in illis delictis de quibus possunt de consocijs interrogari faciunt indiciũ ad torturam tantum, vt *Farinac. de Indic. & tortu. qu. 43. num. 42.* sed est aduertendum quod hoc non transit sic de plano, nam nunquam nominatio sócij facit indicium, nisi illum in

tortu-

tortura confirmet,& purget infamiā, quæ tortura debet esse specialis ad faciem nominati si præsens sit,& extra tormenta ratificari, ita quod non sufficit generalis tortura; & hæc est praxis communis, vt *Farinac. de Indic qu.*43.*n.*134 *vsq; ad* 140. & quoniam in casu nostro non ad fuit, ergo &c.

Secunda etiam ad præscriptum *d. reg. prag.* in tantum dicti confitentes probant,in quantum sint repetiti, citato reo contra quem deposuerūt, vel in præsentia,vel in absentia illius, vt *doctis, Regens Rouit.in d.prag.* 5. *de recep.malefacto nu.* 1. *vbi allegat Carau.in prag.de exulib.num.*73. & quoniam huiusmodi repetitio non fuit facta,ergo &c.

Nec potest dici quod fuit declaratum fuisse habitos testes fisci pro repetitis, nam vltra quod declaratio fuit facta cum clausula, præter mortuos,& absentes &c.& ita fuit admissa,vt ibi est videre, & dicti socij iam sunt mortui laqueo suspensi à die 22, mensis Decembris 1626. data quod esset facta simpliciter, & sine clausula,adhuc non valeret, nam dicta declaratio facit repetitionem fictam; & hic requiritur vera, & realis, vt probat *d. Dominus Regens Rouit.* qui proindè euasit à furcis quosdam de Marsico nouo,in *pragm.* 1. *de Persequuti. Malefact nu* 7 *& seqq.* & propterea in cautela est Iudicis,vt sine dicta repetitione nō tradat morti consocios,vt *Campa. super d. cap. frequens nu.* 62. circa medium, alias nullum faceret Indicium talis confessio contra sociū,ita *Bertax.consil crim.*2.*n.*234.*& refert Dominus Rouit.in d.pragm.*5. *de receptato nu.* 3. & videtur mihi alia assignanda ratio, quare declaratio habendi testes huiusmodi pro repetitis non sit valida, nàm, & si respectu aliorum testium valida esse posset, respectu tamen consociorum,qui sūt infames, & debent repeti in specialibus tormentis ad purgandam infamiam,nisi in tormentis prędictis fuisset facta repetitio,nulla est. Et quamquam in dicta *prag.*5.*& in d.cap.frequens* non sit facta mentio de repetitione huiusmodi, tandem ita est intelligendum, quia statutum in cas-

7 ommisso † debet recipere interpetrationem à Iure communi *l. serui vestri C.de noxal.& dicit Carauit.ibid. nu.* 74. & eadem ratione non officit *d Ioann.reg.prag.Comitis de lemos capitum* 89.*cap.*83. vbi testes fisci mortui post contumaciam contractam habeantur,ac si essent repetiti,debet

8 intelligi † de illis qui non debent repeti in tormentis, & non sint socij criminis.

Accedat quod Marianus disrobatus in recognitione d. Ioannis, illum nō recognouit,& hoc in tortura substinuit. Vnde penitus fisci probationes contra dictum Inquisitum sunt elisæ. Restat ergo dicendum ex omni parte dictas confessiones minimè nocere dicto Ioanni,& hæc sufficiant pro prætenso delicto in strata publica.

Quo vero ad secundum de prætēso furto frumenti dicitur breuiter quod delictum in genere claudicat, & debet præexistere, vulgatis iuribus &c. aliàs Iudex non potest procedere ad aliquem actum nisi prius constet delictum esse commissum, vt dicit *Clar qu.*4.*num.*1.*Farinac.de Inquisitio.qu* 1.*num.*6. & non solum nō potest deuenire ad torturam, sed neque ad capturam,vt *Farinac.ibid. qu.* 2.*n.*2.*&* 3.& quod non sit probatum delictum in genere, constat exactis, vbi non apparet nisi de conquestu Angeli Carusij, & in prætenso furto de quo tractatur, ex quo non adest fractura, nec sunt alia vestigia apparentia, debebat constare vltra conquestum furtum passi, qualiter frumentum furatum erat in loco prius, ac etiam de fama, & bona qualitate, & legalitate, tam furtum passi, quam de ipso furto,quod sit factum; & hæc est

est practica cognitionis in genere
9 † in furto non reliquente facti vestigia, vt *Muscatel. de cognitio. delicto. tit. de furtis nu. 27.*

Et non obstante quod sit in Iure probatũ vix adesse indicia legitimè probata etiam remota ad torturam contra ipsum inquisitum; tandem quia habuit per horam integram, & substinuit, puram veritatem dixisse præsumitur ex quo per Torturam
10 purgantur † Indicia, vt latè dicit *Farinac de Indic. qu. 40. nu. 1. & 2.*

Nec obstat quod habuit torturam citra præiudicium confessatorum, & probatorum, nam præter quod hæc est cautela Iudicis, & inquisitus fuit interrogatus super facto principali, est in hoc protestatio contraria facto, ex quo in processu non adsunt plenæ probationes, nec saltim indicia indubitata; quo casu purgantur simplicia indicia in totum non obstante dicta protestatione, vt *Farin. ibid. nu.* 10. & cum purgauit omnia indicia, si quæ fuerunt, prout non sunt, est penitùs liberandus, & absoluendus ex dictis Iuribus, & rationibus, & Ita iuris &c. saluo semper &c.

Horatius Persius I. C.

Die 11. Mensis Octobris 1628. dictus Ioannes fuit habilitatus in forma scilicet nouis superuenientibus Indicijs. Regio Gubernatore D. Alexandro de Castro. Et Regio Iudice V.I.D. Francisco Francuccio.

CONSILIVM XXXXIV.

Pro V.I.D. D. Lelio Potentia Acheruntino Vicario capitulari generali per quinquennium, Inquisito ad instantiam quęrelantium de multis gestis in officio.

ARGVMENTVM.

Vicarius Episcopi, & capitularis an teneantur stare Sindicatui, & de quibus debeant Sindicari. Et testes contra sindicãdum an debeant esse omni exceptione maiores; & an ista qualitas sit articulanda, & probanda, & multa de defectu testium, & de periuris.

SVMMARIVM.

1 *Ordo est omnium rerum fundamentum.*

2 *Sindicari dicitur quando officialis de gestis in officio quarelatur, & an Vicarius Episcopi, & capitularis teneatur stare Sindicatui.*

3 *Hominibus vniuersitatis laicis, vt singulis non competit actio quarelandi clericum, cum non prosequantur suas, vel suorum iniuriam.*

4 *Qui dat libellum contra officialem non potest esse testis contra eundem,*

5 *Correptio ad corripientis odium, & inimicitiam, tendit.*

6 *Carceratus ab officialibus non potest esse testis contra eosdem in sindicatu.*

7 *Dubia depositio est interpetranda pro reo contra producentem.*

8 *Testes de familia curia non sunt idonei cum de iniuria eis illata, & de facto proprio deponant.*

9 *Testis deponens ad sè exonerandum repellitur.*

10 *Criminosus non est adminiclendus in testimonium.*

11 *Magis est credendum duobus testibus ad defendendum, quam mille ad vindictam.*

12 *Testes rei si sunt aquales testibus fisci, iudicandum est pro reo, & etiam si testes fisci essent digniores, & nu.* 13.

14 *Testes examinandi contra Sindicandum debent esse omni exceptione maiores, neque tales præsumuntur, nisi probentur.*

15 *Consanguineus partis offensa, & quarelantis non est idoneus testis contra Sindicandum.*

16 *Confessio extraiudicialis, vltra quod*

debet esse probata per duos testes, debet habere causam praexistentem, & verisimilem.

17 *Indicia eliduntur per contrarias probationes.*

18 *Delictum vbi non est ibi non debet esse poena.*

19 *Viam ferro aperit qui per contraria transit.*

20 *Imagines Sanctorum debent esse venerabiles.*

21 *Pictura id prestat Idiotis cernentibus, quod scriptura legentibus.*

22 *Examinatus contra aliquem, non potest iterum produci contra eundem in alia causa.*

23 *Iudex habet pro sè Iuris praesumptionem.*

24 *Praesumptio est idem quod Indicium.*

25 *Varius, & non congruenter respondens potest funi applicari.*

26 *Tortura leuis non dicitur tortura.*

27 *Confessio torti debet secretò recipi.*

28 *Bona vita, & fama probata solet ad omnia esse proficua.*

29 *Acheruntia Ciuitas parua.*

30 *Inuidia est inimica virtutum, & ab hac procedũt schismata, detractiones & calumniae i. falsae accusationes.*

31 *Excommunicatus in articulo mortis potest absolui ab omni simplici Sacerdote, quod intelligendum quando non possit haberi approbatus.*

32 *Officiales de leuibus non Sindicantur, & non nisi de dolo, & barractaria, & alijs ex torctionibus, ex communi consuetudine.*

33 *Materana Ciuitas populosa, & opulenta.*

34 *Diuitiae non sunt mala in sè, & eas appetere non est peccatum, quando tamen ad bonum finem appetuntur.*

35 *Diuitias augere licet.*

36 *Diuites Ciues, & nobiles habere, interest reipub.*

37 *Locupletari cum aliena Iactura non licet.*

38 *Bonus vnusquisque praesumitur.*

39 *Inuidia inuidentes mordet, ipsosmetq; macrescit.*

40 *Actore non probante reus absoluitur.*

41 *Reus iuuatur exceptionibus probatis.*

42 *Periurus non recipitur in testem, & est infamis nu 43. nec in ciuili, nec in criminali causa nu 44.*

45 *Periurium blasfemijs, & peccato contra naturam equiparatur.*

46 *Periurus vt à testimonio non repellatur solus Papa potest dispensare, & quando Episcopus possit absoluere, & quae requirantur.*

47 *Calumniatores puniri debent ad expensas, damna, interesse, et pro actione iniuriarum.*

48 *Arma officialis qui benè sè gessit in officio debent depingi in pratorijs, & in palatijs.*

49 *Deus probat electos suos sicut aurum in fornace.*

50 *D. Lelius Potentia V.I.D. Sindicandus Vicarius, vir integerrimus.*

Dirigat Dominus verba mea.

IN causa inquisitionis formatę contra V.I.D. D. Lelium Potentiam Vicarium generalem Acheruntinę Diæcesis Sede Vacante per quinquennium, & vltra, quamquam per doctè, & nimis differtè scripsisset V.I.D. Io. Hieronymus de Principe à Ciuitate Montis Pelusij, à mè semper propter senectutem, & eius ingenij praestantiam obseruandus, tamen ego quoque in huiusmodi materia nè inobediẽs videar pro mei viribus ingenij nonnulla exarabo calamo requisitus, non tacta tamen à dicto Domino meo Collega.

1 Et vt ordinatè procedam, quia ordo † est omniũ rerum fundamentum, vt inquit *Bal. in tract. de Schisma. col. 3.* praemicto quod praedictus D. Le-
2 lius Sindicatur, † postquam quaerelantes porrexerunt quaerelas de gestis in officio, & intra terminos suae iurisdictionis, ita ait *Bal. in tracta. de Sindi. nu. 22. & 23.* & apparet a supplicatione porrecta ab hominibus vniuersitatis Acheruntiae Illustrissi-

mo,

mo, & Reuerendissimo Archiepiscopo Iosepho de Rubeis, quibus ho-
3 minibus laicis † vt singulis non competit actio quærelādi clericum cum non prosequantur suas vel suorum iniurias *cap. de cætero ext de Testib.* & est opinio communior, vt ait *glos. vnica in cap.* 1. 2. *q.* 7. Nec capita, & quærelæ versantur circa fallentias ad *d. cap. in d. glos. annotatas*; Nec vt vniuersis competit aliqua actio. Nam quando Sindicus, vel alij de vniuersitate deputantur ad quærelandum debent habere speciale mandatum ab vniuersitate congregato cōsilio, & propositis in publico parlamento capitibus, cum alijs solemnitatibus vt dicit *Alex. Trentacinq. cons.* 62. *nu.* 4. *lib.* 1. sed hoc non procedit sic simpliciter à laicis contra clericum, sed quando prosequitur suam vel suorū iniuriam, vt supradictum est, & in quibusdam delictis, de quibus non est casus noster, vt dicit *Farin. de Accusatio. q.* 12. *nu.* 13. *& seqq.*

Et quamquam Vicarius Episcopi non teneatur stare Sindicatui ex bulla Greg. XIII. de anno 1578. directa clero, & communitati Tarentinæ, & sic teneo de Vicario capitulari, tandem si vterque deliquerit, & alijs iniuriam, & damnum intulerint, non est dubium quod possint accusari de delictis commissis in officio ab habētibus actiones legitimas, vt de capitulari sumitur ex *S. C. T. sess.* 24. *de reform. cap.* 16. propè finem, & de Episcopali est consonum omnibus Iuribus, & sacris canonibus, vt qui patitur iniuriam actionem habeat quærelandi *l. fin. vbi glos. ordinaria, & Bar. ff. de priuat. delict. & Canonista in c. cum P. Manconella de Accusatio.* & alios refert in *d. q.* 12. *de Accusatio. Farinac. nu.* 7.

Sed quando in quocumque delicto ex consuetudine Iudex Ecclesiasticus potest procedere ex officio, & nemine accusante, vt dicit *Farinac. ibid. in princip. quæstionis*, propterea non ad alium finem hæc dicuntur nisi vt habita victoria causæ (vt speratur) quærelantes vti calumniatores condemnentur in expensis, damnis, & interesse, & teneantur etiam actione iniuriarum, vt inferiùs demonstrabitur.

Et ad prædicta capita deueniendo seriatim. Videtur mihi ad Primū Caput scilicet de verberibus, vel vulnere cuidam Medico illato, vltra perdoctè allegata per Dominum meum Collegam, ad maiorem corroborationem iurium nostrorum, allegari deberi primum testem Petrutium de Benedicto non esse Idoneū cum sit vnus de corpore vniuersitatis capita criminalia porrigens, quo casu sit inimicus, & repellitur à testimonio, *auth. si testis C. de Testib. & ibi DD.* omnes communiter, & clarè dicit *Amod. de Sind. nu.* 168. quod qui
4 dat † libellum vel petitionem contra officialem non potest esse testis *Farinac. de Testib. qu.* 60. *nu.* 75. loquente in priuato denunciante, cui neq; in leuibus creditur.

Vltra quod dictus Testis ab eod. Vicario fuit inquisitus, condemnatus, & excommunicatus pro occupatione bonorum Ecclesiæ, & cum dictus deliquit Vicarius mediante Iustitia, correxit, & iuxta annotata per *Franciscum Arias in tracta. de bel-*
5 *lo num.* 88. quæ correctio † ad corripientis inimicitiam, & odium tendit, vt ait *Salicet in l. vnica C. de emendati. propinquo.* & refert *Ioannes Lercirier in tracta. de primogenit. qu* 2. *lib.* 2 *sub num.* 13. *Regens de Pon.* (post hęc visus) *de potest. proreg. tit. de elect. official.* §. 7. *nu.* 12. propterea iste tanquam duplex inimicus est repellendus à testimonio vt in *d. Auth. si testis*:

Idem dicitur de D. Augustino Greco, qui cum fuisset inquisitus de falso, & carceratus per multos menses ab eod. Vicario est omnino à testimonio repellendus, vt ait *Amod de*

Sindi.nu. 190. & firmat generalem conclusionem *Giacar.in suo consil.de Sindi.apud opera Clar.nu.64.per Consil. Gramati.* 46. quod omnes illi
6 † qui per Vicarium fuerunt carcerati, non possunt contra eum in testes recipi.

Allegatur idem de Petro Ortiz Capitaneo d. Ciuitatis Acheruntiæ pluriès citato ad dicendum causam quare &c. & correpto à Vicario ex causa perturbationis immunitatis Ecclesiasticæ. Vltra quod tam per eundem Ortiz, quam per Lucretiam Milanensem, & vitam de Cancellara deposita non indicant penitus mandatum contra Medicum vulneratum, imo potius bonum cōsilium, vt discedat à Ciuitate nè peius recepisset. Hæc verba sunt clara ad fauorem Vicarij, tamen si Domino Iudici, quod non creditur, viderentur dubia, etiam huiusmodi depositio-
7 nes sunt interpetrandæ contra † producentem, & per consequens pro reo, vt *cap. in præsentia de probatio.* & refert *Afflict decis* 120.*nu.*3. *Farinac.de Testib qu.*68.*nu.*60.

Ad secundum scilicet de homicidio in personā Iosephi de Aprutio, verior est hæc opinio *DD.* quod pro vi illata pluribus de familia potesta-
8 tis, † testes de familia p̄d̄c̄ta nō sunt idonei cum de iniuria vis illata, & de facto proprio deponant, vt habetur in *l.* 1. *§.* 1. *ff. de quæstio. & ita concludit Alciat.reg. 3.præsump.* 14.*num.*6. *circa finem*, & eò magis quo isti testes de guardia ratione homicidij perpetrati in personā d. Iosephi aduersæ partis eisdem, deponunt ad sè
6 ipsos exonerandos † quo casu maximè in criminalibus repelluntur *l. de ferre §. Idem decreuerunt, vbi Bar. ff. de iur. fisc. Farinac. de Testib.qu.*60.*n.* 18. *&* 19. *& septimus testis Gramatius Bentre,* vltra quod fuit à Vicario pluriès inquisitus, & carceratus, est inde criminosus, quod hodie in publicis carceribus Ciuitatis Materæ reperitur tortus, & confessus de
10 pluribus enormissimis delictis † vnde est repellendus *cap. testimonium ext. de Testib* cum alijs allegatis per *Farinac.eod.tit qu.*56.*n.*126. *& seqq.* & in casu in quo aliàs haberi non potest non admictitur sine tortura *ibid. nu.* 162. & quoniā non sumus in casu, eò maximè repellitur.

Insuper, vltra inhabilitates testium processus informatiui, adest optimè negatiua probata per septem testes probatæ vitæ, & famæ deponentes Vicarium sedasse primum rumorem inter Iosephum, & Felicem de Auigliano; & quod regressus est, & intrans domum intus clausus cum suis fratribus, amplius inde non exiuit; & quod ex interuallo denuo, absenteque Vicario rixare ceperunt, vnde homicidium sequutum fuit; quibus testibus est adeò credendum,
11 quod magis † est credendum duobus in negatiua ad defendendum, quàm mille ad vindictam, ita dicit
12 *Boer. decis* 100 † *Farinac. de Testib. q* 64 *n.*154. *&* 234 *& seqq.* Imò quādo testes rei sunt æquales testibus Fisci, iudicandum est pro reo, ita *Alex. consil.* 136. *in causa* 2. *vol.* plus dico,
13 si testes fisci sunt digniores, † adhuc standum est deponentibus ad defensionem rei, ita *Abb. in cap. ad nostram de probatio.* & multa alia cumulat *Vital in suo consil.crim p.*2.*nu.*20. *col.* 3. *apud praxim criminalem Tartalia*.

14 Estque † verum quod testes examinandi contra Sindicandum debet esse omni exceptione maiores, & optimæ opinionis, neque tales præsumuntur nisi probentur, vt ait *Gram. consil.crim* 35. *post nu.* 38. *Giaccar. d. consil num.* 140. *Mascar. de probatio. conclus.* 1360.*n.*7.*vol.*3. ratio est quia Iudex Sindicandus habet iuris præsumptionem pro sè, & testes contra illum debent esse omni exceptione maiores, vt dicit *Farinacc. de Testib. q.*63.*nu.*240.

Ad

Ad tertium de vulnere in faciem clerici Castronoui illato. Testes omnes examinati in hoc capite ad conuincendum Vicarum de confessione extraiudiciali, claudicant, & fiunt inhabiles ad testificandum contra Vicarium Postquam aliquis est odiosus, inquisitus, correptus, criminosus, & consanguineus partis offensæ, & quærelãtis prout est sub d. Franci-
15 scus Castronouus, qui repellitur, † vt ait *Amod. de Sindi. post num.* 191. ratio est quia iniuria facta vni de familia, videtur toti familiæ esse facta *l. 1. 2. & 3. ff de libera. caus. Farinac. de Testib. qu.* 54 *nu.* 9. & eo maximè quo dictus consanguineus est intra tertium gradum inclusiuè, vt *ibid. n.* 19. *vsque ad* 23. *&* 57. & ad hoc vt confessio extraiudicialis officere
16 possit, requiritur primo † quod sit benè probata saltim per duos testes contestes, & hic deficiunt omnes. Secundo quod sit verisimilis, & habeat causam præexistentem, vt ait *Blan. de quæstio. l. fin. nu.* 206. *&* 207. Hic non probatur causa pro qua Vicarius vulnerare fecisset, ergo &c. vltra quod per contrarias probationes, probatur per testes in dignitate constitutos Vicarium prædictum monuisse clericum Castronouum ad benè agendum, & Ecclesiæ inseruiendum.

17 Ita quod † per contrarias probationes elisa sunt iam asserta indicia, quæ hac de rè non officiunt, vt ait *Niger. in cap. Reg: si iustè de Appell. à tormen. nu.* 63.

Ad quartum de ducatis centum relictis à quondam Felice Faienza, vt
18 pijs applicentur. Dico quod hic † non est delictum, & per consequens neque pœna *l. aliud est fraus ff. de verb. signifi.* solus enim Ferdinandus Faienza querelans, & principalis deponit de vi sibi illata à Vicario vt ducatos centum solueret, tamen non probat, vt supra est dictum per *Amod. n.* 168. Imo testes Fisci deponunt ad fauorem Vicarij, & cõtra Ferdinandum, qui consensijt vt dictus Vicarius accepisset ducatos prædictos, & minimè de asserta vi deponunt, & quod Felix prædictus reliquisset ad pias causas, deponunt boni testes, vt in informatione capta per Vicarium tunc temporis. Imo soror, & neptis ipsius Felicis, quæ præsumuntur scire facta fratris in eadem domo, vt à simili in c.c. quosdam, & quanto de præsumpti.

Ad quintum de corrosione imaginis Sancti Christophori cum irreuerenti tractatu. In testibus hic examinatis non est sanitas, cum sint de iure, & de facto reprobati. Vltra quod Vicarius probando legitimè
19 † contraria ad eius fauorem scilicet quod imago d. Sancti erat in deuota, & turpis, vt potius indeuotionem, & risum quam aliàs afferebat, viam ferro veritati aperuit, prout inquit *Bal. in l. precibus col. 6. C. de Impub.* & alijs substitutio. Imo hinc vera, Christianaque deuotio Vicarij perlustrat, postquam Metropolitanam Ecclesiã indeuotas, & non pias imagines cõtinere non sustulit. Cum imagines
20 † Sanctorum debeant esse venerabiles *cap. venerabiles de consecratio. dist.*
21 3. ratio est pia, nàm † quod scriptura legentibus, hoc & idiotis præstat pictura cernentibus *cap. perlatum distin. ead.* Vnde nè idiotæ de facili ad indeuotionem, & risum collaberentur, quæ indeuotio valdè detestatur in *cap. si Canonici de offi. ordinar. in 6.* iustè, sanctèque ergo Vicarius gessit. Scrupulum est hoc insipiensiũ, quod forsan putat in imaginibus aliquam esse diuinitatẽ, vel virtutem propter quam sint colendæ, sed hoc est falsissimum nam honos qui eis exibetur refertur ad prototypa, quæ illæ repræsentant, ita vt per imagines quas osculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Christũ adoremus, & Sanctos quorum illæ similitudinem gerunt, vt in *S. C. T. sess.*

25. *in princip. de venerati Sancto.* & sacris imaginibus.

Ad sextum de quæstuante verberato, & funi applicato, clarè apparet in repulsa defectus Testium diuersimodè odio affectorum, & præsertim Petri Ortiz, & sub D. Francisci Castronoui, qui aliàs in isto processu malum contra Vicarium testimo-
22 nium perhibuerunt, † & repelluntur ipso facto à *l. produci ff. de Testib.* secundum vnum intellectum, cò maximè diuersis temporibus. Et circa læuè torturam illi illatam non potest Vicarius molestari, cum ritè, & re-
23 ctè, & absq; dolo egit, & hæc † præsumptio iuris semper est pro Iudice *l. 2. C. de off. Ciui. Iudi. & Giac. in præallegato consil. nu.* 46. primo contra quæstuantes est mala præsumptio, cum literæ S.C. Cardinalium iubeāt grauiter procedi contra eosdem, vt ex illis apparet quarum copiæ in actis præsentatæ reperiuntur, & præ-
24 sumptio † idem est quod indicium, *Par. de Pute. de Sindi. in ver. Tortura nu* 2.

Secundo vt ex processu defensiuo apparet hic quæstuans erat benè indutus, aspectus de formis, & formidabilis, ac turpis Fisiognonomiæ, & magnæ Cæsarie.

Tertio Interrogatus de fide authentica, negauit audacter, ac irreuerentèr, varius in multis substantialibus repertus, & non congruenter, &
25 præcisè respondens, † quo casu Vicarius potuit funi applicare ad habendam resposionem præcisam, vt apparet ex processu, & potuit, vt dicit *Ambrosin. de process. informat. lib. 2. c. 7 nu. 4. Farinac. de Indic. & Tortu. q. 37. nu.* 176.

Insuper non fuit verè tortus, cum pauco momento suspensus detineretur, sed dicitur læuiter tortus, & læ-
26 uis tortura † non est tortura, prout concludit authoritate *Bal. Paul. Grillan. de quæstioni. & torm. qu. 4. num.* 5. *Farinac. de Indic. & tortu. d. q.* 37. *nu.* 100. & in processu, & si non erant indicia ad torquendum sufficientia, & plena, erant aliqua læuia ad terrendum, vnde licuit d. Vicario eo modo læuiter torqueri, vt *Farinac. ibid. nu.* 105. *distinguendo materiam*.

Ad septimum de Tortura multis corā pluribus illata. Vltra testes reprobatos, non reperitur prohibita interessentia aliquorum quando aliquis funi applicatur, & arbitrarium Iudicis.

27 Benè verum est quod dictum † torti debet in secreto recipi cum similitudinem habeat testis, vt dicit *Par. de Put. de Sind. in ver tortura ver. an fletur num* 4. & ego vt Iuuenis, & discere cupidus pluries interfui in huiusmodi quæstionibus, & quando tortus cōfiteri signa dabat, protinus egrediebar, & sic ego quando delinquentes tormentis applicui sæpe nonnullos interesse permisi, non est hoc ergo delictum.

Ad octauum de minis, & effectu verberorum in genere aduersus quāplures personas. Testes repulsati be-
28 nè pro vt in actis, & legitimè † probatur bona vita, & fama Vicarij, quæ ad omnia solet esse valde proficua, vt ait *Arnon. soli loqui* 37. & *Giaccar ibid. nu.* 248. & 249. Insuper ex probatione prædicte bonæ vitæ, vocis, & famæ, deuotionis, Christianitatis, humanitatis, charitatis, iustitiæ nobilitatis, dignitatis virtutis, & prudentiæ dicti Vicarij, multi de
29 Ciuitate † Acherontina parua, vt ait *Bergomen in verb. Acherontia*, inuidia
30 affecti sunt, quia † inuidia est inimica virtutum, & ab hac procedunt Schismata, detrationes, & calumniæ, .i. *falsa accusationes, vt ait Franc. Pauin. in tracta. de visitatio. qu. 2. 2. par. nu.* 58.

Ad nonum de Ecclesiastica sepultura tradita quōdam D. Andreæ Forensę excommunicato. Producta est fides authentica absolutionis in articulo mortis per Guardianum Fratrum

31 trum Minorum de Obſeruātia † quo caſu ab eodem poterat obſolui, vt limitat *Felin. in cap. paſtoralis de offi. ordinar. n. 12. & Nauar. de ſepult. conſil. 4. ſub nu 1. & Conſil. Triden. ſeſſ. 14. cap. 7.* dicit quod vnuſquiſq; Sacerdos poteſt &c. etiam ſi abſolutio Sūmo Pontifici ſit reſeruata, de quo in *cap. quamuis in c. non dubium in c. quod de ijs de ſent. excomm. refert D. Regens de Pont. in conſil. 43. nu. 3.* quod intelligendum quando non poſſit haberi copia Sacerdotis approbati, & ita refertur cenſuiſſe S. C. & ita accidit in caſu prædicto.

Ad decimum vndecimū duodecimum Caput reſponſum non dari videtur, cum ſint ita læuiora, quod de illis loqui vileſcit intellectus.

32 Vltra quod de læuioribus † officialis non Sindicatur, vt dicit *Giacc. ibid n. 44.* ratio eſt ne neruus iuſtitiæ frangeretur, & nè lento gradu officiales ſucceſſores ad executionem eiuſdem Iuſtitiæ incederent, vt idem *Giacc. num.* 47 eo maximè quo hodie officiales non Sindicantur ex communi conſuetudine niſi de dolo, & barractaria, & alijs extorſionibus, vt *Ioſepp. Ludou. deciſ. Lucen.* 3. & refert *Rouit. ſuper prag. 1. de Sind. nu. 15.*

Ad decimūtertium tranſeundo; de cumulatione multarum diuitiarum. Benè Vicarius demonſtrat quod ante officium Vicariatus non erat ita pauper, vt aſſerunt teſtes repulſati; ſed cumulatis introitibus, tàm canoniæ, quàm beneficiorum annuatim ſibi ducati biſcentum proueniebant. Vltra quod ſemper, & Neapolis pro alienis negotijs peragendis lucratus eſt pecuniarum quantitates; & Romæ; vbi per multos annos nomine vniuerſitatis, & capituli Acherontini alſit, & inſudauit pro lite ſuæ Ciuitatis contra, & aduerſus populoſam,

33 opulentamq; † Ciuitatem Materanam, vt ſic honoratam de illa memoriam facit F. Leander Albertus à Bononia in deſcriptione Italiæ, in regione magnæ Greciæ, de qua etiam Plinius memoriam agit, & illius habitatores Matheolanos populos appellat, vnde, & antiquitatem, & magnitudinem accipimus.

Et deindè ad Vicariatus officium promotus Sede Vacanti, & pro recto iuſtoque regimine à S. C. confirmatus, id quod per ſpatium quinquennij emolumentorum, Gagiorum, & elargitionum ſibi legitimè, & licitè per officium peruenit, parſimonialiter cumulauit, vnde non poteſt præſumi quod ſit ditatus ex officio indirectè, ſi poteſt capi coniectura, quæ delictum penitùs excludat, ita dicit *Regens de Pon. de Poteſtate proreg. tit. de electio. offic. S. 7. nu. 6. & ſeqq.* vbi habetur quod communis eſt opinio quod officialis non præſumatur ditatus ex officio allegat *Clar. lib. 1. S. fin. qu. 68. & Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.* 53. & ſic ditari ſibi lici-

34 tum fuit, nàm diuitiæ † non ſunt malæ in sè, nec eas appetere peccatum eſt, quando tamen ad bonum finem appetuntur ſecundum *Bal. in cap. cum concupiſcentia de conſtitutio.* Imò di-

35 uitias † augere licet, vt ait *gloſ. in c. militari 23. qu. 1.* & intereſt Reipub.

36 † habere ciues diuites, & nobiles, facit ad hoc *gloſ. notab. in cap. 1. & eſt gloſ. 3. 21. quæſt. 1.* Hæc & alia multa Iure refert *Troil. Malueti. in tractat. de fort. in 3. par. de ventura nu. 2. 3. 4.* & eò magis quo Vicarius non locu-

37 pletatus eſt cū aliena iactura † quia tunc non licet *l. nàm hoc natura ff. de conditio. indeb. & ait Affl. deciſ.* 304. *ſub nu. 4.* ſed licitè, & in licito ſudore vultus ſui, & non vt pars aduerſa inuida dicit. Nàm † vnuſquiſque bonus præſumitur *cap. dudum de præſumptio.* Sed inuidia † inuidentes mordet ipſoſmetque macreſcit, teſte venuſino Poeta.

Inuidus alterius macreſcit rebus opimis.

Ad capita porrecta per Archidiaconum Acherontinum Neritonem. Reſpondetur.

Pri-

Primo quod defecit in salutari,& in probatione, vnde reus absoluitur
40 † *l. qui accusare C. de eden.* prout in quarto capite de minis,& aggressione cum baculo &c.

Secundo Alia capita per exceptiones contrarias legitimè probatas, sunt elisa, à quibus exceptionibus
41 † iuuatur reus *l. non exceptionibus C. eod.*

Tertio Testes examinati in omnibus his sunt periuri,quia elegerunt in Vicarium dictum D. Lelium, & non reuocare cum Iuramento sè ipsos ligauerunt. Et iam absq; habilitatione legitima à prædicto Iuramēto,reuocauerūt illum, qui statim habito recursu ad S. C. ab ea fuit reintegratus, ex quo sine causa, & licentia d. S. C. Vicarius capitularis non potest remoueri Quo casu facti sunt periuri dicti testes qui sunt canonici, & interuenerunt dictæ electio-
42 ni,& ad testimonium † non recipiūtur *glos. in c. testimonium ver. periurij*
43 *extr. de Testib.* Imò sunt infames † *l. si quis maior. C. de transactio. & tenet Abb. in cap. quærelam de Iureiuran. &*
44 *Bar. in l Lucius ff de Infam.* & † etiā si essent emendati non admictuntur in testes,nec in ciuili,nec in criminali causa *Abb in d. c. testimonium ver. venio ad tertium , & Felin. ibid. ver. tertia conclusio, periurus n. 19. Farinac. de Testib. qu. 56. nu. 186. & seq.* & de grauitate istius delicti dicit *Rip. in c. ex parte de rescrip. nu. 2. 3. 4. & Affl. in tract. de iure prothon. §. nisi sub nu.*
45 20. dicit quod periurium † blasfęmijs,& peccato cōtra naturam ęquiparatur *Farinac. de falsitate qu. 160.*
46 *nu. 11. & 14.* & solus Papa † potest dispensare vt periurus à testimonio non repellatur,vt ait *Specula. in tit. de teste. §. 1. nu. 30.* & refert *Felin. in d. c. testimonium num. 22.* Vnde ridiculum est quod dictus Archidiaconus absoluisset omnes intra illos octo dies in quibus erat creandus nouus Vicarius ob remotionem d. D. Lelij, & vsurpasset Papalia, cum solus Papa in forma gratiosa possit absoluere periurum. *Innocen. in cap. per venerabilem de electio. Aimon. consil 6. nu. 91. Aloys de Leo in l. 1. C. de nouo Cod. confirm. n. 15.* & quando Episcopus posset absoluere,opus esset vt sit in antiquissima possessione, & seruarentur requisita posita per *Genuen. in pract. Neapol. cap. 4. nu. 3.* quæ in hoc casu minimè interuenerunt,& eò maximè quo Iuramētū prædictū non erat cōtra bonos mores, & illicitum, & poterat seruari absque dispendio salutis æternæ *cap. cum contingat de Iureiuran. cap. licet eod. tit. lib 6. c. quamuis de pact. lib. 6. DD. in Auth. Sacramenta puberum C. si aduer. venditio.* etiam si sit extortum per vim, & metum *cap. si vero aliquis de Iureiuran. vbi glos. in ver. proprium,* & quod hoc sit verum,ecce quomodo fuit confirmatūs à S. C. à quā in dies expediuntur literæ vt Vicarij capitulares, etiā creati ad tempus non possint amoueri sine causa, & de licentia d. S. C.

Quo vero ad alia capita Terrarum Diœcesis,sunt perfectè elisa per contrarias probationes, & per repulsam testium, qui sunt non probatæ vitæ, inimici,odiosi,periuri, inquisiti carcerati, mulctati, principales,consanguinei quærelantium, interesse præ-
47 tendentes, viles, † & abiecti, qui viles, & abiecti non sunt idonei, vt ait *Giach. ibid nu. 179.*

Itaq; visis,& maturè discussis omnibus ex vtraque parte, omnes quærelantes accusatores, & denunciantes sunt calumniatores declarandi, cum non legitimè probent quicquid ponunt *Giach. ibid. nu. 222. & seq. vbi num. 224. & seq.* dicit quod debent
48 condemnari ad expensas, † & interesse,& puniri pro iniurijs,& actione iniuriarum *Boss. in tit. de off. pecu. corrup. in fin l. Item apud labeonem §. si quis libello ff de Iniur.*

Imò stante quod in officio Vicarius laudabiliter sè gessit, quia nullū

irre-

irremuneratum, nec malum impunitum reliquit, propterea † arma eius depingi debent in prætorio, & Palatio Ciuitatis & Diœcesis quam ipse tam iustè, pièque rexit, *Parif. de Puteo in princip. verf. sindicatu, num. 7.* & ab omnibus est publicè commendãdus, idem *Parif. ibidem num. 5.*

49

Placet hic annectere habito respectu ad lungum arrestum, & ad persequutionem nonnullorum vtilium Dominorum terrarum diœcesis, quod Vicarius cum Psalmista Psalm. 118. possit dicere.

Principes persecuti sunt mè gratis; Verùm qui gratis impugnatur fortis debet esse, & constans, Sãctus Ambros. in espos. d. psalm. lect. 5. de commun. vnius martiris, quia Deus probat electos suos sicut aurum
50 † in fornace, Sap. 3. Propterea iudicandum esse censeo firmiter pro Vicario viro integerrimo, qui cantabit cum Dauide Psalm. 65. induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro, imposuisti homines super capita nostra, transiuimus per aquam, & ignem, & eduxisti nos in refrigerium, & ita iuris &c. Saluo semper, &c.

Horatius Persius I.C.

Die 10. Mensis Nouembris 1609. Materæ dictus D. Lelius, Potentia fuit absolutus ab omnibus, & declaratus Innocens. Vicar. Generali, & Locum tenenti, &c. Domino D. Ant. de Mattheis, aliàs nõ satis laudato, qui D. Lelius post decẽ mẽses, & dies 14. à die absolutionis, humanæ sortis tributum soluit 5. sub die 24. mensis Septembris 1610.

CONSILIVM XXXXV.

Pro D. Io: Camillo Russo Archipresbytero Terræ Pomarici, inquisito de percussione clerici intuitu officij ob correctionem, & de excommunicatione, & irregularitate.

ARGVMENTVM.

Officiales, & senes in Ecclesia ratione officij, an possint corrigere clericos in minoribus, & percutere læuiter pro seruitio Ecclesiæ malè acto; & quæ requirantur, vt fieri possit.

Et quando excommunicatus celebrãs non fiat irregularis.

SVMMARIVM.

1 *Officialis, et senex in Ecclesia potest corrigere, & lęuiter percutere clericos in minoribus ob seruitium Ecclesiæ si tamen non fiat odio, et malitia.*

2 *Alapa non est grauis percussio, sed leuis in casu de quo tractatur.*

3 *Dolus non præsumitur nisi probetur.*

4 *Excommunicatio ratione percussionis non incurritur nisi ex dolo, & peccato mortali.*

5 *Dolus non præsumitur in eo, qui facit actum solitum, quamuis esset illicitus.*

6 *Testibus negantibus delictum magis est credendum, quam affirmantibus.*

7 *Authore pratore, quod sit non meretur pœnam.*

8 *Irregularitas non incurritur ob celebrationem ab excommunicato, qui probabiliter credit non incurrisse excommunicationem ex quo huiusmodi irregularitas requirit contemptum censurę.*

Dirigat Dominus verba mea, &c.

ARchipresbyter Russus Terrę Pomarici, inquiritur, quod ex causa correctionis percussisset in Ecclesia nonnullos clericos in minoribus constitutos, & præcisè Clericũ Io. Nicolaum Russum, & Clericum Franciscum Pacilium. Primum; quod quædam paramenta Ecclesiæ deordinasset. Secundum, quod missus ad Sacrestiam, vt caperet pacẽ, & crateram pro recipiẽda eleemosyna, non fuit regressus, nisi post immodicum tempus, & quando ferè omnes ab Ecclesia erant egressi, & sine pace, atque cratera; vnde in-

proprijs manibus ipse Archipresbyter eleemosinam collegisset, quãobrem intuitu sui officij in faciem percussisset dictum clericum, & causa correctionis.

Reuocatur in dubium, an sit excommunicatus, & incursus in can. si quis suadente diabolo 17.q.4.& celebrans sit factus irregularis?

1 Dicitur, quod non in vtroque; nam officialis, & superior in Ecclesia, vel senex potest corrigere clericos in minoribus cõstitutos ob defectus patratos in seruitio Ecclesiæ habent enim canones assistentes, & pro sè facientes, quia cessat diabolica percussio, *vt in cap. 1. et cap. cùm voluntate, de senten. excomm. Socin. in cap. peruenit. eod. tit. Carol. de Graß. de effect. cleric. effect. 9. num.* 231. modo principaliter non fiat odio, malitia, vel ira, & percussio sit moderata saltim, iuxta suum propositum, vt dicit *Nauar. in manual. confes. cap. 27. num.* 82. *Cosim. Philiar. de off. sacerd.* 1. *p. de excommun. lib. 3. cap. 33 in excusationibus, num.* 20. *Sayr. in Thesaur. cas. conscient. lib. 3. cap. 27. num. 11. & seqq. & precisè nu.* 14. & si dicatur ex eodem *Sayr. ibidem num.* 16. quod dicti Authores, & omnes alij ab ipso allegati sint intelligendi de læui percussione quãuis si parum excederet modum, nisi ex odio, & iniquitate clericos verberent; & quoniam hic tractatur de Alapa impacta in faciẽ dicti Clerici Francisci Pacilij, quæ esset grauis percusio, vt *Viu. dec. 46. num. 4 ergo, &c.*

Respondetur, quod etiam in habenti iurisdictionem corrigendi

2 ictus Colaphi non est grauis † percusio, sed leuis, prout talis fuit habita in quodã Cappellano, qui colaphum impegit cuidam Canonico Aretinæ Ecclesiæ, vt dixit *Ludus in alleg.* 76. quam refert *Cosim. Philiar. ibidem in fin.*

Ergo si in non habenti iurisdictionem à Canone alapa est læuis percussio, quid erit in habenti iurisdictionem, & facienti causa correctionis, & sine odio iniquitate,

3 & dolo, qui non præsumitur, † nisi probetur *l. quoties, § qui dolo, ff. de probatio.* cum alijs allegatis per *Mascard. eod. tit. conclus. 53. vol. 1.* & ex comm. *DD.* sententia non incurritur excõmunicatio Canonis. Si quis suadẽte absque dolo, & peccato mortali,

4 † vt dicit *Sayr. lib. 3. cap. 28. num.* 20. & dolus non presumitur in eo, qui fa-

5 cit actũ, qui fieri est solitus, † quãuis esset illicitus, vt dicit *Bart. in l. si pignore, §. fin. in princip. ff. de pignor. actio.* & alios allegat *Mascard. ibidem num.* 12. Vnde in Archipresbytero dicta correctio est reputanda moderatissima, & leuis, & sic est iuxta suum propositum, & non sumus extra casus canonum præbentium iurisdictionem corrigendi.

Vltra quod est probatũ per duos testes præsentes tàm de defectu dicti Clerici Pacilij, quàm de prætensa alapa, quæ non fuit tàm grauis, vt ille asseruit, sed læuissima, & cum digitis scilicet cum illorum sum-

6 mitate, quibus testibus † est magis credendũ ad rei defensionem, quàm affirmantibus contrarium, vt dicit *Farinac. de test. lib. q. 65. num. 154. & seq.*

Et per D. Marcum Antonium Minoram testẽ productum ad defensam est probatus defectus dicti Clerici Io: Nicolai Russi, & leuis correctio, qui testis coniungitur, cũ Clerico Io: Baptista Spera teste Fisci, qui deponit ad fauorem Archiprerbyteri de defectu illius, & plenè probat contra Fiscum producẽtem, etiam vnicus, vt probat *Farin. de test. lib. q 62. num.* 237.

Insuper dicta iurisdictio Archipresbyteri, & aliorum superiorum, ac seniorum Sacerdotum Ecclesiæ à sacris canonibus permissa, est suffulta antiquissima, & immemorabili cõsuetudine, quæ est in viridi obseruantia, vt probatur per quinque testes,

ſtes,quod Archipresbyter, & alij ſuperiores,ac ſeniores ſunt in poſſeſſione corrigendi Clericos in minoribus cōſtitutos ſeruata forma DD. SS.Canonum, non ſolum manu,ſed etiā ferula, & alijs ſimilibus inſtrumentis,& exempla afferūtur. Vnde Archipresbyter,& vigore canonū, & poſſeſſionis ipſius,& aliorum ſuorum quamplurium anteceſſorum, nullam incurſit excommunicationem,nàm quod fit authore Prætore

7 pœnam † non meretur, ad *text. vulg. in l.Graccus,ff.de adulter.* Imò meruit apud Deum,& homines ob charitatiuā correctionem erga clericos errantes in ſeruitio Eccleſiæ, quæ cōſuetudo non ſolum non parit ſcandalum,ſed ędificatur,& augetur ſeruitium Eccleſiæ, vt deponūt teſtes. Vltra quod id quod à ſacris canonibus permittitur ſcandalum parere non poteſt, & nefas eſt hoc dicere.

Vndè cùm verè non inciditin excommunicationem non eſt tractandum de irregularitate ob celebrationem, nam ſi corruit antecedens,ergo & conſequens.

Imò,dato,& non conceſſo, quod eſſet incurſus,prout non eſt,ex quo

8 nō credidiſſet probabiliter † incurſum eſſe,tàm ex permiſſione SS.Canonum, quàm antiquiſſimæ,& immemorialis poſſeſſionis, non incideret irregularitatem ob celebrationem ſecutam, nàm irregularitatas hæc ob cenſuræ contemptum incurritur, & non aliàs, vt plenè probat *Sayr.ibidem lib.7.cap.10.n.25. & ſeq.*& ponit exemplum, & caſum fortiorem,*num.23.*& addo *Peregrin. conſ.117.vol.5.in fin.* qui allegat *Dominicum in cap.ſolet,de ſent.excomm. in 6. Abb.in cap.Paſtoralem.§.verum,n.15. de Appellat.Felin.in cap.Rodulfus,n.43. de reſcrip.Nauar.de cēſur. Eccleſiaſticis, num.253.*

Quare ex omnibus prædictis d. Archipresbyter eſt abſoluendus, & ita iuris eſſe,&c.ſaluo ſemper,&c.

Horatius Perſius I.C.

Die 22.menſis Martij 1630. fuit iudicatum dictum Archipresbyterum incurriſſe excommunicationem, quia forſan alapa fuit multū ſonās, & clericus correctus ætatis annorū 22.non tamen irregularitatem Vicar. Generali V.I.D. D. Tiberio Aniliano Acherūtino Viro,quidem omni laude digno,& de anno 1619. idem obtinui pro Archipresbytero Terræ Griptolarū de Querchis.

CONSILIVM XXXXVI.

Pro V.I.D. Io: Baptiſta Scorto Gubernatore Ciuitatis Altamuræ, & eius nominè infraſcriptum votum factum, & tranſmittendum Illuſtriſs. Marchioni Belmontis Regenti Tapiæ, & virtute ſuorum ordinum, circa ſeditionem populi dictæ Ciuitatis, ſuper proceſſu informatiuo primo loco tranſmiſſo à Reg. Audientia Tranen. eidem Illuſtriſsimo Domino Regenti, & peripſum poſtea remiſſo eidē Gubernatori, cū conditione de prius tranſmittendo voto, circa pœnas infligendas contra delinquentes,& de modo procedendi in cauſa.

ARGVMENTVM.

Seditio Populi quid ſit, & quomodo differat à crimine læſæ Maieſtatis; & quæ ſit eius pœna,varia exempla enarrantur,ſecundum qualitatem delicti,& perſonarum.

SVMMARIVM.

1 *Seditioſus eſt, qui tractat facere nouitatem in Ciuitate, vel bonum publicū ſtatum mutat.*

2 *Seditio aliud non eſt quàm publicę quietis perturbatio.*

3 *Seditionis author regulariter committit crimen lęſa Maieſtatis,ſed in Ciuita-*

te Romana, vel in alia Ciuitate non recognoscente superiorem, & in his pœna mortis seditiosi puniuntur secus in alijs.

4 *Seditiosi pęna est arbitraria, & potest esse pœna mortis, secundum qualitatē delictorum, & personarum.*

5 *Timor mortis cadit in constantem virum.*

6 *Modus procedendi per Iudicem in crimine læsæ Maiestatis, diuersus à modo procedendi in causa seditionis Populi, & tumultus.*

Dirigat Dominus verba mea, &c.

VIdi, atque perquisiui processum informatiuū inquisitionis formatæ contra, & aduersus particulares Ciuitatis Altamuræ, de seditione, & concitatione populi ad tumultum, ac alijs excessibus cum lapidibus, in personas nonnullorum electorum ad regimen Vniuersitatis Ciuitatis eiusdem, & cum cōclamoribus (ferra ferra, ammazza ammazza, questa canaglia) & inuenio, quod principaliter de duobus tractatur.

Primò, quod de die vltima Aprilis 1628. quamplures rustici, atque aristæ ad numerum 400. circiter tumultuantes, ex causa non soluendi carolenos quindecim pro quolibet fumante, iuxta ordinem Illustrissimi Marchionis Belmontis Regentis Tapiæ, pro eximenda Vniuersitate à debitis Fiscalibus, & instrumentarijs; sic collecti accesserunt ad domum Pascalis de Aloisio pro Sindici, & illum captum strictè, & cum minis ducebant ad Curiam Vniuersitatis pro habendo libro, vbi fumantes descripti erant, & cū esset exemptus ab illorū manibus, illi sic furantes iterum accesserunt ad domum dicti pro Sindici cuius fores clausas innumeris lapidibus frangere tentauerunt. Deinde fregerunt Archiuium, & captulam priuilegiorum, & scripturarum Vniuersitatis quarum magnam partem lacerauerūt, palàm, & publicè.

Aggressi fuerunt magna grandine lapidum Scipionem corradum vnum ex electis, ac illius Comitem D. Io. Antoniū dello Vento, vtrūq; vulnerauerūt, & interfecissent, nisi ad domum Gubernatoris sè recepissent.

Postea sic in fauore discurrentes irruerunt in Theodosium de Angelis capserium deputatum à dicto Domino Illustrissimo Regente, & in alios electos similiter cum lapidibus, & nisi statim intrarent aromatariam Io: Andreæ Iordani, interficerentur, & conclamabant (ferra, ferra, ammazza, ammazza,) & nō solum vasa quamplurima medelis plena fregerunt, sed fenestras, & crates ligneas domus illius, & cū tumultus esset inceptus ab hora 21. diei, declinante die cum desisteret à proiectione lapidum, fecerunt sonare timpanū per vicos, & plateas, exhortantes omnes ad animum, & auxilium, & claues portarum Ciuitatis è manibus custodum eripuerunt.

Secundò sequenti die 5. prima mensis Maij, cum plebei tumultuātes cæpissent per vim V.I.D. Maximianum de Notario Petro, vt eorū patrocinium sumeret, accesserunt domum Gubernatoris quamplurimi vti caporales electi à plebe, qui de mutando statu Ciuitatis nota diuersa dederunt; constituunt aliū capserium, exegerunt significatorias aliquas exequutionem, fecerūt contra nonnullos debitores Vniuersitatis banna emanauerunt, & taxam inter ipsos tumultuātes exegerunt pro colligenda pecunia in eorum præsidium.

Hactenus in facto de quo cōstat per benè de corpore delicti; quod debet præexistere, ad *text. in l. 1. §. item illud, ff. de sillania.* Mihi videtur, quod hoc delictum sit seditio postquam

1 dicitur etiam seditiosus † qui tractat

ftat facere nouitatem in Ciuitate, vel qui bonum publicum ftatum mutat, vt dicit *Foller. in praxi crimin. verfic. item quod commifit crimen lęfæ Maieftatis, num. 19. refert Farinac. tit. de crim. lęfæ Maieft. q. 113. num. 176.*
2 vbi feditio † ad aliud non eft, quàm publicæ quietis perturbatio, *l. 1. et 2. C. de feditio.*

Quare qui feditionem committit
3 illiusque author, † regulariter crimen læfæ Maieftatis committere dicitur, *text in l. 1. §. 1. ff. ad l. Iuliam Maieftat.* ibi, quò armati homines cum tælis, lapidibusuè in vrbe fint, & multò magis in acclamante, & conuocante populum ad feditionẽ, qui tenetur crimine lęfę Maieftatis, *Capyc. decif. 30. num. 1. & 4.* vbi de eo qui populum concitãdo gridat. viuat talis, moriatur talis, qui pęna mortis puniendus eft, ex *Luc. de Pēn. in rub. C. public. lęf. lib. 12.*

Verùm fupradicta habent locum, quando feditio effet facta in Ciuitate Romana, vel in alia non recognofcente fuperiorem, fecus fi in alijs, prout in cafu noftro, nam tunc non pœna criminis lęfę Maieftatis, fed vi publica, & peculiari pœna feditiofi, vt dicta *l. 1. C. de feditiof. & dicit Capyc. ibidem num. 2. & 3. & Boer. in tract. de feditio. cap. vlt. nu. 28. Angel. de malefic. in verb. & hà tradito num. 2.* quæ pœna feditiofi, poteft effe mortis, vt in *Glof. in d. l. 1.* fed concluditur quod fit arbitraria, ex *Glof. in d. l. 1. verf. grauiffimam, Menoch. de arbitr. caf. 266 num. 4. & caf. 437. num. 4. Farinac. in loco præallegat. n. 194. allegando conf. Crauett. 224. & Decian. lib. 7 n. 20.* vbi quoque dixit, quod authores feditionis, & tumulatus, vel concitationis populi pro qualitate digni-
4 tatis, † vt in crucem tolluntur, aut beftijs fubijciuntur, aut in infulam deportantur, & idem *Decian. in cap. 19. num. 16.* dicit, tunc demum capite puniri authores, feditionis, fi ex eã fequerentur homicidia, aliter fecus, & eft notabilis, & æqua declaratio, nec à premiffis diffentit *Menoch. caf. 394. num. 78.* vbi dicit ifto cafu imponi pœnam *l. Iulia de vi*, eamq; effe arbitrariam, refert, & fequitur *Baiar. ad Clar. q. 68. num. 109.* vbi dicit feditionis authores, & Duces factionum, plecti detruncatione capitis, exilio publicatione bonorum priuilegiorum amiffione, longinquis peregrinationibus condemnatione ad triremes, vel ad operas publicas ad tempus, vel perpetuò, hæc omnia *Farinac. ibidem num. 195. & feq.*

Ex hìs ergo concludo, quod inquifiti in hoc proceffu, & qui legitimè conuincuntur de feditione cõcitatione, commotione, & tumultu, debeant puniri arbitrariè pœna feditionis, *& l. Iulia de vi*, non autem criminis læfæ Maieftatis.

Et fic illos, qui in prima die tumultus magni legitimè conuincuntur vti authores in capite, & caporales in captura pro Sindici, in lapidationibus, in fractura Archiuij, & laceratione fcripturarum, & in congregando populum ad fonum timpani, ex quo non interuenit homicidio ad triremes per quinquennium, vel faltim triennium condẽnandos, & ad emẽdationem damni paffi per Aromatarium, liquidandi, & per Vniuerfitatẽ in laceratione fcripturarum, arbitror, & promicto iudicandum; fi fic videbitur dicto Domino Illiftrifs. Regenti, & hoc tàm ex authoritate fupradictorum iurium, quàm etiam ex *Boer. in loco alleg. num. 38.*

Et illos, qui fe congregauerunt coram Gubernatore de nouo regimine conftituẽdo, tanquam plebis, & tumultuãtium fautores, & fufful. tores, & minùs deliquerunt in dicta die fequenti, & nefciebant quid faciebant in tanta varietate, & confufione votorum, partim ad exulandum fimpliciter per trienniũ à Ciuitate,

motionis populi; & si confitebuntur procedere contra nominandos ad compilandum processum, prout iura, & praxis docent, quo casu certiorem redere tanquam de noua causa dictum Illustris. Regentem tenebor, & nisi confitebuntur, citatis omnibus ad dicendum, & audiendum, &c. procedere ad diffinitiuã sententiam condemnatoriam modo, vt supra dixi, qua peracta etiam denunciare promitto dicto Illustr. Domino priùsquam ad aliquam executionem deueniam, & ita sum voti, & iuxta istud procedendum arbitror, si sic videbatur eidem Domino Illustris. Regenti, cui in omnibus, sicut teneor me humiliter submitto.

Horatius Persius I. C.

Die 17. mensis Octobris 1631. transmisi supradictum votum, de quo fui requisitus, dicto Doctori Io: Baptistæ Scotto Gubernatori, qui mihi transmisit processum informatiuũ vna cum ordinibus d. Illustris. Domini Regentis, & credo quod non habuit effectum ex quo d. Gubernator non erat Regnicula, & acceptis pecunijs ab inquisitis in fine sui officij, recepit sè extra Regnũ, ad proprios lares.

CONSILIVM XXXXVII.

Pro Clerico Nicolao de Ramundo Terræ Laurentianæ inquisito de homicidio ex proposito in personã Angelæ de Emma cum ictibus securis.

ARGVMEMTVM.

Infans, & proximus infantiæ, vel pubertati quando quis dicatur, & an admittantur in testamonium, & quando & carceratio quando dicatur iniusta, & si talis carceratus fugiens mereatur penam, vel quando ad superiores accedit.

SVMMARIVM.

1 *Infans, & pubes quis dicatur.*
2 *Infantiæ proximus quis sit.*
3 *Infans, & proximus infantiæ quicquid, dicat videat, & audeat, ignorat.*
4 *Pubertati proximus quando admittatur in testimonium.*
5 *Testis vilis, & pauper non admittitur.*
6 *Causa deficiente, cessat delicti præsumptio.*
7 *Carceratio dicitur iniusta si à non competenti fiat.*
8 *Carceratus iniustè impunè potest aufugere.*
9 *Iudex laicus præsumens capere informationem contra clericum notorium incidit in Bulla Cœnæ Domini.*
10 *Carceratus aufugiens à carceribus, & ad superiores accedens, non punitur.*
11 *Comparitio spontanea arguit innocentiam.*

Dirigat Dominus verba mea, &c.

INquiritur Clericus Nicolaus de Ramundo Terræ Laurentianæ sub prætextu, quod de die 2. mensis Iulij proximè præteriti apud conuentum Sancti Fracisci interfecisset Angelam de Emma cum ictibus securis in occipitio, & in facie.

De die 12. eiusdem mensis circiter fuit pro dicta causa carceratus d. Clericus Nicolaus à Capitaneo d. Terræ in carceribus criminalibus, ac positus in cippis, compedibus ferreis, & manectis.

Quo peruenit ad aures Vicarij foranei, instetit apud dictum Capitaneum pro remissione, & cõsignatione, quam Capitaneus distnlit asserendo stare in impinguando, vt patet ex literis missiuis dicti Vicarij foranei ad Eminentissimum Dominum Cardinalem Archiepiscopum.

Et quando sub die 14. eiusdem mensis, dictus Capitaneus voluit cõsignare Clericum ipsi Vicario fuit repertum fugam arripuisse à dictis carceribus.

Verùm

Verùm dictus Clericus post aliquos dies spontè accessit ad sè præsentandum ad hanc Audientiam.

In processu contra dictum Clericum non constat, nisi

Quod Ioseph Hieronymi Caualli ætatis annorum nouem in circa, pauperrimus, & mendicus ostiatim quærens panem, vt ipsemet fatetur examinatus sub die 28. eiusdem mensis Iulij à dicto Vicario deponit diebus elapsis dum veniret à Conuentu Sancti Francisci vbi eleemosynam quæsiuerat, cum fuit apud crucem, vidit exire dictum clericũ Nicolaum, cum eius fratre, qui Clericus ictibus securis dictam Angelã interfecit, quæ exierat ab Ecclesia dicti Conuentus in qua missam audiuerat; monendo eũdem Iosephũ, & minãdo, vt nemini diceret, quod viderat, aliàs interfecisset; dicit etiã fuisse examinatum à Capitaneo, coram quo eadem dixisset.

Constat etiam perplures testes de fuga à carceribus, sed non de fractura.

Examinatus dictus Clericus Nicolaus negat homicidium, & fatetur fugam à carceribus Capitanei sui Iudicis incompetentis, animo sè præsentandi coram competenti, prout fecit etiam incitatus.

Quæritur quid iuris?

Dicitur, quod contra Clericum nihil legitimè constat, ita quod debet ex deductis liberari.

Depositio enim dicti Iosephi nihil officit.

Primò iste testis cum sit nouem annorum dicitur proximus infan-
1 tiæ, nam infantia † dicitur in 7. anno, *l. si infanti, C. de iur. de liber.* & pubertas in 14. anno finito in masculo. Ita quod secundum septennium diuiditur in duas partes .s. in très annos cum dimidio pro qualibet parte, si aliquis est citra primã par-
2 tem dicitur proximus infantiæ, † si vero vltra dicitur proximus pubertati, vt exemplificãdo dicit *Genuen. in praxi Archiepiscopal. Neapol. cap.* 87. *num.* 3. Vnde fit, quod cum dictus Ioseph sit nouem annorum, est proximus infantię, quo casu etiam examinatus, & receptus nullum prorsus facit indicium, cum quicquid dicat
3 † audiat, aut videat prorsus ignoret, ita *Farinac. de testib. quæst.* 59. *num.* 47.

Secundò, quando minores .s. sal-
4 tim proximi pubertati, † nõ autem infantiæ, faciũt aliquale indicium, intelligitur quando aliàs veritas haberi non potest .s. quando actu, & habitu alij testes ad esse non possunt, vt si delictum esset commissum domi, in ne more, prostribulo, & id genus; secus si actu non fuerunt, & habitu ad esse potuerunt. Nam tunc non admittuntur ad testificãdum in criminalibus. Imò, quando est locus, vbi aliàs veritas haberi nõ potest, non sufficit, quod testis minor hoc dicat, quod alij non fuerũt sed debet qualitas probari, nisi notorium esset; ita *Farinac. ibid. nu.* 35. *&* 36. *& quæst.* 62. *nu.* 62. & quoniam in casu nostro locus est frequentissimus, & propè terram, ergo &c.

Tertiò iste testis, vltra qood est infans, vel proximus infantiæ, vt supra, est vilis, & pauperrimus mendicus, vt constat ex actis, & vilis, &
5 pauper † ob duplicem defectum (etiam si esset maior) non solum non est testis integræ fidei, & omni exceptione maior, vt requiritur in criminalibus, verùm etiam omninò à testimonio repellitur tàm in ciuilibus, quàm in criminalibus, *vt Farinac. de testib. q.* 57. *num.* 70. *&* 71. *& quæst.* 62. *num* 80.

Accedat, quod iste testis dicit coram Vicario, quod eadem deposuit coram Capitaneo, & tandem non reperitur in copijs coram illo examinatus, & ex hoc sumitur, quod nescit quid dicat.

Quartò, nõ videtur ex toto processu

cessa minima suspitio, quod dictus clericus habuisset causam occidendi dictam Angelam publicam meretricē, & non solum ipse, sed neq; sui; & sicut causa delicti existente præsumitur delictum contra aliquem, ita pariter ces-
6 sante in aliquo causa delicti, cessat † et omnis delicti præsumptio; postquam nunquam quis præsumitur delinquere nisi ex causa honoris, vindictæ, aut libidinis explendæ, *Foller. inter consil. criminalia diuersorum conf.* 138. *nu.* 13. & alios cumulat *Farinac. de indic. & tortur q.* 52. *nu.* 150.

Quinto, Fuga d. clerici ex carcere Iudicis incompetentis nihil officit, nā
7 carcer dicitur iniustus † quando quis est detemptus de mādato Iudicis non habentis iurisdictionem, vt *Foller. in praxi crim. ver. & si confitebuntur nu.*
8 51. & 53. & impunè † fracto carcere potest aufugere carceratus, ita *Farinac. de carcer. & carcera q.* 30. *nu.* 135. vltra quod non adfuit fractura, prout ex processu non constat, quia exiuit ex quodam foramine existente in tecto, & si tamen adesset nihil prorsus esset. Imò Capitaneus nullā habebat causam carcerandi, etiam si dictus clericus fuisset laicus, nam contra ipsum in processu verbum nullum; eo maximè cum sit clericus notorius. Vnde captura fuit penitùs illi interdicta; & cum fuisset requisitus ad remittendum, renuit, vt Vicarius testatur in suis literis, sub prætextu quod vellet impinguere contra clericum, & cum iurisdictionaliter hoc præsumpsit incidit
9 † *in Bullam Cœnæ Domini cap.* 19.

Nec obstaret dicere, quod dictus clericus aufugisset, postquam fuisset consignatus Vicario nā clericus prædictus nullā de hoc habuit notitiam, sicut ex actis non constat habuisse.

Sexto, Dictus clericus sic non inquisitus, neque citatus, & sic iniustè carceratus, tandem spontè se venit ad præsentandum coràm superiore, quo casu fugiēs ex carcere, & ad superio-
10 rem confugiens, non punitur, † quia itineris exceptio ad superiorem habet vim appellationis *l. & si per Prætorem §. fi. & ibi Bal. ff. ex quib. cauf. Farinac. de carceri. & carcera q.* 30. *num.* 171. & 174. eò maximè quando nulla interuenit obligatio non discedendi.

Septimo, Spontanea comparitio ar-
11 guit innocentiam, † quis enim tàm fatuus, qui in causa capitali si est nocens, & verus reus delicti, velit se priuari libertate? exponendo propriam vitam sicut agnus, & vitulus ad vltimum terribilium, & constituere se in carcere, arg. *tex. in l. si ita*, ibi, quod nemo sanus probauit. *ff. de euiction.*

Octauo, Pro coronide, ex processu apparet quædam litera ad Eminentissimum Dominum missa à quadā persona potenti in dicta terra, à qua apparet quod sit dictus clericus odio prosecutus ab illa persona, cuius nomen obticetur ad bonum finem, & hoc sufficit ad salutem pro dicto clerico qui ex prædictis rationibus, & iuribus debet absolui, & ita iuris, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius I.C.

Die 13. mensis Ianuarij 1632. fuit absolutus Vicario generali Eminentissimi Cardinalis Sanctæ Cæciliæ Archiepiscopi, Getulio Nardino V. I. D. Tiburtino.

CONSILIVM XXXXVIII.

Pro D Io. Donato Lancellotto inquisito de furto Albarum, seù Camisi, à Sacristia Metropolitanæ Ecclesiæ Materanæ.

ARGVMENTVM.

Corpus delicti in furto sine fractura, quomodo probetur, & fama vt noceat, quæ requisita habere debeat. Transactio delicti cum offenso quando præiudicet; & quando intermedia persona si deponat de tractatu trāsactionis, officiat, & an Iudex non probato corpore delicti procedere possit.

SVMMARIVM.

1 *Corpore delicti non probato, Iudex non potest procedere ad capturam, neque ad examinandum reum, neque potest contra aliquos inquiri.*

2 *Furata res pretium semper debet probari, aliàs de minimo præsumitur.*

3 *Testis unicus etiam de auditu contra Fiscum producentem plenè probat.*

4 *Identitas personæ, aut per confessionem rei, aut per testes recognoscentes, probatur.*

5 *Probatio per rei euidentiam superat omne genus probationis.*

6 *Fama debet probari saltim per duos testes omni exceptione maiores, & quando est vnicus est suspectus de falso.*

7 *Fama debet esse ante inquisitionem, & carcerationem, aliàs non probat, & illa nocet quæ incontinẽti post delictum oritur.*

8 *Testes famæ negatiuæ tollunt affirmatiuam, & fama non delicti tollit famam delicti.*

9 *Singularitas in criminalibus tollit fidẽ testibus.*

10 *Transactio quæ fit cum offenso ante institutam accusationem videtur fieri animo redimendi vexationem, & ex ea non inducitur confessio delicti iam negati, eò maximè quando fit super delicto transigibili, & non est aliud adminiculum, & non constat delictũ in genere.*

11 *Transactio tractata per intermediam personam non habentem mandatum, non præiudicat.*

12 *Testibus deponentibus de mandato sibi facto in ciuilibus creditur, in criminalibus non.*

Dirigat Dominus verba mea, &c.

D. Io. Donatus Lancillottus inquiritur, sub prætextu, quod de mense Iunij 1631. fuissent deperditæ ex Sacristia Metropolitanæ Ecclesiæ duæ Albæ, *seù vulgò dicti Cammisi*, vna scilicèt D. Thomæ Iannarelli, altera D. Donati Antonij & D. Blasij fratrum de Iudice. Et cum vna ex his post annum reperiretur vendita in Ciuitate Grauinæ cuidam D. Iosepho de Desiderio pro ducatis quinque nescitur à quo fuit orta murmuratio contra dictum D. Io. Donatum.

Primo pro Fisco producuntur depositiones d. D. Thomæ, D. Donati Antonij, & D. Blasij quorum erãt prætensæ Albæ deperditæ à dicta Sacristia, vna à capsa ab intus, altera de foris ipsimet deponunt de conquestu eorum, de diligentijs factis pro recuperandis illis, tàm per medium censurarum, quàm per accessum ad dictam Ciuitatem Grauinæ, vbi fuit reperta alba d. D. Thomæ empta à d. D. Iosepho, sed non illa dictorum de Iudice, & d. D. Ioseph nescit nomen personæ à qua emit, verum describit fuisse quendam presbyterum, statura pusillum, crassæ faciei, paruæ barbę, pili rubei, & vestitus lanei nigri tamen coloris.

Secundo, Depositio Canonici D. Petri Antonij Clementis, qui postquam fuit reperta alba d. D. Thomæ in Ciuitate Grauinæ, ad requisitionẽ d. D. Io. Donati, tractauit concordiam cum d. D. Thoma, & etiam cum dictis fratribus de Iudice, & quod audiuit publicè dici, ipsum de Lancillotto furatum fuisse albam d. D. Thomæ.

Tertio, Depositio D. Donati Antonij Papalei, qui habuit notitiã in Ciuitate Grauinę fuisse emptã quandã albam per D. Iosephum de Desiderio, quæ fuit illa D. Thomæ, qui emptor non cognouit venditorem, verùm describit eum cum eisdem qualitatibus, vt supra. Et quod dũ loquebatur cũ dicto Iosepho, & ante illius domum quædam nobilis matrona d. Ciuitatis, dixit vidisse dictas albas tempore quo presbyter vẽdens afferebat, illam scilicet venditam eidem D. Iosepho, & alteram quam erat vilioris pretij: Deponit etiã quod tractauit concordiam inter d. D. Io. Donatum, & fratres de Iudice, & de soluenda quadam parti

ta pro illorum alba, & fuit tranſacta in præſentia dicti Canonici Clementis, in libro Capitularis Maſſę propria manu dicti inquiſiti.

Hæc ſunt quæ magis ſubſtantialia apparent in proceſſu informatiuo.

Et examinatus dictus D. Io. Donatus, negat omnia.

Qui in proceſſu defenſiuo per ſex teſtes tùm Sacerdotes, tùm nobiles, probat ſuam bonam famam, & quod in ſpecie deperditis dictis albis non inſurrexit fama contra illum, niſi poſt illius carcerationem, probat etiam eſſe diuitem, & ſui iuris, & non indigere tàm parua ſumma, vt eſſet valor dictarum albarum, cum longè de maiori poſſet diſponere de proprijs bonis ad ſui libitū, & pluriès, eſſe iuſtę ſtaturę, ſpiſſæ, ac denſę barbę, pilei caſtanei, atque potius extenuatę faciei, quam aliàs, & ſi laneo aliquando incedit veſtitu, eſt ferè vſus aliorùm preſbyterorum d. Ciuitatis Materę, maximè Parochiarum, & quod non ſit, neque poſſit eſſe veriſimile dictū inquiſitum commiſiſſe dictū delictum. Hęc in facto, & in iure ex infraſcriptis magis illius innocentia elucidatur.

Primo, videtur claudicare corpus delicti, quod debet pręexiſtere ex vulg. tex. *in l. 1. §. Item illud ff. ad Syllania.* ita, & taliter quod Iudex nō ſolum
1 non poteſt deuenire ad capturā, † ſed neque ad examinandum reum, vt dicit *Farinac. de inquiſiti. q. 2. nu. 1. & 2.* vbi eò maximè in clericum. Imò amplius neque contra aliquem poteſt inquiri, per dictum *§. Item illud, & DD.* ibi, *& alios innumeros allegatos per Farinac. ibid. q. 1. nu. 6.*

Et in materia furti de quo tractatur maximè ex capſa D. Thomæ, non probatur de fractura capſę, neq quod Alba tempore prętenſi furti fuiſſet in capſa, prout requiritur, ex eo quod dicit *Foller. ver. capiat informationem nu. 17. & 19. & refert Farinac. d. quaſt. 2. nu. 19.*

Nec ſaltim fuit conqueſtus dict. D. Thomæ, quod adulterinis clauibus fuit capſa aperta, quæ prius erat reſerata, poſtquam ſaltim conqueſtus huiuſmodi iuncta bona fama d. D. Thomæ, quæ erat probanda, abſque alia probatione, poterat procedi, vt *Farinac. ibid. nu. 19. in fin.*

Dico hæc, quia dicta Alba poterat non eſſe furata, ſed alio modo, & ex incuria d. D. Thomæ deperdita, & ab alijs inuenta. Imò etiam erat probandus valor Albarum deperditarum per teſtes expertos, & de valore informatos, cum aſſertio principalis perdentis non probat valorem, & pretium, tùm quia poteſt eſſe affectionis, tùm quia eſſet teſtis in cauſa propria, & à Iure improbatur, vt eſt text. *in l. omnibus. ff. de teſtib.* Nā ſi valor, & pretium non probatur, ſemper fit interpretatio
2 ad minimam † ſummam, vt excludatur maior pœna delicti, ita dicit *Maran. conſ. 6. num. 27.* ſed de his omnibus nihil, ergo, &c.

Et de aſſerta iactura Albæ fratrum de Iudice eſt abſolutum, nam ipſimet allegant de foris capſæ ex incuria relictam, fuiſſe deperditam.

Et in proceſſu non ſolum non conſtat aliquo modo fuiſſe contrectatam in Ciuitate Grauinæ, imò ex depoſitione d. D. Donati Antonij Papalei, probatur in duabus albis Grauinæ contrectatis ab incognito venditore, non fuiſſe illam dictorum fratrum de Iudice, quarum erat pretioſior, vt ipſi aſſerunt, tàm in depoſitionibus, quàm in monitorialibus, illa d. D. Thomæ, & illa nobilis matrona, quæ vidit ambas delatas per incognitum, dixit quod illa vendita d. D. Ioſepho, quæ fuit D. Thomæ, erat pretioſior, quam altera, quæ ſi præſupponeretur dictorum fratrum, eſſet pretioſior, & cum non ſit, non conſtat de identitate rei, & depo-
3 ſitio d. Papalei de auditu † ex dicta nobili matrona, quæ in ſimilibus recognitionibus præſumitur experta, plenè probat cōtra Fiſcum producētē *Farinac. de teſtib. q. 62. nu. 214. & 236.*

Hæc quoad corpus delicti.

Quo verò ad specialem inquisitionem dicitur nihil constare legitimè contra inquisitum.

Nàm, & si sint nonnullæ assertæ, & læues præsumptiones; illæ facilitèr eliduntur, siquidèm vna præsumptio tollit alteram.

Primo, Non constat de certo delinquente, nam etsi d. Ioseph emptor describendo, asserit qualitatem personæ, tandem quia non constat de iden-
4 titate personæ, † neque per confessionem, neq; per testes recognoscentes, prout requiritur, ad tradita per *Farinac. de inquisit. q.* 11. *num.* 25. restat, vt inquisitio ad huc sit nulla, ratione incertitudinis. *Farinac. ibid. num.* 23. *& in eod. tract. q.* 1. *nu.* 11. vltra quod per sex testes *super art.* 4. est probatum, d. inquisitum non habere qualitates assertas per dictum D. Iosephum. Imò totum oppositum, & apparet ex aspectu personæ euidenter, quæ proba-
5 tio dicitur per euidentiam, † & superat omne aliud genus probationis, vt per *Bald. in l. cõtra negantem. C. ad l. Aquil. & in l. si quis testibus. C. de testib. refert Muscatel. de cognitio. delictor. tit. de prohib. arm. aspor. nu.* 30.

Secundo, In hoc processu neque saltim mala fama laborat contra dictũ inquisitum; nec in hoc obstat depositio Canonicis Clementis.

Primo, Quia est vnicus testis, & fama (inter alia requisita) debet proba-
6 ri saltim per duos testes † fide dignos, & omni exceptione maiores, aliàs non probatur, vt *Farinac. de indic. & tortur. q.* 47. *nu.* 208 *& cons.* 182. *nu.* 4.

Secundo, Cum sit vnicus nõ solum non probat, sed est suspectus de falso, *Farinac. ibid. nu.* 209.

Tertio, Dicta asserta fama deposita per Canonicum dato quod esset, fuisset post inquisitionem, & carceratio-
7 nem, quo casu non probat, † vt *Farinac. ibid. nu.* 176. Nàm illa fama nocet, quæ incontinẽti post delictum oritur. *Farinac. ibid. nu.* 13. &t hoc non solùm probatur per testes defensiuos dicti inquisiti, sed per ipsosmet, qui perdiderunt Albas, ex quo s. certũ fieri post multos menses monitoria excommunicationis, & nihil habuerunt reuelationis.

Quarto, Probatum est per sex testes, nunquam fuisse famam contra inquisitum, & quando tamen esset probata, prout non est, fama negatiua,
8 † tolleret affirmatiuam, & famã non delicti, tollit famam delicti. *Farinac. ibid. nu.* 168.

Quinto, Dicti testes pro inquisito deponunt de bona fama ex verisimilibus causis, & coniecturis ad exclusionem delicti, nàm dictus inquisitus, vltra quod est natus ex honestis parentibus, est etiam diues, & bonis alterius, maximè tàm parui pretij non indiget, vnde bonus vndique dictus inquisitus præsumitur. *Farin. ibid. num.* 279. *&* 281.

Tertiò, Principaliter, & in hoc tota, seù maior vis Fisci consistit, quod scilicet fuit tractata quædam concordia de soluenda quadam pecuniæ quantitate, pro Albis deperditis, cum dominis illarum, & in hoc deponunt Canonicus de Clemente, & D. Donatus Antonius Papaleus, sed videbitur infra quod nihil officit ex pluribus rationibus.

Prima, Dicti testes sunt singulares, cum de diuersis temporibus, & locis deponant, & singularitatem in crimi-
9 nalibus tollere fidem testibus, † scripserunt *Abb. cons.* 34. *num.* 4. *lib.* 1. *Decius cons.* 189. *nu.* 8. *Marsil. cons.* 1. *nu.* 25. & multi alij allegati per *Farinac de testib. q.* 64. *nu.* 59. *& seqq. vbi de commun.*

Secunda, Dato, & non concesso, quod concordia esset tractata, clarum est, & apparet ex actis, quod fuit tractata ante inquisitionem formatam, & in hoc casu vbicunque transactio fit
10 cum offenso, † ante institutam accusationem, videtur fieri animo redimendi vexationem, nec ex ea inducitur confessio, ita notanter voluit *Bald. in*

cap. 1.

cap.1.§.iniuria.in 4.col.ver. Item quaſijt.de pac.iuram.fir. & refert Maran. in proprijs terminis d.conſ.6.nu.25.

Tertia, Quando tranſactio,& concordia fit ſuper crimine tranſigibili, vt per *l.tranſigere. C.de tranſactio.* tunc per eam non inducitur confeſſio, ita voluit *Bar. in l.1.ff.de bon.eorum qui mor.ſibi conſci & in l.Athletas §.item ſi quis.circa fin.ff. de his qui notan.infam. & Bald.in d.l.tranſigere.in 1.colu.in 3. oppoſi. & alios refert Maran.ibid.n.26. & hanc opinionem ſequitur Clar. q.21. ver.Pax.Brun.à Sole conſil.196.in fin. Blan.de indic.nu.306.& de comm.teſtatur Gabriel.in lib.7.tit.de maleſi.concluſ. 23.nu.5.Menoc.de præſump.lib.1.q.89. nu.85.quot refert Farinac.de inquiſitio. q.15.* vbi quamquam in fine numeri diſtinguat,& afferat ſuã opinionẽ, quod in caſu tranſigibili, concordia extraiudicialis cum aliquo adminiculo,puta, fama, faciat indicium ad torturam, adhibitis alijs declarationibus; & quoniam in caſu noſtro, non eſt aliud adminiculum, nàm fama non adeſt probata, imò eliſa per contrariam bonam in ſpecie probatam, ergo,&c.

Primo, Inter cætera,vt habeat locũ opinio *Farinac.* requiritur aliud adminiculum,vt fama,& non eſt.

Secundo, Non habet locum quando negatur delictum,licet Curia illud prætendat,*ibid.nu.21.* & quoniam in caſu noſtro non fatetur, ſed expreſsè negatur,ergo &c.

Tertio, Quando non conſtat de corpore delicti, vt *nu.22.* & quoniam eſt probatum delictum in genere non eſſe legitimè probatum, ergo &c.

Quarto, Non habet locum quando concordia fuit tractata per tertiam

11 perſonam,† quæ non habet mãdatum ad faciendam cõcordiam, vt *Farinac. ibid. nu.24.* & quoniam in caſu noſtro non conſtat de mandato, ergo &c.

Nec valeret dicere, quod de illo deponunt tàm dictus de Clemente, quàm de Papaleo, nàm id totum negat inquiſitus, & illi eum non conuincunt, tùm quia ſunt ſingulares, & vnus non conuincit alium, cum conuincens non ſit dignior conuicto, maximè in indicio remoto,vbi requiruntur duo teſtes,vt dicit *Giurb.cõſ.crimi. 23.nu.10.* vt eſt caſus noſter,tùm quia eſſent mandatarij;& mandatũ aliundè & per alios teſtes probari debet, ex quo teſtibus deponentibus de mandato,& commiſſione in ciuilibus cre-

12 ditur, non † autem in criminalibus, vt *Farinac. de indic. & tortu.quæſt.44. nu.3.& 4.*

Nec obſtaret ſi diceretur, quod quando Papaleus acceſſit ad cellauinariam, vbi cum alijs erat inquiſitus, & cum illo à ſecretis colloquium haberet de cõcordia,quod colloquium non recordatur, qui acceſſus duobus alijs teſtibus probatur, nàm iſti teſtes non dicunt audiuiſſe aliquid à dicto inquiſito,ſed deindè à dicto Papaleo, qui reſtat improbatus in dicta concordia tractata, & ſibi de mandato non creditur.

Nec deniq; obſtat, quod ad beneficiũ Canonici Clementis fuiſſet partita beneficata manu propria inquiſiti in libro Maſſæ communis capitularis pro ducatis 12.pro ſoluendis fratribus de Iudice, nàm manu, & caracter eſt denegatus, nec eſt aliàs verificatus, vltra quod reperitur partita deleta, & actore, & accuſatore non probante reus abſoluitur. *l.qui accuſare. C.de eden.l.actor.C.de probatio.*

Ex quibus omnibus, & vndique conſtat, nihil legitimè eſſe probatum contra inquiſitum, qui debet abſolui,& liberari,cum aliquod legitimum indicium ad torturam contra ipſum non laboret,& ita iuris,&c.ſaluo ſemper &c.

Horatius Perſius I. C.

Die 24.menſis Decembris 1632. fuit liberatus nonis ſuperuenientibus indicijs Domino Decano Ciminello Vic. Generali Capitulari,&c. Vides lector laborem, & tandem fuit neceſſe deuenire ad executionem pro palmario con-

consequendo, ita ingratitudo hac præualet tempestate.

CONSILIVM XII.

Pro Notario Eustachio de Rinaldis Terræ Genusij inquisiti de falsificatione capitulorum matrimonialium inter Octauium de Benedictis, & Isabellam Cruciniam per eum stipulatorum.

ARGVMENTVM.

Falsitas, quæ committitur factô, & verbo quomodò probetur, & de additione scripturæ publicæ diuersi caracteris, & atramenti, quando faciat præsumere falsitatem, & multa in materia falsitatis, & de requisitis ad eam, vt habeat locum pœna falsi.

SVMMARIVM.

1 *Falsitas quæ facto, & verbis mixtim committitur, quæ sit.*
2 *Corpus delicti in falsitate quando criminaliter agitur, debet constare per testes, & per liquidas probationes.*
3 *Priuatio præsupponit habitum.*
4 *Consanguineus, & affinis non facit legitimam, & integram probationem.*
5 *Inimicus ex omni iure repellitur à testimonio.*
6 *Inuerisimilia deponens pro falso habetur, & nu. 8. & andetur concordia inter principalem & testes.*
7 *Falsitas præsumitur ex mutato caractere, & atramento.*
9 *Falsificatam scripturam producens contra producentem præsumitur, dum non docet de authore.*
10 *Falsitatem ad constituendam tria requiruntur, scilicet mutatio veritatis, dolus, & interesse partis, & dolus regulariter debet esse verus, & non præsumptus, vt habeat locum pœna falsi.*
11 *Crimina qui falsa alteri imponit, punitur pœna Senatusconsulti Turpiliani.*
12 *Fama bona facit cessare omnem suspitionem falsitatis.*
13 *Falsitas non dicitur quæ primordio veritatis adiuuatur.*
14 *Falsitas vt non committatur nimia subtilitas est adhibenda.*

Dirigat Dominus verba mea, &c.

Factum processus informatiui.

Octauio de Benedictis secondo marito d'Isabella Crucinia della Terra di Genosa, espone nella Regia Aud. Hyd. querela criminale contra Notar'Eustachio de Rinaldis di detta Terra e si riduce la querela à due capi di falsità.

Primo, che i Capitoli matrimoniali fatti trà esso Ottauio, & Isabella, furono firmati; e così furono stipulati per detto Notaro, il quale occultando i firmati, ne hà fatto apparere altri non firmati, per suo interesse, vt infra.

Secondo, che in detti capitoli matrimoniali firmati, frà gli altri beni, si assegna per essa Isabella dotante à d. suo marito, vna casa per ducati 90. cō patto de retrouendendo, &c. che fu di esso Notaro Eustachio, e suo padre, così venduta al quon. Fisico Giouan Francesco Bernabò altro marito antecessore di detta Isabella, & in questi capitoli non firmati stà posta la partita di detti nouanta in bianco, e cō punti .... occultando detto Notaro à suo beneficio la detta partita, per pretendenza ch'haueua, & interesse di detti Ottauio, & Isabella, vt in processu fol. 2.

Per la Reg. Aud. si commette l'informatione al Capitanio di detta Terra sotto li 4. di Settembre 1634. fol. 3.

Innāzi al qual Capi. per detto Ottauio si presenta la copia di detti capitoli fol. 3. & 5.

Et anche vna fede estratta da detti capitoli di più capi fol. 5. & 6.

Vn'altra fede inter cætera di detta casa fol. eod.

Et vn'altra copia di capitoli integra estratta in Audiēza dalli capitoli originali presentati per detto Notaro al Capi. Cōmissario à fol. 6. vsque ad 9.

In

In detti primi capitoli doue si dà la casa in dote, che si tiene à godere, stà la partita in banco .... fol.5.

Nella fede di sei capi, nel capo quinto stà la casa con la partita di detti (settanta) vt fol.6.

Nella fede inter cætera, vt fol.6. stà in bianco ....

Nella seconda copia di tutti i capitoli, stà in bianco ..... vt fol.8.

Di più il detto Ottauio presenta vna copia di atti fatti nella corte Baronale di detta Terra per essi Notaro Eustachio, e Padre, principiati dalli 9. di Decembre 1633. contro detto Ottauio, & Isabella, vt à fol.9. vsque ad 12. E nel primo libello detti de Rinaldis, asserendo hauer dato gli anni passati à godere cum pacto, &c. vna casa nella contrada della Croce al quondã Fisico Bernabò per ducati 90. li quali se ben confessarono hauergli tutti hauuti, non dimeno n'hebbero duc. 30. contanti, e delli altri ducati 60. detto Bernabò, quattro giorni dopò la stipulatione, se n'obligò penès acta Curiæ di detta Terra, di pagargli frà certo termine, delli quali solamente hebbero duc. 28. da Berardino di Vrso, e restarono à conseguire i duc. 32. li quali ne meno si hebbero, perche detto Bernabò morse frà pochi mesi, e però detti de Rinaldis allegando tutta questa verità, & il patto à godere essere stato vsurario, per esser che le case si sogliono affittare per duc. 15. l'anno, e sono di valore di ducati 400. e più dimandano la rescissione del contratto, & i frutti di tutti gli anni decorsi, conuertendosi in sortem principalem la summa hauuta che furono duc. 58. vt fol.9. e si fanno molti atti trà detti de Rinaldis, Ottauio, & Isabella.

Et alli 12. del mese di Settembre 1634. procedendo detto Capitaneo all'informatione, chiama il detto Notaro, e gli fà esibire i capitoli originali, li quali esibiti, dichiarò inanzi con più, e diuerse persone quelli essere i capitoli originali stipulati, li quali non mette in protocollo, ma come tutti gli altri cõserua in fascicoli, si essaminano tre testimonij sopra d. esibitione & identità, cioè Notaro Gio. Giacomo di Lena, Nunciante Cusitore, e Francesco Zicaro fol.13. & 14.

Si produce anche la depositione di Hortentio Crucinio, che dice essere interuenuto alli capitoli, come Mundualdo di detta sua sorella, li quali capitoli furono scritti da detto Notaro Eustachio, e si sottoscrissero prima da detto Ottauio, e poi da esso testimonio, come Mundualdo.

Si producono trè altri testimonij, cioè Nicol'Angelo de Strada, Notaro Gio. Giacomo di Lena, e Nunciante Cusitore, vt fol. 15. vsque ad 18. liquali riconoscono le fedi estratte da detto Notar Eustachio, cioè tanto quella delli sei capi, doue al quinto stà la partita delli duc. (settanta) quãto dell'vn capo inter cætera, doue stà in biãco .... dicono essere l'vna, e l'altra di mano di detto Notaro, e ne rendeno la causa, come prattichi di detta mano, e del segno.

Finalmente si porta vna fede del Parroco, come Francesco maggiore morse alli 30. del mese di Luglio 1626 vt fol.18. e l'istromento della vendita della casa stipulato dopò, vt fol. 19. presupponendosi che detto Frãcesco sia testimonio instrumentario.

Per la Reg. Aud. si spedisce la citatione ad informandum, vt fol.20. e finalmente si rimette la causa alla Corte di Genosa, vt fol.21.

Processus defensiui.

Et essendo stata trasmessa la copia del processo dalla detta Reg. Aud. à detta Corte Baronale, e la fede delli sei capi originale, per riconoscere la falsità della particola di duc. (settanta) fol.28. si essamina il detto Notaro, vt fol.33. & 34. e contestando la lite depone hauer scritto, e stipulato i capitoli matrimoniali, & hauerne cauato copie, e fedi inter cætera, che la partita della casa restò in bianco, per non raccordarsi la

detta

detta Isabella per quanto possedeua detta casa, per non essere stato fatto l'integro pagamento, e riconosce tutte le dette copie, e fedi perscritte di sua mano, eccetto quella delli capi sei, nel capo quinto, doue dice ducati (settanta) che detta particola non è di sua mano, ma appare euidentemente d'altra mano, e di altro inchiostro, e sotto la detta particola appareno i punti, che segnano non essere stata scritta la partita, ma lasciata in bianco, & essere stata fatta da Ottauio de Benedictis suo inimico, e litigante, e contestando la lite, se gli dà il termine ad defendendum.

E fatti molti atti ordinatorij pro, & contra con detto Ottauio querelante, si fà la citatione ad testes, e si producono gli articoli.

Nel primo della buona fama, e cõditione del Notaro, e che mai nel suo officio non hà commesso mancamento alcuno primus testis, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, & septimus.

Nel secondo, come i capitoli matrimoniali furono scritti dal detto Notaro, come parente della detta Isabella, e dell'Ottauio.

Che detto Notaro gli scrisse, lo depone il detto Hortensio testimonio del Fisco, e della parentela, testes 1.2.3.4.5.6.& 7.

Nel terzo, che i detti capitoli non furono firmati dalle parti, ma nell'istesso giorno stipulati presenti gli stessi principali, il che si proua, contrario non probato.

Nel quarto, e quinto, che quando si sottoscriuono capitoli matrimoniali, li quali non si stipulano subito, si sogliono prima sottoscriuere dal dotante, e poi dal dotato, & appresso da testimonij, e come il Mundualdo mai si sottoscriue, ma solamente nell'atto della stipulatione il Notaro stipulãte l'adhibisce per volontà della donna contrahente per legitimar l'atto.

Quanto alla sottoscrittione del Mundualdo super 1. articulo, primus testis. 2.3.4.5.6.& 7.

Nel sesto, come Hortensio Crucrio è fratello carnale della detta Isabella omnes testes.

Nel settimo, come detto Hortentio è odioso, & inimico di detto Notaro per hauerli fatta l'anno passato fulminar scommunica cõtra. testis sextus, & adest fides Vicarij Foranei. fol. 65.

Nel 9. e 10. come nel tempo della stipulatione di detti capitoli non si pose la partita della casa, ma si lasciò in bianco, perche non era certa, stante che il compratore non haueua consignata tutta la detta partita, ben che nell'istrumento si fosse confessata, ma per obliganza penès acta il detto compratore si confessò debitore in duc. 60. producuntur duæ copiæ authenticæ dictæ obligationis fol. 42. & 43.

Nell'vndecimo, come essi de Rinaldis essendo restati creditori in duc. 32. dell'obliganza delli duc. 60. vn'anno in circa auanti che detto Ottauio hauesse esposta la querela, mossero lite nella detta Corte Baronale, tanto contro detto Ottanio, & Isabella, quanto contro il figlio, & herede del detto quon. Bernabò e tanto per nõ essere stati sodisfatti integramente, quãto per la rescissione del contratto, per la lesione enormissima si reproducono gl'atti fatti in detta Corte, e presentati per detto Ottauio fol. 9. vsq. ad 12.

Nel duodecimo, come la detta partita lasciata in bianco, oltre delle ragioni dette, non ridonda in danno del detto Ottauio, & Isabella, perche ci è l'istromento publico stipolato per Geronimo Martuecci, del quale si è fatta mẽtione per essi de Rinaldis nel primo libello dalli 9. di Decembre 1633. e per l'istesso Ottauio nel processo informatiuo

ſi preſenta la copia del detto iſtrumento,vt fol.19. e tutto queſto eſclude ogni dolo,& arguiſce buona fede,e ſincerità.

Nel terzodecimo, come il detto Ottauio, hauendo preſentata vna fede di detti capitoli continente ſei capi, nel quinto che contiene la partita della caſa, come prima ſtaua in bianco,e con alcuni punti,vi ſi troua ſcritta la partita di ducati (ſettanta) d'altro inchioſtro, e di diuerſo carattere,e mano,e non di detto Notaro, teſtes num.ſeptem.

Nel decimoquarto, come la partita delli ducati ſettanta non entra in neſſun modo à beneficio di detti de Rinaldis, poiche de detti duc. 32. non riceuuti, come ſi hà nel libello della lite intentata, ſariano ſtati duc.58.

Nel decimoquinto, come frà i teſtimonij interuenuti alla ſtipulatione delli capitoli, e Fra Franceſco Maggiore,il quale voleua dire Frà Franceſco Maggiore, il quale è viuo, vt omnes teſtes ſuper dicto articulo,e fù preſente come teſtimonio in d.ſtipulatione,com'egli ſteſſi fà fede fol.66.

Ius.

Cum Notarius Euſtachius de Rinaldis ad quærelam dicti Octauij de Benedictis inquiratur, vt ex facto præpoſito,eſt prius videndũ,ſi pars quærelans,& Fiſcus habeant intentionem fundatam.

Et cum aſſerta falſitas,quæ apponitur ſit reducenda ad falſitatem,quæ fa-
1 cta,vel facto,& verbis † mixtim cõmittitur, vt ſumitur ex Muſcatell. de cognition.delictor.tit. de fal.n. 3.5.7. & vbi de cognitione corporis delicti huiuſmodi, ad quod eſt primo,animus,& intellectus præfigendus tãquam baſim inquiſitionis ad tex.in l.1.§. itẽ illud ff.ad Sylla.

Duo enim capita falſitatis continet quærela.

Primum, ſcilicet quod capitula matrimonialia fuerunt firmata à partibus contrahentibus, & hæc cum fuiſſent occultata à Notario intereſſe habente, alia compoſuit non firmata.

Secundum,quod vbi primis capitulis circà domum cum pacto de retrouendendo emptam,vt in facto,erat partita ducatorum nonaginta, ſecundis reliquit in bianco.

Clarum eſt,quod ad finem, vt conſtet in genere de hoc delicto, eſt opus probare per teſtes, & per liquidas probationes cum criminaliter aga-
2 tur,vt dicit Foll.in prax.crim.rub. Item quod commiſit falſitatẽ in ſi. duo copulatiuè, primò, ſcilicet, quod capitula matrimonialia ſtipulata fuerunt firmata à contrahentibus.Secundo,quod partita ducatorum nonaginta,fuit expreſſa in dictis capitulis, & non relicta in biãco, vt ſumitur ex Muſcatel.ibi. nu.7.& 13.& hoc patet ad ſenſum, nam quomodò poterit cõſtare delictum de occultatione, deletione, & cancellatione, niſi conſtiterit primo fuiſſe illa verba, & ſubſcripnes, quæ deleta, occultata, & cancellata dicuntur? ratio eſt, nã qui deponit de priuatione, deponere debet de habito, ex quo priuatio
3 præſupponit habitum † l.decem ff. de verb.oblig.

Videatur quæſo ex toto proceſſu, ſi liqueat de hoc,niſi per vnũ teſtem inueriſimiliter deponentem,& patientem plures exceptiones, vt eſt Hortẽtius Crucinius frater vtrinq. coniunctus Iſabellæ, & cognatus quærelantis,& repellitur à teſtimo-
4 nio,vt affinis, † & conſanguineus reſpectiuè in ſtrictiori gradu, qui non facit legitimã, & integrã probationẽ ex text.in l.3.in prin.ff.de teſtib.Farin.in eod.tit.q.54.n.1.2.

Inſuper,ſuper ar.7.eſt probatus dictus Hortẽſius inimicus, & odioſus dicti Notarij ex cauſa excommunicationis contra ipſum fulminatæ

anno elapſo ad inſtantiam dicti Notarij, & inimicus à teſtimonio

5 † repellitur ex omni iure. Farinac. eod. tit. q. 53. nu. 3.

Vlterius aſſerit plura inueriſimilia, & pro falſo taliter deponens habetur

6 † c. quia veriſimilia de præſumpt. dicit enim quod primo ſubſcripſit dicta capitula d. Octauius. Secundo ipſe tanquam Mundualdus Iſabellæ ſororis, & non facit mentionem quod d. Iſabella, & alij teſtes ſubſcripſerunt.

Quoad primum quando ſubſcribuntur capitula, primo ſubſcribit ſe dotans, & ita debebat ſe ſigno Crucis (neſciens ſcribere) ſubſcribere d. Iſabella, quæ ſe dotauit.

Quoad ſecundum Mundualdi nunquam ſe ſubſcribunt, ſed tantum quando Notarius ſtipulatur, facit mentionem de illo interueniente in actu ſtipulationis mulieris pro conualiditate cautelæ, vt omnes teſtes ſuper art. 4. & adſunt multæ fides Notariorum, vt fol. 64. & 65.

Amplius, quando ſubſcribuntur capitula matrimonialia poſt ſubſcriptiones contrahentium, ſubſcribuntur teſtes, vt eſt notorium ſignum, & in caſu noſtro non fit mentio de teſtibus, prout fieri nõ potuit, cum neutra ſubſcriptio interuenit, ex quo ſtatim formata capitula manu d. Notarij, ſtatim etiam fuerunt ſtipulata præſẽtibus partibus, ſcilicet Octauio, & Iſabella, & non erat neceſſaria ſubſcriptio, quæ fit quãdo in abſentia fiunt, & non ſtipulãtur, ſtatim præſentibus ambabus partibus, prout fuit in caſu noſtro.

Vlterius d. Hortenſius in ſua depoſitione aſſerit capitula fuiſſe ſubſcripta primo à d. Octauio, & poſtea ab ipſo tanquam Mundualdo, & non facit menſionem de ſubſcriptione ſigno Crucis Iſabellæ principalis promittentis, & tãdem d. Octauius fol. 35. nunquã memor de eo, quod dicit ſemel (ſignum mẽdacij, quod facit præſumere dolum Farin. cõſ. 153. num. 41.) quod dicta Iſabella ſubſcripſit ſe ſigno Crucis. Et ſi verum fuiſſet, depoſuiſſet d. Hortenſius vtiq. ſicut depoſuit de propria, & de ſubſcriptione Octauij. Vnde inter ſe ſunt diſcordes, & nõ datur concordia inter principalem producentem, & teſtes productos. *Ang. in tract. de maleſi. in verb. falſario. ver. quid ſi ſunt plures Crauett. conſ. 171. nu. 10. Rip. reſp. 5. nu. 7. de cauſ. poſſ. & propriet. Alex. conſil. 99. nu. 9. vol. 5. refert Lancel. lib. 1. c. 9. de Prætor. §. 3. tit. dicta teſt. um aggrediendo nu. 14.*

Itaque ex omnibus prædictis inſpicitur cuius ponderis ſit depoſitio d. Hortenſij vnici teſtis, & tot tãtaſq; exceptiones patientis.

Et concluditur, quod non probatur d. capitula primo fuiſſet ſubſcripta

Secundo, Nec eſt faciendum fundamentum in rubr. capitulorum vbi dicitur. Capituli, &c. inniti, & firmati, &c. quod firmati, debeant dicere, nam formati tãtum dicuntur, & ita legitur in proceſſu extracto ab originali Reg. Aud. vt fol. 3. & fol. 6. & fol. 28. legitur fides pluriũ capitum originalis, vbi etiam habetur (formati) ſed fuit facta vis inadulteranda litera o, in i, ſed clarè videtur, quod punctus appoſitus ſuper o, eſt alterius atramẽti, & nigrioris, & apparet euidenter ſemicirculus literæ o, Itaq. falſitas in veritatem verſi non potuit, ſicut Demon non poteſt ſe in totum conuerti in Angelum lucis, ex magno Dei iudicio.

Quoad ſecundum. ſ. quod d. Octauius exponit in querela ſecundam falſitatem, quod ſumma ducatorum nonaginta, quæ erat in primis capitulis occultatis, in ſecundis mutatis eſt in bianco . . . & ſicut prima poſitio negatur, ita ſecũda affirmatur per dictum Notarium, & iuxtà iſtam veritatem extraxit plures copias, & fides, & originalia capitula

coràm

coràm Capitaneo, & Commissario Reg.Aud.

Et bone Iesu(mendax debet esse medax debet esse memor)dum fundat se d.Octauius in summa relicta in bianco,quomodo postea præsentādo fidem sex capitum, vt fol.28.in 5. capite adest summa ducatorum (settanta) & pro dicta summa in indiuiduo duo testes producti per Fiscum.s.Notarius Io.Iacobus de Lena,fol.16. & Nuntiāte Cositore fol.17.deponunt de dicta summa in illo loco, in quo in alijs tribus capitulis,& fidibus, & copijs est in bianco . . & fuit allegata causa in constituto per d. Notarium quare fuit relicta in bianco;ex quo non recordant partes de vera; post quam d.Notarius, & Pater in venditione domus remanserunt ad cōsequendum duc. 32. de nonaginta confessis in instrumento, & nō receptis, vt in facto notatur, & post multos annos postea fuit libellatū per ipsos de Rinaldis cōtra dictum Octauium, & per vnum annum circiter ante expositionem quærelam. Hor,dum quærelans se fundat in bianco,& ita cōfirmat Notarius quomodò postea reperitur scripta summa ducatorum (settanta) quæ non intrat aliquo modo ad beneficium Notarij, nā deductis à nonaginta duc.32.remanent duc.58. & nō septuaginta; Nec est verisimile quod d. Notarius scripsisset, tùm quia summa non intrat, tùm quia sub die 9. mensis Decembris 1633. mouet iudicium cōtra d. Octauiū, & sic defecisse duc.32.ad summam duc.90.'& aut dicta fides fuit facta, & consignata d.Octauio ante motū iudicium, aut post;si ante, quomodò d. Octauius se fundauit in quærela in bianco,& non in (settanta) si post non est verisimile, nam si in libello dicit remansisse ad consequendum duc.32.& erāt soluti 58. quomodò (settanta) scripsisset in sui præiudicium ? nullo modo quadrat.

Vltra quod est vberrimè probatum per septem testes super art. 13. dictam particulam (settanta) esse alterius caracteris , & manus, & non Notarij , & alterius atramenti nirioris , vnde præsumitur falsitas
7 † contra d.Octauiū. *Farin.cons.179. num.6. & in tract. de falsitat. q. 153. nu.19.*

Et ad quid perditio hæc ? si de dicta venditione adest instrumētum publicum,obligatio penès acta , & libellus in Curia Baronali ; Ad quid occultatio capitulorum subscriptorum, vt asseritur . Ad quid dicta particula (settanta) si adsunt publica instrumenta, & tot tantæque insinuationes penès acta ? omnia
8 quærelata sunt inuerisimilia,† & sic falsa habentur,vt *cap.quia verisimile de præsump.l. qui habebat. ff. de leg.3. Farinac.cons.121.nu.40. cons.122.nu. 16.cons.138.num.13. Giurba cons.71. nu.18.*

Et stante quod d. Octauius producit d.scripturam falsificatam in illa particula,& non docet de Authore præsumitur ipsum fabricasse falsi-
9 tatem, † & de falso puniri debet, vt probat *Farinac.de falsit.q.159.nu.16.*

Et ex his clarissimè videtur, quod nō fuit probata mutatio veritatis, nec dolus,neque interesse partis,requi-
10 sita ad falsitatem , † vt dicit *Afflict. decis.404.per tot.*qui dolus debet esse regulariter verus , & non præsumptus,vt Notarius puniatur de falso. *Riminald.iunior cons.145.n.21. Baiar. ad Clar.§.falsum nu.255. & num.297. Farinac.de falsit.q.150.nu.283.*

Benè verum est,quod probantur contra d. Octauium , qui tanquam inimicus Notarij,qui litem illi mouit, machinauit d.falsitatem,& de falso puniri debet , vt probatum est, &
11 pœnas meratur Senatus † Consulti Turpilian. eo maxime quod d.Notarius est probatus per omnes testes

optime famae, legalis, & fidelis in officio in quo nunquam deliquit

12 ex qua bona fama † cessat omnis praesumptio, & suspitio falsitatis quando adesset, vt non est, vt *Foller. ibid. num. 2. Farinac. cons. 170. num. 10. & cons. 74. nu. 8.*

Nec denique obstat quod inter testes descriptos tempore stipulationis reperiatur scriptus Franciscus de Maiore, & q͂ iste fuisset mortuus longè antè stipulationē. Nam adest Frater Franciscus de Maiore, frater seruiens Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, & iste fuit praesens, prout ex fide illius fol. 66. & ex in curia calami nō fuit imposita. F. ante nomen; quod non potest dici falsitas, quia primordio verita

13 tis † adiuuatur, vt *Clar. §. falsū. n. 34.* Et ne falsitas committatur nimia

14 subtilitas † est adhibenda, vt *Foller. ibid. nu. 13.* Vltrà quod ad quid proderat imponere quintum testem mortuum supra Iudicem ad contractum, si tres sufficiebant seruata forma *Constit. Reg. Instrumentorum robur*, si instrumentum in forma probanti esset reassumendum, cum vltra libram auri tractaretur.

Itaquod friuola fuit oppositio, & nescit quaerelās quo se vertat; & quoti diè nouas figuratas falsitates adinuenit, & insomniat; ex quibus patenter calumniae detegūtur in graue praeiudicium, & interesse dicti pauperis Notarij hinc, & illinc per d. Octauium in bonis, & fama vexati, quod propterea debet absolui innocens declarari, & titulus illi deleri; & è conuerso d. Octauius debet vt falsarius, & calumniator puniri, & condemnari ad emendationem omnium damnorum passorum per d. Notarium, & ita iuris esse, &c. saluo semper, &c.

Horatius Persius I. C.

Inquisitus fuit absolutus, & sibi deletus titulus Die

CONSILIVM L.

Pro Io. Scarano, de liquidatione instrumenti ad Ritus formam M. C. V. 166. in Curia Baiulorum Ciuitatis Materae, contra Io. Baptistam Nouellum.

ARGVMENTVM.

Baiulus an habeat iurisdictionem ordinariam, & mixtum imperium, & liquidare possit instrumenta ad Ritus formam, & de instrumento in contumaciam liquidato, & an per Baiulum tātum contumaciae capi possint absq; praesentia Iudicis, & per illum tantum intelligatur Regi Curiam, & an Baiulus possit ferre sententias interlocutorias, vel diffinitiuas absque Iudice, & multa de contumacia, & de deposito in materia.

SVMMARIVM.

1 *Baiuli locorum non solum habent iurisdictionem in causis ciuilibus, sed habent mixtum imperium, quia dant tutores, & curatores, & habent ordinariam iurisdictionem.*

2 *Baiuli non possunt ferre sententias interlocutorias, & diffinitiuas, sed Iudex in praesentia Baiulorum.*

3 *Prouisio extra bancam circa liquidationem instrumenti debet fieri die sequenti.*

4 *Ritus M. C. V. 166. de interrogatione super tenore instrumenti habet locum praesentibus partibus.*

5 *Liquidationis forma instrumenti, in contumaciam.*

6 *Contumacia vltima incusata, & liquidatio, afficiunt absque interlocutoria.*

7 *Contumacia vltima incusata, citatus reputatur contumax.*

8 *Contumacia incusata, acquisitum est ius fisco pro poena, etiam quod non insistat pro poena praedicta.*

9 *Contumax potest comparere vsque ad primum somnum ad purgandam contumaciam, & quomodo purgetur, & nu. 11.*

10 Con-

11 *Contumaci denegatur audientia.*
12 *Depoſitum quando impediat liquidationem inſtrumenti.*
13 *Intellectus ad Pragm. 9. §. Item vogliamo. de off. magis. Iuſtit.*
14 *Determinatio cauſæ cum ſubſcriptione Domini Io. Baptiſtæ Iouini V. I. D. Neapolitani, & Aduocati peritiſſimi, & confirmatio M. C. V.*

Dirigat Dominus verba mea, &c.

IO. Scaranus præſentat inſtrumentum liquidum cenſuale in Curia Baiulorum huius Ciuitatis, contra Io. Baptiſtam Nouellum, pro ducatis ſex de tertijs decurſis, & pro capitali ducatorum 100. vigore pacti, expeditur citatio ſuper tenore ad formam Ritus; accuſatur prima, & vltima contumacia tempore debito, dum regebatur Curia præſente Baiulo tantum, & ipſe creditor liquidauit inſtrumẽtum, tàm pro tertijs, quàm pro capitali, & eodem tempore prout ſtylus Curiæ, fecit inſiſtentiam pro executione ad dicti Ritus formam.

Idem debitor, non in eodem ſero vltimæ contumaciæ, ac liquidationis factæ, ſed de ſero ſequenti fecit depoſitum ducatorum ſex tertiarum decurſarum abſque alia cauſa, ſed ad finem euitandi executionem capitalis. Tandem poſt multos dies, monito creditore, & per eum reſpõſo, fuit interlocutum per eandem Curiam, depoſitum non fuiſſe legitimè factum, & debitor vti contumax fuit condemnatus ad pœnam in citatione contentam, & dictũ, quod exequatur realiter, & perſonaliter tàm pro tertijs, quàm pro capitali.

Per eundem debitorem fuit appellatum, & de nullitate dictum ad Regiam Curiam, vbi pendet appellatio, & mihi tanquam Iudici d. Curiæ Baiulorum, quod tuli ſententiam incumbit demonſtrare, quod iuſtè, & rectè prouidi.

Primo fit difficultas, quod dicta liquidatio fuit nulla, ex quo, quando fuit accuſata vltima contumacia, non fuit ibi præſens Iudex, & conſultor Baiuli, cuius ipſe eram, ſed Baiulus tantùm.

Secundò, quia interlocutoria de exequendo debebat fieri in die ſequenti vltimam contumaciam; & non poſt multos dies.

Curia, & eius conſultor ad finem; vt videatur ab hominibus, quod non perperam proceſſit, ſed legitimè, dicit quod materia liquidationis inſtrumẽti ad Ritus formam videtur facilis, & quaſi omnes loquuntur ſicut de re vulgari, & triuiali, ſed in praxi dignoſcitur quod ſit difficilis, & pauci ſunt Doctores, & Iudices qui liquidationes huiuſmodi intendunt, ſed deueniendo ad caſum dicitur, &

Primo, Reſpondetur, quod Baiuli loco-
1 rum † non ſolum habent iuriſdictionem in cauſis ciuilibus, ſed habent mixtum imperium, quia dant tutores, & curatores, vt dicit *Afflict. in Conſtitu. Reg. Magiſtri Camerarij. nu. 4. & in conſtitu. locorum Baiuli. num. 2. & ſeqq.* vbi circa medium, quod habent ordinariam iuriſdictionem, ſicut etiam dicit in alia conſtitutio. Cum noua nu. 3.

2 Benè verum eſt, quod ipſi Baiuli † nõ poſſunt ferre ſententias interlocutorias, & diffinitiuas, ſed ipſe Iudex in præſentia Baiulorum, vt dicit *Afflict. in d. Conſtitutio. Cum noua. nu. 3. & Niger in cap. Reg. Quia de Vicarijs. propè finem.*

Vndè concluditur, quod cum Baiulus ſit Iudex ordinarius, per ipſum regitur Curia, & exercetur officium in omnibus, præterquam in ferendis interlocutorijs, & diffinitiuis.

Cum ergo tempore quo dictus creditor in vltimo peremptorio accuſauit vltimam contumaciam cõtra debitorem regebatur Curia, & erat præſens Baiulus, qui Curiã regebat, & in capienda vltima contumacia, & liquidatione, & inſiſtẽtia, ex quo ſunt actus partis non requiritur interlocutoria Iudicis, reſtat dicendũ, quod actus fuit legitimus, & fuit legitimè liquidatio facta.

Quod

Quod secùs fuisset si debitor comparuisset,& esset facienda interrogatio,nam tunc erat necessaria interlocutoria, ratione oppositionum, & exceptionum inter partes,& nō potuisset Baiulus solus recipere liquidationem,nam posset opponi exceptio, quæ indigeret discussione scripturarū ob quod solet prouideri, ꝙ prouidebitur extrà Curiam,aut Bancam,quæ discussio, &
3 prouisio † fieri debet die sequenti, vt per reg.prag.9.§.item vogliamo. de off.Mag.Iustit.& refert Galter. in Prax.Instrume. rub.aut facta liquidatione nu.3.

Sed quando accusatur vltima contumacia,& fit liquidatio in contumaciam, non est necessaria præsentia consultoris, cùm non sit tunc interloquendum.

Et quod sit differētia quādo fit liquidatio in contumaciam, & quando præsente debitore, videatur Carau.in rit.166.nu.24.ver.sexto nota, vbi habetur quod ritus formā habet locū, quādo fit interrogatio
4 præsente debitore, † sed quando est contumax, non est necessaria illius forma, sed accusatur vltima, fit liquidatio de credito per eundem creditorē sine iuramento,qui qui statim insistit pro literis executorialibus, & hæc est praxis iuxta doctrinam Carau.

Et ꝙ sit verum,quod ipse creditor accusat contumaciam,& liquidat,videatur Galt.ibid.num.2.vbi ponit
5 formam, quando † præsente debitore fit interrogatio,& est.

Qui N.creditor cum iuramento dicit instrumentum,& omnia in eo contenta esse verum, & vera, & illud liquidat in ducatis tot.

Ecce igitur modo vndique apparet, quod incusatio vltimę cōtumaciæ, & liquidatio fuit legitimè facta, & cum non erat necessaria interlocutoria, neq; perconsequens consultoris præsentia.

Et quod cōtumacia vltima incusata, & liquidatio facta afficiant absque
6 † interlocutoria,dicit Carauit.in rit.170.nu.11. ver.hodiè. Debitor potest capi de persona, tùm quia fuit ita interlocutum in vltimo peremptorio, tùm etiam quia tanquam contumax capi potest de persona, ex quo statim factus est suspectus de fuga,ex rit.172. Galter. rubr. personaliter in Curia nu.12.

Ad secundum circa illud quod interlocutio non fuit facta eodem sero, vel die sequenti, sed post multos dies.

Respōdetur,quod etsi verum sit quod soleant fieri eodem sero tandem non propter hoc,quod non fuit facta,non sit contumax effectus,citatatus,& incidit in penam, & deindè potuit interlocutoria executionis præferri.

Primò, non pōt denegari,quod citatus non fuit effectus contumax legitimè, nam accusata vltima contumacia Curia pro tribunali sedente,vt est probatum,ex tunc ci-
7 tatus reputatur contumax, † vt dicit Meran.in prax.tit.de contumacia,nu.1.

Secundo, accusata contumacia per principalem, etiam quod fiscus nō
8 non institit † pro pœna, in consequentiam consequitur penam, vt dicit Isern.in constitutio.In pecuniarijs. in glos.ver.in tertia parte mobilium, circa mediū, & clarius Afdi.in ead,constitut.nu.35. Imò fiscus ex interuallo post contractā contumaciam, potest petere pœnam contractam ratione contumaciæ,ratio est, quia sufficit contumaciam semel fuisse contractam,& & moram fuisse commissam, vt idē Afflict.ibid.nu.36.

Ex quibus clarissimè sumitur, quod cōtracta contumacia absq.alia interlocutoria incurritur in penam, & acquiritur ius fisco, & cōtumax effe-

effectus ſtatim poteſt capi de perſona, tanquam factus ſuſpectus de fuga, vt eſt allegatus ritus 172. cum doctrina Carauitæ.

Imò, ex quo contumax poteſt comparere vſque ad primum ſomnum,

9 † ad purgandum contumaciam, vt vt Carauit.rit.169.nu.6. propterea eodem ſero non ſcribitur interlocutoria, ſed poſt modum leuata Curia, ita Ceraui.rit.206.in fin. in quo rit. circa medium habentur hæc verba. Quia in ſecunda contumacia fit condemnatio vbi eſt commodum Curiæ. Ecce quomodo Curia non aſtringitur eodem ſero, vel die ſequenti præcisè facere interlocutoriam, ſed vbi ſit ei commodum, poſtquam ſufficit Fiſco ratione pœne, & parti ratione intereſſe, quod ſit contracta contumacia legitimè, quia illa ſic contracta præcludit viam exceptionibus, & cauillationibus; nam contu-

10 maci † denegatur audientia, vt dicit Carau. in prag. 1. de exulib. nu.166. & Maran. ibid. num. 17. vbi nu.19. dicit quod perdit beneficiũ appellationis, & patitur alias pœnas.

Tertio, cum conſtet dictum debitorem fuiſſe legitimè contumacem effectum, videamus an depoſitum per eum factum in ſequenti die fuit legitimè factũ? & dicitur quod non.

Primo, Nam eſt probatum, quod contumacia putgatur eodem ſero vſq; ad primum ſomnum per præſentationem ſcripturarum, vel depoſi-

11 torum, † & ſi aliàs factum fuerit, nullum eſt, vt eſt reg.prag.4.tit. de inſtrum. liquidatio, & ibi Domin. Reg. Rouit. & quoniam dictus debitor fecit depoſitum in ſequenti die, & ſic poſt contumaciam, ac liquidationem factam per creditorem per quem fit, ergo &c.

Secundo, Tunc depoſitum quando eſt in tempore factum, impedit li-

12 quidationem, † quando creditor recuſat recipere oblatã pecuniam numeratam, poſtquam aliàs depoſituu non valet; loquitur enim reg.pragm. de depoſitis explicitis, & quæ non requirant decretum liberationis, in quo ſit, neceſſe ero gare expenſas, quia non debet eſſe creditor in aliquo damno per depoſitum. hæc Dominus Regens Rouitus.

Vnde facto ſic depoſito in ſequenti die poſt contractam contumaciã, & liquidationem factam per creditorem, fuit reſponſum de illegitimitate depoſiti, partibus monitis per eandem Curiam poſt aliquos dies fuit interlocutum, depoſitum fuiſſe illegitimè factum, & propterea debitor tanquam con tumax reputatus, fuit condemnatus ad pœnam in citatione conten tam.

Nec faciat aliquam vim pragm.9. §. Item vogliamo, il primo de offic. Mag.Iuſti. quod liquidatio Inſtrumenti fiat Curia ſedente, vel ſaltim die ſequenti, nam hoc intelligitur

13 ſi diſcuſſione indigeat, † vt clara ſunt verba text. & eſt prouiſio ad beneficiũ creditoris, nè dilatetur executio.

Et quoniam in caſu noſtro in die contumaciæ contractæ, & liquidationis factæ, nulla fuit oppoſitio, nam debitor non comparuit, & ſic nulla diſcuſſio, propterea tex.prag. non loquitur in caſu noſtro. Et ex his iuribus motus fuit Conſultor Curiæ Baiulationis ad declarãdum

14 depoſitum nullum, † & ad interlocutoriam interponendam de exequendo ad ritus formam. Quare &c.

H.Perſius I.C.

Subſcriptio.

Per-

Perdoctè quidem ex eruditis allegationibus Domini Horatij Persij V.I.D. celeberrimi, remanet creditoris iustitia fundata, & quoad primum dubium, nè desit doctrina punctualis, videatur rogo Dominus Rouit. in prag. 1. de off. Baiul. qui à nu. 32. vsque num. 42. fundat posse solummodò Curia Baiuli procedere ad liquidationem Instrumẽti, secundæ dubitationi fuit eleganter responsum.

Io. Baptista Iouinus.

Præsens causa fuit à me tanquam Cõsultore Curiæ Baiulationis determinata modo vt supra ad fauorem Io. Scarani, & cum per dictum Io. Baptistam debitorem fuisset appellatum ad Regiam Curiam huius Ciuitatis, per illius quendam Iudicem iuuenem, statim fuit annullatum quicquid per me fuit studiosè, & maturè (quoad vires) iudicatum, & cum per dictum Io. Scaranum fuisset appellatum ad M.C.V. per illam sub die 25. mensis Iunij præsentis anni 1635. fuit præsens causa remissa ad dictam Curiam Baiulorum ex causis deductis, & discussis, non obstantibus literis inhibitorialibus Regiæ Curiæ, & M.C.V. in Banca Honufrij Palumbi.

LAVS DEO.

Finis Consiliorum Criminalium.

Omnia submitto iudicio Sànctæ Matris Ecclesiæ, eiusque Ministris, ac Regijs Superioribus.

INDEX
RERVM NOTABILIVM
CONSILIORVM CRIMINALIVM.



A

B

C

De-

E

L

Testis

T

post

V

Vsura

FINIS.



Laus Sanctissimæ, ac Indiuiduæ Trinitati, Beatæ Mariæ semper Virgini, Deiparæ, ac omnibus Sanctis meis Tutelaribus.

Imprimatur.

Fælix Tamburellus Vic.Gener.Neap.

Io. Dominicus Aulisius Canonicus dep.vid.